


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4<sup>o</sup> copy 3







Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 1024 4° copy 3



29. - 163. - 4°

Dantke nfd.  
BOX

By pro  
167  
P. bebem  
natur  
anum  
Cantimo

LN 10 24

ex. 3



Ex praefatione Bibliopulae Jo. à Gelder praemissa editioni, Lugd. Batav.  
1670 forma octava excusa.

Exhibemus tibi rarissimos Nic. CRAEII Siquensio de republica Saceda mo-  
norum libros quatuor, opus — anno MDXCIII apud Petrum Sanktaure-  
anum in quarto excusum — Utare ergo Craeio, quem non, nisi  
carissimo pretio, comparare poteris.

Ein Dorf.



NIC. CRAIGII  
RIPENSIS

De Republica Lacedæmoniorum.  
LIBRI IIII.

A D

AMPLISS. DANIÆ CANCELLARIUM.

O P V S

*Antiquitatum Politicarum, ac præsertim Græcarum, studiosis,  
lectu iocundum, nec inutile futurum.*



A P V D

PETRV M SANTANDREANVM.

C I O I O X C I I I .







ILLVSTRI ET AMPLISSIMO  
DOMINO,

Virtutis, Sapientiæ & meritorum gloria  
inclito,

NICOLAO KAAS,

*Reipub. Danicæ gubernandæ ILLVSTR. VIRO  
& Cancellario magno,*

Domino & Patrono summo studio obseruando

NIC. CRAGIVS S. D.

**M**AGNA enimvero, Amplissime Do-  
mine, veterum Rerumpub. gloria: ma-  
gna item legumlatorum, qui eas con-  
diderunt, sapientia. Quis enim dubitet? Sed ex  
omnibus tamen Rebuspub. quarum scriptores  
profani prodidere memoriam, Spartana ita pro-  
lixè eorum nobilitata est commendatione, vt  
reliquis vna facilè laudibus superarit. Nam de  
ea omnes ita ferè prædicant, vnoque quasi ore  
hoc eius asserunt decus, quod sinceros virtutis  
alumnos illa eduxerit, aut Respublica nulla. Nec



## EPISTOLA

verò quod paucis quibusdam, vt Pausaniæ, Lyfandro, Gylippo, Antalcidæ, & aliis, infamis noxæ crimen adhæferit, id eius minuendæ laudi esse potest. Hos enim ipsa fortunæ magnitudo transfuersos egisse videtur, quæ solidam virtutem inuidit, quum permagnam rerum gestarum gloriam tribuisset. Sicut solet ad ludibrium nostrum res humanas inuidia quadam rotare, nec pati quenquam eorum, quos euexit, ex omni parte beatum esse. Quanquam si verum fateamur, mirari magis conuenit virtutem, qua res tantas illi ipsi, quos dixi, gesserunt, quam humanam imbecillitatẽ, qua tam splendidæ fortunæ blanditiis inescati, perditum se ierunt. Non enim cuiusuis est sibi moderari, quum felicitas humanæ sortis modum excessit, sed in procliui lapsus ad deteriora. Vt taceam horum ipsorum dedecus, qui flagitiis tam insignibus inter Lacedæmonios noti, in totam Rempub. haud posse redundare. Nam quis hortum ita benè cultum præstat, vt nulla noxia planta succrescat? Quis in formoso corpore, vnum aut alterum reperiri næuum, non ignoscat? Et in tot igitur præstantibus virtute Lacedæmoniis, flagitiosum vnum atque alterum extitisse, in accusa-

DEDICATORIA.

cusationem totius Reipub. haud quaquam ver-  
 ti debet. Idque vel eo magis, quòd paucitas ipsa  
 malorum, quæ nominibus comprehendi facilè  
 poterit, multitudinem præstantium hominum  
 arguit. Vt sit igitur hæc permagna Reipublic.  
 Spartanæ laus, ac tantùm non summa, quod tam  
 præstantes genuerit ciues; mea tamen sic ratio  
 est, vt quærendum potius existimem, vnde, &  
 quibus ex causis illi tam laudabiles euaserint;  
 quàm admiradum quòd tales extiterint. Quod  
 quum haud dubiè in legibus & institutis eorum  
 positum fuerit, necesse est eas tantò rectius fui-  
 se constitutas, quantò Spartani reliquis populis  
 virtute præstiterunt. Sed quæ alia singularia ista-  
 rum legum fuerint, suo loco ostensum: vnum  
 hoc vel maximè eis proprium, nec in postrema  
 earum laude ponendum, hîc attingam, puta  
 quòd nulla pœnarum sanctione, aut supplicio-  
 rum metu, diligentissimè semper à ciuibus ob-  
 seruata sint. Nec enim veteres Rhetræ, ita di-  
 ctæ, pœnas vllas in delinquentes statuerunt; sed  
 quæ ipsis additæ inueniuntur, fuère saltim quas  
 Ephori vsurparunt. Ac si spectârit hoc maximè  
 Legislatoꝝ, mentionem vti nullam pœnarum  
 in legibus suis faceret, ne quis earum contemtu



## EPISTOLA

legum auctoritatem eluderet. Non enim latuit virum longè sapientissimum, insitam hominibus plerisq; natura esse malignitatem, qua procliuiiores multo feruntur ad legum repagula perumpenda, quum facilè pœnis defungi se posse norint. Atque ideo in sua constituenda Reipub. in primis omnia eò referenda haud dubiè existimauit, videlicet, vt potius suos bonos faceret, quàm malos tolleret: magisque id operam dedit, vt ciues rectè institutos in virtute exerceret, quàm vt improbos factos aboleret. Ad bonorum medicorum exemplum, qui semper (quum res ita finit) antiquius habent, imminentem antidoto auerruncare luem, quàm grassantem iam in corpora profligare. Ad quam tamen rem duo potissimum adhibuisse magnus hic Legislator nobis videtur. Primò enim rectam institutionis normam eum tradidisse apparet, vt ab incunabulis eos legum obedientia imbueret, qui idonei eius Reipub. ciues futuri. Deinde exercitia & studia ea, per totam vitam proposuit, quæ continua virtutis constarent meditatione, nec sinerent animos ad luxum & voluptates auocari. Nam hisce rationibus affecutum præcipuè arbitror Lycurgum, quæ laudabili Reipub.

DEDICATORI A.

Reipub. proposita bona, idque sine pœnarum metu & coërcitione. Qua in re, vt & aliis, sapientiam Lycurgi magnoperè admirari est: & eam hoc nomine suspexerunt, quicunque iudicio in literis maximè polluerunt. Itaque & apud quosuis veterum scriptorum laudata passim eius instituta, & sententiæ istarum legum, vndiq; in eorum scriptis interlucent. Vt videre est apud Theologos, Philosophos, Historicos, Oratores, Poetas, Geographos, Philologos, Scholiastas, Lexicographos, & alios, qui omnes ex hisce fidelis parietes suos dealbârunt. Quanquam ea ipsa, quæ apud eos extant: cognitu iocundissima & vtilissima ingentis illius naufragij lacerae tantum tabulæ: & veterum, qui integrè hanc descripserunt Rempub. saltem sunt reliquiæ. Nam, ex antiquorum monumentis, qui hoc scribendi argumento laudem sibi quæsiuère, nullum temporum, ne dicam iniuria, an hominum incuria nobis reliquum fecit, præter quam exiguum quendam Xenophontis libellum, quem tum mendosum, tum mutilum habemus. Quæ enim Terpander, Aristoteles, Dioscorides, Sphærus, Heraclides, Hellanicus, Sæus, Critias, Molpis, Aristocles, Perseus, Proxenus, & alij, de hac Re-



## EPISTOLA

pub. reliquere ingenij monumenta, perinde atque non relictæ sunt, ita prorsus è memoria hominum exoleuerunt. Vix enim nomina, ac ne vix quidem nota sunt. Quod sanè hisce, cum præstantissimis aliis auctoribus accidisse, valde dolendum est, magnumq; id tum Rei politicæ, tum literariæ detrimentum, qui non deploret, næ is de genere humano haud bene meritum cupit. Quæ grauis tamen veterum istorum auctorum iactura aliquanto tolerabilior fieret, si ex recentioribus aliquis eam nobis resarciuisset. At horum quum pauci etiamnum in hac luce literarum tam felici fidere nati, vt ad id studij animum adiunxerint, tum Rempub. Lacedæmoniorum nullus descriptam dedit. Quod, siue argumenti huius sterilitate, siue rei ipsius difficultate factum, non disputo. Id tamen fateri necesse est, ieiunum hoc esse scribendi genus, & minimè capax exquisitæ istius verborum elegantia, quam ambitiosè quidam affectant. Deinde nec admodum promptum & in expedito positum censeo, vt Respub. tanto tempore euersa & pefundata ex libris restituatur. Id quod tamen in hac nostra Spartana eò maioris fuit operæ, quod indigenæ ipsorum scriptores nulli, sed tantum

exo-

## DEDICATORIA.

exotici, qui hoc solùm egerūt, vt leui manu pro suo cuiusque instituto, huius Reipub. Antiquitates attingerent. Vt non præteream vel hinc etiam aliquid difficultatis esse, quod Spartani ipsi sua ignorata omnibus voluerint, & quantum quidem facere poterāt, exteros ea celarint. Quæ quum ita habeant, quumque tanta fuerit huius Reipubl. præstantia: nec tamen aut veterum quenquam, aut recentiorū, qui de ea commentatus sit, extare animaduertentem, visum mihi veterum auctorum vestigia sublegenti, quæ passim de ea obseruassem conscribendo, bonis literis pro virili hac in parte consulere. Quid autem hinc industria assecutus sim, quidue studio meo præstiterim, iudicij eorum facio, quos animi candor, & harum rerum peritia, idoneos esse iudices sinit. Ac in primis quidem Amplissime Domine, tuæ grauissimæ sententiæ hoc scriptū, summa cum obseruantia submitto, quam beneuolam fore, & spero & opto. Etenim si T. A. Lycurgo fauere placuerit, non dicam sapienti isti, cui omnes sapientes fauent; sed huic nostro, non est fortè quod magnoperè acriorem aliorum formidem censuram. Quamuis mens non ignara maleuolentiæ inuidorum hominum, fa-



## EPISTOLA

tis prælagiat non defuturos, qui dentem Theoninum his impingant. Sed plus mihi in tua summa æquanimitate fiducia, quàm ab illorum improbitate metus. Nec dubito, quum huc accommodaueris tuum, quod solet esse integerrimum & sincerissimum iudicium, quin patrociniū inde aduersus quorumuis obrectationem mutuari liceat. Cuius spem firmam à tua illustri virtute præsumens, hunc etiam commentarium tuo nomini dicare, eumq; sub T. A. protectione in publicū emittere volui. Mouit id adeò me vt facerē, in primis Lycurgi laudatissima tua imitatio: mouit item me magnorū, quibus A. T. obstructus sum, beneficiorū obligatio. Nam quum plurima tibi cum ipso Lycurgo sicut cōmunia, quem debuit ille in lucem prodiens, potius appellare, quàm te? Quumque sapientia & meritis nobis alter Lycurgus sis, ad quem se ille libētius applicaret, quàm ad te, sui simillimum? Etenim si ille proditū seu Tutorem Regium agēs, Spartanam constituit Rempub. legēsque tulit, quibus illa maximè floruit: Et tu, dum Illustr. vir Rempub. Danicam eximia æquitate & moderatione administras, ne vis legū periculosissimo tempore exolesceret, veterū auctoritatem interpreta-  
tione

DEDICATORIA.

tione tua publicata asseruisti, nouarúmque neces-  
 sariò scribendarú auctor extitisti. Si ille regnum  
 summa prudentia & iusticia gubernans, pupillo  
 Charilao id conseruauit: & tu constanti fide, in-  
 credibiliq; sedulitate, eò item omnes sapientiæ  
 neruos intēdis, vt Serenif. Regi electo, regnum  
 ipsi à Deo destinatum, in manus tradas. Si ille  
 Reipub. saluti post infinita adita pericula, tan-  
 dem etiam vitam impendit: Et tibi item nihil  
 antiquius esse indies comperimus, quàm vt Rei-  
 publicæ nostræ incolumitatem asseras, idque  
 etiam exhauriendo vires tuas, assidua cura ma-  
 gis quàm ætate fugientes, & pro communi salu-  
 te verè huc vsq; à Deo sustentatas. Quæ omnia  
 tametsi tanta sint, quãta esse possent viri in qua-  
 uis Repub. summi: vnum tamen est, in quo Ly-  
 curgi gloria tuæ meritò cesserit, puta quod Ec-  
 clesiam Christi, sanctissima prudentia & zelo,  
 intaminata sana doctrina, ab omnibus motibus  
 & seditionibus vindicas. Qua in re, ad turba-  
 rum & distractionum infamiam declinandam,  
 & cursum inoffensum verbi Dei procuradum,  
 nescio an tuo laudatissimo exemplo quicquam  
 possit esse illustrius. Meo quidem certè iudicio  
 nemo tibi de hac summa, tuæ pietatis gloria



EPISTOLA

quicquam detrahet, nisi qui rem parum æquo  
 iudicij examine librans; patriæ hoc magnum  
 tranquillitatis bonum inuideat. Quod nullus, vt  
 arbitror, in animum inducet, qui non salutis suę  
 prodigus, & erga te extremè ingratus haberi  
 velit. Equidem quum hæc & alia tua merita in  
 vniuersos, in totam nostram Rempub. necnon  
 in ipsam Ecclesiam; imò in singulos, quibus pri-  
 uatim benefaciendo nunquam fatigaris, insi-  
 gnia illa quidem vti maximè, cottidie in oculis  
 haberem, animoque versarem, non potui com-  
 mittere, quin editurus hũc librum in publicum,  
 de iis tibi publicè, omnium bonorum nomine  
 gratularer. Tametsi & quam in me priuatim de-  
 clarasti haud vulgarem beneuolentiam, Am-  
 plissime Domine, volui, vti decuit, hac itidem  
 dedicatione, grata memoria apud omnes bonos  
 testatam esse. De qua quum prolixè dicere o-  
 porteret, vetat pudor meus apud te dicere. Id  
 paucis tamen nec inuitus, grata fatebor mente,  
 me istius tuæ beneuolentiæ fructum eum per-  
 cepisse vt tuo solius patrocínio salus mea con-  
 stituta sit. Quo nomine quantum mortali de-  
 beri fas est, nisi me tibi debere agnoscam, ma-  
 gnitudinem beneficiorum tuorum haud qua-  
 quam



## DEDICATORIA.

quam assequar. Sed nescio an hic commentarius, vel vllus alius longè fortè elegantior & doctior, ad gratam mentem indicandam, ne dum ad meritorum tuorum memoriam conseruandam satis idoneus esse possit. Nec enim ita scriptus videtur vt virtuti & meritis tuis, immortalitatem, quæ eis apud omnes bonos est proposita, inde spondere audeam. Veruntamen animum certè meum, Amplissime Domine, hinc agnosces, in quo tibi persuadeas velim, perenne eorum fore monumentum. Quem meum animum si consequi possum, vt hac saltim ratione tibi probem, erit is mihi fructus huius scriptio- nis longè vberimus. Neque enim aliud magis à me spectatum fuit. Testis mihi is, cui æuiter- num imperium soli regenti, pro tua vita & incolumitate ex animo vota facio, cuique te vni- cè commendo. Vale multum Amplissime Do- mine, salutatus à Musis vnicum decus & præsi- dium nostrum. Dabantur Hafniæ Calendis Ia- nuarij Anno c I O. I O. x c i i i.

NOMINA SCRIPTORVM,

QVORVM AVCTORITATE HIC

vfi sumus.



<i>Ælianus.</i>	<i>C. Plinius.</i>
<i>Æmilius Probus.</i>	<i>Columella.</i>
<i>Æschines.</i>	<i>Claudianus.</i>
<i>Agatharchides.</i>	<i>Cato.</i>
<i>Alcman.</i>	
<i>Antipater.</i>	<i>Demosthenes.</i>
<i>Apollodorus.</i>	<i>Decarchus.</i>
<i>Archilochus.</i>	<i>Didymus.</i>
<i>Archytas.</i>	<i>Diouchidas.</i>
<i>Arrianus.</i>	<i>Dionysius Halicar.</i>
<i>Aristoteles.</i>	<i>Diogenes Laërtius.</i>
<i>Aristocrates.</i>	<i>Epicharmus.</i>
<i>Aristophanes.</i>	<i>Epictetus.</i>
<i>Arnobius.</i>	<i>Ephorus.</i>
<i>Asconius P. ad.</i>	<i>Erasmus Roterod.</i>
<i>Athenæus.</i>	<i>Euripides.</i>
<i>Augustinus.</i>	<i>Eust. hius.</i>
<i>Clemens Alexandr.</i>	<i>Festus Pompeius.</i>
<i>Callisthenes.</i>	<i>Felix Minutius.</i>

Gel-



Gellius.

Glossarum auctor.

Græca Epigram.

Harpocration.

Heraclides Ponticus.

Herodetus.

Hesychius.

Hieronymus Magius.

Homerus.

Horatius.

Ibicus.

Iosephus Scaliger.

Isaacus Casaubonus.

Isidorus.

Isocrates.

Iulianus.

Iulius Pollux.

Iustinus Trogi Abbre-

Iustinianus. (uiator.

Iuuenalis.

Lactantius.

Liuius.

Luctatius Gram.

Lucianus.

Macrobius.

M. Tull. Cic.

Machabæorum lib.

Maximus Tyrius.

Modestinus I. C.

Molpis.

Musonius.

Nicol. Damascenus.

Ouidius.

Oracula.

Palladas.

Pausanias.

Pericles.

Persius.

Philo Iudeus.

Philostephanus.

Philippus Epigram.

Phylarchus.

Plato.



Plautus.  
Plutarchus.  
Polyenus.  
Polybius.  
Polycrates.  
Pomponius Mela.  
Posidonius.  
Propertius.

Quintilianus.

Scholiastes Aristoph.  
Schol. Thucyd.  
Seneca Philosoph.  
Seneca declamator.  
Servius in Virgil.  
Simonides.  
Spendon.  
Statius.  
Stephanus de urbibus.  
Stobaeus.  
Strabo.  
Suidas.

Terpander.  
Tertullianus.  
Theopompus Comicus.  
Theopomp. histor.  
Theophrastus.  
Theophilus Antecess.  
Thucydides.  
Timagoras.  
Tuditanus.  
Tyrtæus.

Valerius Maxim.  
Varro.  
Velleius pater.  
Victorius.  
Virgilius.  
Vlpianus.

Xenophon.

Tzetzes.

DE



DE REPUBLICA  
LACEDAEMONIORVM  
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

*Regionis Laconicae descriptio.*



OMPLECTIMVR hoc libro primo totam Rempublicam Spartanam, eamque instar corporis alicuius consideramus & describimus. Nam qualis eius forma & constitutio in vniuersum fuerit initio demonstramus. Deinde Republica in partes suas distributa, ciuium diuersitatem & potestatem explicamus, ac quo iure vixerint, qui in ciuium numero non erant, exponimus. Sed quaedam initio praemittimus de regione & vrbibus, ne in locis prorsus obscuris & incognitis animus hisce legendis versetur. Existimauimus enim fieri non posse, quin cum loci ignorantia, rei ipsius aliqua obscuritas esset coniuncta. Nam locorum passim in sequentibus necessariò nobis facienda est mentio. Deinde etiam in Republica quauis multa pro regionis natura & situ institui solent. Tum existit quoque regio antequam condatur Respublica, vt rectè vel idcirco in vestibulo prius de illa dicatur. Quapropter eam indicatis nominibus, limitibus, partibus, situ & natura spectandam hoc capite ob oculos ponere visum est. Fuerunt itaque nomina huic regioni antiquitus complura & diuersa.

*Libri primi in suas partes distributio.*

*Varia nomina Lacedaemoniorum Reipub. i. Lelegia & unde sic dicta.*

Primò enim, & quidem vetustissimo suo nomine, Lelegiam eam dictam fuisse inuenio. Hoc inditum ei nomen scribunt auctores à Lelege indigena, qui princeps in hac terra imperauit. Ita enim Pausanias initio Messenicorum: Ἀποθανόντος λέλεγος ὁς

A



Ἐλευσίαν ἐν τῇ λακωνικῇ, τότε ἢ ἀπὸ οὐκείνου λελεγία καλεῖται, μύλης  
πρεσβύτερος ἂν τῆς παύσαν ἔχει τὴν ἀρχὴν, Id est, Mortuo Lelege, qui  
in Laconica regnavit, ab eo tum Lelegia dicta, Myles maior natu filiorum  
imperium suscepit. Ac Lelegem primum Regem fuisse Lacedæ-  
moniorum, in Laconicis ipse etiam testatur. Eadem est aliàs di-  
cta λελεγίς forma nominis tantum differente. Nam apud Hefy-  
chium λελεγίς dicitur ἢ Λακεδαίμων πάλαι. Vbi tamen satis pa-  
tet legēdum λελεγίς. Quamuis apud Strabonem lib. vii. Lelegia  
antiquo nomine ipsa sit Ionia, vel potius Caria.

2. Oebalia Alterum nomen est Oebalia, quod ipsum etiam antiquum.  
De hoc Servius IIII. Georg. Oebalia, inquit, ipsa est Laconia: Vn-  
de de Castore & Polluce ait Statius, Oebalida fratres. Redē. Inde enim  
Oebalij duces Spartani intelliguntur apud eundem Statium,  
Thebaidos II. exponente Poeta posterius paulò, Sparta genitos:  
& Lucratio interpretante, Laconicos. Dicta autem Oebalia, ab  
Oebalo Cynortæ F. Spartanorum Rege, de quo est etiam apud  
Pausaniam in Laconicis.

3. Argos Argos Achaicum: sicut & tota Peloponesus eo nomine appel-  
labatur. Scribit enim Geographus lib. vii. Cum Pelope A-  
chaos in Peloponesum ingressos, ita virtute excelluisse, vt  
Peloponesus, quæ iam ab antiquo Argos dicebatur, tum Argos  
Achaicum ab iis denominaretur. Posteaque addit: καὶ ἔμόνον γε  
πελοπόννησον, ἀλλὰ καὶ ἰδίως τὴν λακωνικὴν ἔτιω προσαγορεύθησιν, Id  
est, Neque solum Peloponesum, sed & peculiariter Laconicam ita appel-  
latam. Atque eo sensu explicanda ait illa Homeri ex Odyss. III.

--πὺ Μινέλαος ἔλω;

Ἡ ἔν Ἀργεος ἦεν Αχαϊκοῦ;

Quamuis auctor Scholiorum Græcorum, ad Argos proprie  
ita dictum referat.

4. Laconi- Sed quum illa rariora sunt, tum Laconicæ & Lacedæmonis  
ca. nomina sunt longè vsitatissima. Laconica dicitur etiam Græca  
5. Lacedæ- forma Laconice, vt est apud Melam, & Laconia, vt sapius est in  
mon. & Seruij commentariis. Lacedæmon à Lacedæmone Rege appel-  
unde. lata est, quem Iouis & Taygetæ filium fuisse ferunt: quamuis  
Lacedæ- Stephanus etiam aliam rationem adfert. Sed quum intelligatur  
mon quis fuerit. Lacedæ-



Lacedæmonis nomine vsitatè, & vt plurimum regio, sicut locus illustri Herodoti lib. VII docet, vbi ait: ἔστι ἐν τῇ λακεδαίμονι πόλις, &c. A liquando tamen vrbs Sparta eo etiam intelligenda venit. Ita Scholiastes Homerum vsurpare notat: πρὸ μὲν (inquit) πόλιν καλεῖ λακεδαίμονα, ποτὲ δὲ τὴν χώραν. Idem tradit & Pausanias ita scribens: δὲ δὲ θόρυκος παρελθόντι ἔστιν ἡ πόλις σπάρτη μὲν ὀνομασθεῖσα ἔξαρχῆς, παρεσλαβῆσαι δὲ ἀνὰ χρόνον καὶ λακεδαίμων ἢ αὐτὴ καλεῖσθαι. τῶς δὲ τὸ ὄνομα τὸ ἐκεῖνο τῆ γῆ. Id est, à Thonace descendenti, vrbs ipsa se ostendit, initio Sparta, postea deinde temporibus etiam Lacedæmon nuncupata, quum antea regionis nomen hoc esset. Quin & Strabo idem ex Homero cum Scholiaste probat. lib. VIII. ita inquit: ὅτι δὲ λακεδαίμων ὀνομασθεῖσα λέγεται καὶ ἡ χῆρα καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ ὅτι, Id est, Lacedæmonis voce ἡ urbem notari ἡ regionem, etiam ostendit Homerus. Postea tamen idem Strabo addit, quod obseruandum est; Lacedæmonis nomine Laconicam vnà cum Messenia apud Poetam intelligi. Quò pertinet quod est apud Pausaniam initio Messenicorum, vbi scribit Polycaonem Lelegis F. ducta vxore Messene Triopæ filia Argiua, primò regionem istam occupasse, & ab vxoris nomine Messeniam appellasse, tanquam antea vtraque vno Lacedæmonis nomine comprehensa fuerit.

Inclusa autem fuit, & cineta Laconica propriè sic dicta, nobilissimis hæc regionibus, Argia, Arcadia & Messenia. Ab Argiis & Tegeatis in occidentem & meridiem vergens Laconica, distinguebatur Hermis in monte Parnone sitis, vt ait Pausanias sine Corinthiacorum. A Messenia quæ in occidentem sita est, diuidebatur Taygeto monte, qui à mari excurrens attingit ferè Arcadicorum montium radices, vbi flexū facit, qua parte Messenia Laconicæ est contermina, vt ferè Strabo ait, & Chario saltu, vt Pausanias. Arcadiam autem ad Septentrionem ferè habebat, à qua dirimebatur montibus Arcadicis, & Alphæo fluuio. A meridie mare, atque ante Tænarum promontorium Cythera insula, cum aliis quibusdam, quarum quædam viciniore, quædam remotiores, vt Strabo scribit lib. VIII. Totius verò regionis amplitudinem, quam referre possumus, definita aliqua & certa mensura expressit nemo. Strabo & Plinius litus legendo

Lacedæmonis nomine Laconicam cum Messenia intelligi.

Laconica quibus regionibus inclusa.

Laconica amplitudo.



etiam per sinus, ambitus stadia accuratè enumerant, mediterranea hic nihil, leuiter ille attingit. Thucydides autè ait ex quinque Peloponesi partibus Lacedæmonios duas possidere. Quod in hūc sensum accipio, ac si diceret; Diuisa Peloponeso in quinque partes, duas fere Laconicæ. Nisi tamen hoc potius ad Laconicam simul & Messeniam referendum, vt vult Scholiastes Historici Græcus. Aristoteles politico secūdo, scribit eam tanta esse amplitudine, vt sufficere possit alendis mille quingentis equitibus, peditum triginta millibus. Ac plerique consentiunt ex regionibus Peloponesi Laconicam fuisse latissimam. Quò referunt Epitheton, quo eam insigniuit Homerus *κητώεσσα* appellans, vt est apud Strabonem.

*Laconica  
partitio  
vetus.*

Porro vetus partitio Laconicæ quæ fuerit, aliqua in obscuritate est. Ephorus apud Geographū auctor, Erysthenem & Proclum Laconicam in sex partes diuisisse, quarū vnā, Amyclas scilicet, dederint ei, qui regionem ipsis prodiderat. Reliquarum nomina nusquam inueni. Stephanus quidem *ἀφροδίτια, κάρυα, κορυφάσιον, μέσσηπεία & ἀπόρτω*, ait *χωρία* seu regiunculas & ditiones esse Laconicæ, vt Strabo idem de Amyclis scribit, sed an ad hanc diuisionem ea referēda, pro certo affirmare non habeo. Sed posterior diuisio, quæ fuit Lycurgi, ea verò satis perspicua. Nam is instituens Rempublicam distribuit cæteram Laconicam in *τεισμυείας κλήρας* seu *triginta millia sortium*, ex quibus Spartiatis quem attribuit agrum in nouem millia sortium diuisit, vt scribit Plutarchus in Lycurgo. Quamuis de Spartiatarum sortibus dissensio aliqua est, aliis sex, aliis pauciores statuētibus. Harum sortium quælibet fuit æqualis, vt in aliis quæsitæ æqualitas, testante etiam Liuius, qui ait, vt libertatis, ita & fortunæ æquationem apud Lacedæmonios fuisse. Nec est numerus sortium vel auctus vel diminutus, donec stetit veteri disciplina Respub. sicut de numero ac æqualitate infra dicemus. Quanta autem quælibet fuerit sortium, docet Plutarchus in Lycurgo. Sors (inquit) erat cuiusque tanta, vt *ἀποφορῶν* seu *pensionem* ferret, viro cuique septuagenos hordei medimnos, mulieri dúodenos, & liquidorum fructuum pro proportione prouentum. Tantum enim cibarij ad bonum habitum, & ad valetudinem tuendam satis esse

*Laconica  
posterior  
diuisio.*



tis esse, neque re præterea vlla putauerunt opus. Nec an vlla alia regionis diuifio fuerit nobis compertum.

Sitam Regionem scribit Xenoph. vii. Hellenicôn, in mediterraneis, eamque ita commédât, vt tamenli mari arceantur Lacedæmonij, possit tamen regio eis honestè alendis sufficere Ita enim de iis verba facit Procles Phliasius : *Προστον μὲν γὰρ οἰκῶσιν ἐν μεσογείᾳ· ὥστε τῆς γῆς κρατούμετες, καὶ εἰ θαλάττης εἰργάζονται, δύνανται αὐτὰ καλῶς διαζῆν.* Natura soli qualis fuerit, docet ex Euripide Strabo libro viii. ita scribens : *Ὡς τῆς φύσεως τῆς τόπων καὶ τοῦτον, καὶ τῆς μεσσηνιακῶν, ταῦτα μὲν ἀποδεικνύει, λέγοντος Εὐριπίδου. Τὴν γὰρ λακωνικὴν φύσιν ἔχον γῆν πολλὰ μὲν ἀροστον, ὀκνηρὴν δὲ ἐργάσιον. Κόλλη γὰρ ὄρεσι πεδίοις τε, τραχεῖά τε, δυσείσβολός τε πολεμίοις.* Id est, *De natura locorum, tum Laconicæ, tum Messeniæ, Euripidi credi par est. Ita ait Laconicæ sol: multum esse ad arandum, sed difficile elaboratu. Esse enim regionem cauam, montibus cinctam, et hostibus aditu difficilem.* Xenophon lib. vi. Hellenicôn etiam ait Laconicam *δυσεμβολωπέτην*, seu ad ingrediendum difficillimam. Quin & Homerus etiam *κόλλη* vocat *Ὀδυσ.* Δ. Vbi annotat scholiastes ita eam à Poeta appellari, *ἔπει ἐψηλοτάταις ὄρεσι πεδίοις τε.* Erat præterea Laconicæ ea natura, vt terræ motibus fuerit obnoxia. Et memorant quidam Taygeti verticem hoc modo abruptum. Herodotus dicit Lacedæmonios degere *ἐν χώρῃ ἀγαθῇ καὶ πολλῇ ἐν ὀλίγων ἀνδρῶν.* Id est, *In bona regione, nec exigua hominū multitudine.* Habuit etiam Laconicæ *λατομίας λίθων πολυτελῶν*, seu lapicidinas lapidis pretiosi, vt olim Tanarij marmoris in Tanaro monte. Deinde posterioribus temporibus in Taygeto, quidam metalla aperuerūt iustæ magnitudinis, Romanorum magnificentia fumtus suppeditante. Ita vt nec metalla, nec lapides pretiosi ibi defuerint, tamenli in illa prisca frugalitate Lacedæmoniorū è terræ visceribus ea non eruta fuerint. Montes Laconicæ Taygetus, Ilium, Amæ, Cnacadium, Lapersá, A sia, Thornax, Menalus. Fluuij Eurrotas, Scyras, PSELLIAS, Tiasá, Gythius. De quibus omnibus legedi Liuius, Strabo, Pausanias, Stephanus, Mela & alij. Nobis eorum descriptio prolixior omittenda visa est, quòd non Geographica hîc tractemus.

Laconicæ  
regionis situs.

Natura loci  
qualis.

Montes  
Laconicæ.



## De urbibus Laconicæ.

Laconica  
urbes cen-  
tum.

**A** Regione consequens est vt ad vrbes trāseamus. Eas autem distribuimus in principem urbem seu Metropolin, quæ erat ipsa Sparta, & ei subiectas alias vrbes. Laconica enim per πόλεις seu vrbes olim habitabatur, sicut Attica per δήμοις, vt scribit Isocrates. Fuit autem tota Laconica in vniuersum antiquitus ἑκατόμπολις, seu centum urbium, Cretæ exemplum in hoc, vt in aliis compluribus imitata. Quod docet Strabo lib. viii. Itēque Græcus scholiastes Dionysij Alexandrini, cuius hæc verba: ἑκατόμπολις ἢ Λακωνικὴ τὸ παλαιὸν, κατὰ καὶ ἢ Κρήτη λέγεται, Id est, Centū urbium Laconica olim fuisse perhibetur, vt & Creta. Quod idem videre est apud Stephanum de urbibus, vbi obseruare licet has vrbes eo numero censi, quæ sunt: Æthea, Amyclæ, Anthana, Aulon, Crocea. Nam de hac postrema inquit, Κεκρέα πόλις λακωνικὴ τῶν ἑκατον πόλεων μία. Et de reliquis eodem fere modo. Ideo etiam ἑκατόμβαι seu sacrificium centum bouum, Homero sæpius celebratum, apud Lacedæmonios immolabatur, tanquam pro salute cētum istarum urbium, vt est apud Strabonem, & dictum scholiasten. Etenim sacrificium hoc propriè Lacedæmoniorum erat. Sed tamen & alia opida, seu vici extra hūc numerum fuisse videntur; & multa enumerantur apud Stephanum, vbi non additur ex centum illis fuisse. Postea verò sicut frequentia hominum diminuta est Laconica, κεινομένη πρὸς τὸ παλαιὸν ἀνδρίαν, Id est, Si conferatur ad veterem hominum abundantiam, vt Strabo inquit: Ita & numero urbium multum decessit.

Laconica  
reducta ad  
urbes tri-  
ginta.

Nam tandem ad triginta reductæ sunt, quæ ipsæ, excepta Sparta, πολίχνηαι τίνες εἰσὶ, Id est, opidula quædam facta sunt. Ac prius quidem omnium harum vna Respub. cuius sedes Sparta. Posterioribus verò temporibus, auulsæ quædam à potestate Spartanorum, & sui iuris factæ, quales fuerūt initio viginti quatuor, postea factæ octodecim. Harum quæ sequuntur extant nomina apud Pausaniam, Gytheum, Teuthrone, Las, Pyrrichus, Cencpolis, Ætylos, Leuctra, Thalamæ, Alagonia, Gerenia, Afopus, Acriæ, Bææ, Zarax, Epidaurus Limera, Brasia, Geronthæa, Mar-  
rios.



rios. Qui has inhabitabant incolæ ἐλευθερολάκωνες dicti, quali  
liberi Lacones, à liberatione Augusti Imperatoris beneficentia  
impetrata. Cætera opida in curias descripta erant, quæ Spartana  
ciuitate continebantur, ac cum ea censébantur, neque suis legi-  
bus utebantur, vti vrbes iam enumeratæ.

*Liberi La-  
cones qui  
dicti.*

Sparta autem vti semper antea, ita & meritò tum etiam om-  
nium princeps vrbs mansit, & præ reliquis eminuit. Eius auctor  
vel conditor Lacedæmon Rex fuisse perhibetur, qui dictam vo-  
luit Spartam ab vxore Sparta Eurotæ Regis filia. Pausanias ini-  
tatio Laconicorum. *Συνώκει δὲ ὁ λακεδαιμόνων θυγατρὶ τῆς Εὐροτάς.  
τότε δὲ ὡς ἔχει τὴν ἀρχὴν παρθένον μὲν τῆς χώρας καὶ τοῖς ἀνθρώποις με-  
τέπειτα ἀφ' ἑαυτῆς τὰ ὀνόματα. Μετὰ δὲ τὸ τοῦ ὄνομα καὶ ὀνόμασεν ἀπὸ τῆς  
γυναικὸς πόλιν, ἢ σπάρτην καλεῖται καὶ ἕως ἡμῶν.* Id est, Lacedæmon vxo-  
rem sibi iunxit filiam Eurotæ. Tunc verò simulatque ad regnum accessit, pri-  
mum regionem & incolas nomen eorum mutando à se ipso appellauit. De-  
inde exiit urbem, quam ab vxore denominauit, quæ etiamnum ad no-  
stram etiam memoriam Sparta vocatur. Stephanus tamen à Spartis,  
qui cum Cadmo in Laconicam venerint, dictam fuisse ex Tim-  
magora refert. Alibi autem idem scribit à Sparto Amyclantis  
F. Lelegis N. Sparti pronepote appellatam.

*Sparta  
princeps  
vrbs La-  
conica.  
Spartæ  
quis condi-  
tor.  
unde Spar-  
ta dicta.*

Lacedæmonis autem nomine vti monuimus, etiam Sparta  
ipsa audit aliquando, atque tum sæpenumero addi solet vrbs  
nomen. Est enim apud Thucydidem lib. i. πόλις λακεδαιμόνων.  
Quod & Latini obseruarunt, vt apud Liuium lib. xxxviii. Vrbs  
Lacedæmon. Eodemq; modo apud auctores alios. Quod quum  
obseruetur, rectè euitatur omnis nominis ambiguitas. In genti-  
libus hinc deductis vix inuenire est alium vsum, quam quòd  
Spartani dicti sint, qui urbem incoluerint: Lacedæmonij autem,  
qui regionem passim inhabitauerint. Hoc modo Herodotus eas  
discernens, scribit in exercitu Pausaniæ aduersus Mardonium,  
dextrum cornu decem millia Lacedæmoniorum obtinuisse,  
quorum quinque millia fuerint Spartiatarum. Quin & ita di-  
stinguit Xenophon lib. vi. Hellenicòn, vbi scribit occubuisse  
ex Lacedæmoniis mille, ex Spartiatis autem quadringetos. At-  
que etiam ita Diodorus lib. xi. ἑξ ἑκὸν οὐδὲ λακεδαιμόνων ἦσαν χί-  
λιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιάται τετρακίσιοι.

*Sparta et-  
iam dicta  
Lacedæ-  
mon.*

*Spartani  
qui pro-  
priè.  
Lacedæmo-  
nί qui pro-  
priè.*



Sparta si-  
tus & fi-  
gura.

Porro situs & figura vrbs quæ fuerit, describit accuratè & paucis, tum grauissimus auctor Polybius lib. v. tum etiam alij. Primum Polybius ait eam *χῆματι περιφερῆ*, Id est, *Figurâ rotundam seu circularem fuisse*. Postea addit *κειμηρίῳ ἐν τόποις ὀπιπέδοις*, Id est, *Sitam in planis locis*. Deinde ait *περιέχουσαν κατὰ μέρος διαφόρους ἀνομάλκας καὶ βενώδους τόπους*, Id est, *comprehendisse aliquibus partibus diuersa inæqualia & montosa loca*. Postremo dicit fluiuium labi *ἐν τῷ περὶ ἀνατολᾶς αὐτῆς μερῶν*, ad partes Orientales vrbs, qui Eurotas dictus sit. Quem Liuius scribit sub ipsis ferè mœnibus fluere. Idè ferè cū Polybio testatur Strabo, qui ait Spartam infra Taygetum in Mediterraneis sitam, *καὶ ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ τὸ τῆς πόλεως ἕδαφος, καὶ περὶ τοῦ λαμβανόν ὄρη μεταξὺ*. Postea addit nullam iam eis partem stagnare, et si olim in suburbio stagnum habuerit, *ἔδεν γε μέρος αὐτῆς λιμνάζει· τὸ δὲ παλαιὸν ἐλιμνάζετο τὸ περιόσειον, καὶ ἐκάλουον αὐτὸ λίμνας*, Inquit.

Sparta mu-  
ri qui.

Muri vrbs huius antiquitus nulli fuerunt, idque ex Lycurgi instituto, de quo infra plura dicemus. Postea verò necessariis locis vrbs communita est. Ita enim Liuius lib. xxxiiii. *Fuerat, inquit, quondam sine muro Sparta. Tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum. Primò autem Demetrio & Pyrrho eam oppugnantis, tumultuario opere extructi muri fuerant. Postea autem Nabis Tyrannus tales faciendos curauit, vt nihil ad firmitatem desideraretur. Quos tamen Achai deiecerunt, quum Spartam iuris Achaici fecerunt. Tandem verò muri à Romanis restaurati. Quæ omnia habet Pausanias Achaicis seu lib. vii. Ac meminit etiam Plurarchus in Pyrrho. Arx vrbs neque vlla fuit. Non enim habebant Spartani aliquam arcem in excelsò extructam loco, vt Athenienses Acropolin suam, Thebani Cadmeam, & Argiui Larissam: sed quum in vrbe multi essent colles, eorum eminentissimum arcem appellabant, vt auctor est Pausanias.*

Partes vr-  
bis illustrio-  
res.

Partes vrbs illustriores multæ fuerunt, vti fora, vici, porticus, templa, Basilicæ, Leschæ & alia, quæ breuitatis causa missa facimus. De iis plura qui scire cupit, consulât Pausaniam in Laconicis.



*De populo Lacedaemonio & Lingua.*

**D**escripta Regione & vrbibus, habitatores introducendi. Eorum autem, si vt decet, paulò altius repetamus originem, inueniemus longè antiquissimos fuisse.

Nam habitatores, qui primi omnium hìc degerint, ferūt fuisse Leleges, quos ita vetustos aiunt, vt αὐτόχθονας seu Indigenas extitisse autement, qui & sparsim hinc illinc habitarint. Scribit enim Stephanus, τῆς παλαιῆς σπάρτης ἀρχαίως τὴν πόλιν διασαρμένους fuisse, vnde Sparta appellata fuerit. Dicti Leleges à Lelege Rege indigena, vel testibus ipsis Lacedaemoniis, vt scribit Pausanias initio Laconicorum. Quod autem aiunt indigenas fuisse, id eo sensu accipio, quod obscuræ originis fuerint, quodque in Græcia nullus populus esset, qui sibi eorū òrtum vindicare posset. Alioquin mea fuerit sententia, ex Asia eos in hæc loca demigrasse, & fortè à Lelegibus, quos Homerus & alij ibi agnoscunt, tanquam colonos traductos. Cuius rei, si ita fortè habet, obscura est memoria.

*Habitatores primi Laconice. Leleges vetusti Laconice habitatores. Leleges vn de dicti.*

Deinde iidem augustiore nomine dicti Lacedaemones, vel Lacedaemonij, à Lacedaemone Rege. Nam is quum à Lelege alienus sanguine esset, nihil pensi habuit nomen eius abolere, & suæ memoriæ prodendæ causâ, incolas à se denominare. Quare plura Pausanias.

*Lacedaemones.*

Postremo etiam Lacones dicti, siue hoc à nomine Lacedaemonis καὶ σπάρτης dicatur, vt vult Apollodorus apud Stephanum de vrbibus: siue παρὰ τὸν ποταμὸν & primigenium sit: siue vt alij volunt ὑποκοριστικῶς, & per diminutionem dicatur. Cuius scemineo genere deriuatum est Lacæna, & Laconicus possessiuum. Atque hæc duæ postremæ appellationes semper etiam manserūt, vtcunque habitatores vel mutati, vel auersione aliorum aucti. Quod ego obseruauì quater potissimum contigisse, factis totidem illustribus aliorum exterorum populorum præter Leleges in Laconiam immigrationibus, quas breuiter iam hoc loco exponam.

*Lacones.*

*Laconice habitatores mutati vel aucti. Quatuor immigrationes in Laconicâ. Prima im-*

Itaque qui primi ab exteris Laconicam ingressi sint, atque



migratio

Αχαιοὶ ἢ

qui primi

ab exteris

Laconicā

ingressi.

Α. ἡγορῆ

origo.

hic sedes postea habuerint, feruntur fuisse Achæi. Incertum tamen quo tempore, nisi quod vnà cum Pelope hanc regionem, vt fertur, occupauere. Origo eorum fuit ex Phthiotis. Testis locuples Strabo lib. viii. Geographi. *Αχαιοὶ πρῶτον φθιώτας φασὶ σιγατελδόντας πέλοπι εἰς τὴν πελοπόννησον, οἰκῆσαι τὴν λακωνικὴν*, Id est, *Memorie proditum est, Achæos Phthiotas cum Pelope in Peloponnesum profectos, Laconicam inhabitasse.* Et si postea hæc ferè repetens eodem libro, dicit etiam Achæum Xuthi F. homicidio per imprudentiam perpetrato, in Laconicam perfugisse, & effecisse, vt qui ibi habitarent Achæi dicerentur: vbi & alia hac de re plura. A quo in aliquibus tamen dissentit Pausanias. Nam scribit lib. vii. Achæi filios Archandrum & Architelen, ad Danaum Argium venisse, qui eis binas filiarum nuptum dederit. Ac quum potentia ipsorum creuisset, obtinuisse vsu, vt Lacedæmonij & Argiui simul Achæi dicerentur; sed Argiui etiam peculiariter Danai. Inde autem Achæi, vt scribunt, postea profligati, ad cognatos Ionas se contulerunt, in regionē, quæ tum Ægialia seu Ægialos dicebatur, quæ postea Achaiā vocarūt. Vbi & gentis huius non minus nomen clarum, quàm potētia fuit illustris.

Secunda

immigra-

tio Spar-

torum qui

secundi ab

exteris La-

coniam in-

gressi.

Sparta di-

cta à spar-

tis.

Tertia im-

migratio

Minyaru,

in Laconi-

cam.

Minye

pu si ex La-

conica, &amp;

astu vxoru

el. p. s.

Venerunt deinde etiam in Laconicam, vt ferūt, Sparti, quorum Dux Cadmus fuisse dicitur. Ab his Sparti urbem Spartam sunt qui dictam volunt. Timagoras enim apud Stephanum de Sparti loquens inquit: *ἐπιπέσοντας* (vel potius *εἰσπεσόντας*) *αὐτοὶ εἰς τὴν λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἐαυτῶν ὀνομασάσαι*, Id est, *aduenientes seu incidentes in Laconicam, Spartam à se nuncupasse.* Quò pertinere videtur, quod Pausanias scribit apud comitium varium Spartæ dictum, inter heroica ornāmēta, etiā Cadmi Agenoris F fuisse.

Postea & Minye Argonautarū posteri, pulsi Lemno à Pelagis, in Laconicam nauigarunt, ac in consōrtium honorum & agrorū ibi benignè recepti sunt. Itaq; ij repudiatis vxoribus, quas in Lemno habuerunt, alias ex Lacedæmoniis duxerūt. Qui interiecto tempore superbia elati, quum regnum affectarent, in carcerem vt necarētur coniecti sunt. Vnde astu vxorum vestes cum illis commutantium elapsi, ad priores sedes circa Taygetū reuerterunt. Sed quum adhuc morte eos afficere conarētur Lacedæmonij, Theres hoc deprecatus est, qui & in coloniam eos duxit,



duxit, in insulam, quæ postea ab ipso Thera dicta est. Cuius migrationis historia accuratè descripta est ab Herodoto lib. IIII. Itemq; à Val. Max. lib. IIII. cap. VI. Meminit eius etiam Pausanias, qui hanc secundâ deductam ex tota Græcia coloniam esse scribit, lib. VII. A quo Strabo lib. VIII. in eo variat, quòd pulsos ex Laconica Minyas circa Triphyliam habitasse scribit.

Postremo in Laconicam, sicut & in Argiam, & Messeniam, accesserunt Heraclidæ reducti huc auxiliantibus Doribus, cuius migrationis meminerunt veteres scriptores ferè omnes. Ex quibus tamen alij potissimum Heraclidis, alij Doribus eam attribuant, grauisissimi utrinque auctores. Plato lib. V. de Legibus dicit fuisse, τὸ τῆς Ἡρακλείδων Δοιοικίας, quã & εὐτυχίην, Id est, *Felicem fuisse asserit*. Idem testantur Plutarchus & Pausanias, locis pluribus hoc repetentes. Thucydides vocat Δωριέων κτίσιν, seu *Doriensium ædificationem vel coloniam* lib. I. Qui & tempus eius notat, videlicet hoc factum iniquens, octoginta annos post bellum Troianum. Isocrates Archidamo, τὸ παλαιὸν Δωριέας fuisse dicit. Itemq; Panathenæico scribit eos, quum Dorienses essent, & paruas ingloriasq; ciuitates tenerent, bellum primariis Peloponensi ciuitatibus intulisse, atq; illas occupasse. Idem & plures dicunt auctores. Sed videtur Heraclidis, tanquam ducibus, potissimum gloria huius coloniæ tribuenda: tamen nomen Dorum, utpote longè plurium, vulgatius est: Nam præcipuum Heraclidis ius horum trium regnorum, ab Hercule acquisitum erat. Etenim constat (ut de Laconica iam tantum loquar) ab Hippocoonte regnum sibi iure ætatis vendicante, Tyndareum eiectum, quem Hercules pro Tyndareo oppugnans interfecit, ac regnum ab ipso asseruit. Quod tamen ille recuperatum sibi non reseruauit, sed Tyndareo quasi fiduciarium tradidit. Vnde non iniuria hoc repetitum venerunt Heraclidæ. Sed & Dores videntur haud parum iuris habuisse in hanc regionem. Quod luculentius patebit, si diligenter aduertamus ad ea, quæ sunt apud Platonem lib. III. de Legibus. Nam ibi de his Doribus scribit, quòd orti illi quidè fuerint ab Achæis, sed deinde reduces ex bello Troiano, patria pulsos ab iis qui domi remanserant. Atq; ita à Dorienfi quodam collectos, ab eo Dores dictos fuisse. Et ab his, ut inquit, Lacedæmonij initium

*Quarta im-  
migratio  
in Laconicam  
Heraclidarum.*



historiæ suæ capiunt, ibique consistunt. Itaque, si hæc ita habēt, Achæi isti Dores dicti consimili ferè iure quo Heraclidæ hanc regionem, utpote initio suam, repetere potuerunt. Et forte an huc etiam respicit Strabo, quum mentionem facit *Ἡρακλειδῶν τῆς δωρείας καταγαρόντων*, tanquam Heraclidæ Dores ad sua seduxerint. Sed tota historia reditus Heraclidarum & Dorum, tum in Laconicam, tum in Argiam, & Messeniam, quo Duce vsi, & qua diuisione regiones distribuerint, luculenter describitur apud Apollodorum lib. 11. circa finem, & passim apud Pausaniam & Strabonem pleraque etiam commemorantur. Quæ omnia hîc adferre non attinebat. Hæ igitur sunt quatuor istæ celebres Coloniae in Laconicam deductæ, ex quibus postrema nomine Dorum fuit auspiciatissima. Nã postea obtinuit, ut Lacedæmonij pro Doribus semper haberetur. Apud Herodotum enim est, ubi narrat Cræsum misisse ex oraculi sententia, ut potentissimos Græcorum sibi conciliaret, Lacedæmonios in Dorico genere antecelluisse. Et Brasidas ipse Lacedæmonius apud Thucydidem oratione ad milites, quæ est lib. v. ait, *Doras contra Ionas pugnaturos*, intelligens Lacedæmonios Doras, & Athenienses Ionas.

*Dorum in  
Laconicâ  
immigratio  
auspiciatissi-  
ma.*

*Lingua  
Lacedæ-  
moniorum  
qualis.*

*Minerva  
optiletidos  
ad s unde  
disita.*

*Alcmanis  
poete laus.*

Porro fuit Lingua eorum ex eo tempore etiam Dorica, quæ eadem ferè est cum Æolica, ut est apud Strabonem initio libri VII, aut certè mixta fuit lingua ex Dorica & Æolica. Huic tantum honoris habitum propter Doras Lacedæmonios, ut omnes Peloponesi ciuitates viderentur *δωρίζειν ὅτι τὴν συμβάσαν ἐπιχεράσαν*, Id est, quodammodo Doricè loqui propter ipsorum potentiam. Vnde Plutarchus in Lycurgo de æde Mineruæ optiletidos agens, dicit istam ædem ita appellatam à Lycurgi oculo excussio: Eo quod *ὀπίλοις* oculos, eius regionis Dores dicant. Et apud Hesygium aliosque Grammaticos multa obseruare licet Lacedæmoniorum vocabula, quæ Doricæ formæ sunt. Inter reliquas autem Græciæ Dialectos, Lingua hæc habita rudis & insuauis, ideoque minus exulta, vel ad musas ac carmina pangenda idonea. Itaque Alcman poeta haud exiguam meruit laudem, quod gratiam suis carminibus, insuauitate eius nihil officiente, conciliârit. Auctor Pausanias lib. 111. *τῶ σιβερίῳ ὅτι ἐν δεξιᾷ μνήματι Ἀλκμανος*

*μᾶνος*



μᾶνος, ᾧ ποίησαντι ἄσματα, εἰδὲν ἐς ἡδωνῶν αὐτῶν ἐλυυλώατο ἢ λακωνίων ἢ γλαῖος ἀήκιστα παρεχόμενῃ τὸ δῶρον. Id est, *Ad Sebrij à dextra est Alcmænis tumulus, cui in pangendis carminibus nihil impedimento fuit Laconica lingua minus per se suavis, quo minus eis gratiam & venustatem compararit.* Hæc itaque populi origo, talisque eius Lingua.

## CAPVT IV.

*De Forma Reipublicæ apud Lacedæmonios, eiusque duratione.*

Indicauimus qui & vnde incolæ, itaque Rempubicam illis Lacedæmoniorum Reipub. forma diuersis temporibus diuersa. iam constituamus, qualisque ea fuerit, declaremus. Quod autem Megillus apud Platonem lib. i v. de Legibus profiteretur, inquit, *τὴν ἐν λακεδαίμονι πολιτείαν, ἐκ ἔχουσιν φερέειν εἰς τὴν ἀρετὴν ὡς τὴν ἀρετὴν ἀντιπαραστήσει.* Id est, *Politiæ Lacedæmoniam quomodo appellare conueniat, haud in procliu est tibi dicere: Idem mihi confiteri pudor non est, videlicet difficile videri, de forma Reipub. Spartanæ rectè pronunciare. Dabimus operam tamen vt lectõibus huius rei cupidis, aliquali super hac re dissertatione satisfaciamus. Quod vt commodiore via fiat, in primis diuersõrum temporum rationem habendam existimo. Nec enim ex vnus aut alterius sæculi consideratione, prorsus de tota Reipub. iudicium ferri potest, quod quidam confidēt nimis, vt ferè omnia, facit: sicut nec qui de ea scripserunt, vnum aliquod tempus spectarūt. Itaque fuit Reipub. forma diuersis temporibus diuersa, & quidem aliàs Simplex, aliàs Mixta, si his quæ iam adducentur, grauissimorum auctõrum sententiis stare libet.*

Initio autem, ac in prima quasi Reipub. huius infantia, haud Prima forma Reipub. Lacedæmoniorum monarchica. dubiè monarchiam fuisse seu regnum statuendum, & quidem fortean tale, vt Reges essent liberrimæ potestatis. Fuit enim vnus summum imperium, idque nullis quod constat legibus adstrictum. Atque hæc durasse videtur Reipub. forma vsque ad Quæque prima illa forma monarchicæ diuersæ. Heraclidas, Proclæm & Eurysthenem Aristodemi filios. Nec Castor & Pollux instar vnus Regis habendi. obstat quod Castor & Pollux fratres, simul ad gubernacula sederint, quandoquidem Imperij vices inter se summa concordia commutarint, & vnus instar Regis fuerint. Sicut Fabula de iis conficta quoque hoc indicare videtur, qua per vices feruntur mortalitatem inuicem commutasse, atque alternatim apud in-



feros superòsque versati. Quamuis Hygenus & alij aliò hanc narrationem referant.

*Secunda  
Reipub.  
Lacedæmo-  
niorum for-  
ma seu se-  
cunda ætas  
incerta.*

Postea altera ætate, Id est, ab initio Heraclidarum vsque ad Lycurgum, qualis Reipub. forma fuerit, haud facilè dictu est. Nam si nomen spectemus, Monarchiam vocare non possumus, quod ea propriè vnus imperium dicatur, quum semper duo simul fuerint, qui imperium Lacedæmone gesserint: si rem verò putemus, haud aliud quàm regnū appellare licebit. Nam vterq; eorum qui summæ rerum præerant, regio nomine simul imperabant. Nec reperire licet vllos magistratus, qui summæ potestatis aliquid sibi præter eos vindicarint. Nō negauerim tamen fuisse aliquos magistratus, quorum in Reipub. administratione vsus fuit, sed ab ipsis Regibus creatos, qui & iis idcirco obnoxij erant. Lycurgus enim recens natum Charilaum inter magistratus cœnans accepit, & Regem natum eis exhibens in folio Regio statuit, vt est apud Plutarchum in Lycurgo. Sed de hac ætate, vt dixi, difficile est iudicare, quod nullus extet satis luculentus auctor rerum, quæ tunc contigerunt.

*Tertia æ-  
tas seu for-  
ma Reipub.  
sub Lycurgo. qui  
Aristocrati-  
ca esse vi-  
detur.*

Cæterum tertia ætate, videlicet per id temporis, quo Lycurgus ad Reipub. accessit, longè maior importata est in nouatio, ita vt videatur Regnum, etsi nomine manserit, re tamen prorsus sublatum fuisse. Nam Reges tum in ordinem quasi redacti sunt, debilitata ipsorum potentia, & adiecti ipsis senatores, quibus in negotiis publicis non multò minor quàm Regibus fuit auctoritas, & sine quibus Regibus ferè publicè nihil gerere concessum. Hunc itaque Reipub. statū respicientes, formam quæ tunc extitit, appellandā iudicarūt pleriq; Aristocratiam. Ex quib. est Plato lib. iij. de Legibus, vbi sic inquit: τὸ δὲ μὴ φαίναί, ἀριστοκρατίαν αὐτὴν εἶναι, ταῦτα πασι ἀτόπον, Id est, *Negare eam esse optimam administrationem omninò absurdum.* Et Isocrates scribens Nicocle, Lacedæmonios οἰκοὶ ὀλιγαρχικαῖς, hanc laudatā Oligarchiam intelligit, quæ eadem est cum Aristocratiâ. Nam veteribus hoc significatu vocabulum Oligarchiæ etiam acceptum est. Quibus consentit Aristoteles politico secūdo, nec non Plutarchus viij. Symposiacon, vbi scribit Lycurgū vsū in sua Republica geometrica proportionem, & formam instituisse Aristocraticam.

Quemad-

*Isocratis  
locus expo-  
situs.  
Oligarchia  
& Ari-  
stocrati-  
a idem.*



Quemadmodum Maximus Tyrius quoq; oratione VI. de Rebus publicis agens, Laconicam inter Aristocraticas cum Cretica, Mantinea & Thessalica recenset. Cuius sententiæ sunt plerique alij, vt & Plutarchus libello de tribus politia generibus, Aristocratia exemplum in Repub. Lacedæmoniorum proponit. Etenim nec consilium Lycurgi fuit, vt popularem aliqua ratione suam Rempub. faceret, sed Aristocraticam, sicut Apophthegmate suo satis docuit. Nam postulanti cuidam, vt populo administrationem Reipub. traderet Lycurgus: *Tu prior, inquit, domi tuæ imperium domesticis trade.* Quod autem Nabis apud

*Liuij locus  
expofitum.*

Liuium lib. XXXI V. ait, non voluisse Legislatorem Rempub. in paucorum manu esse: Id intelligendum vti dictum à Tyranno accomodatè ad suum propolitum.

Deinde quarta ætate, videlicet centum triginta annis postquam instituti Ephori, sunt qui factam Rempub. popularem arbitrantur, vt Aristoteles & Isocrates. Nam tum vt Aristoteles scribit, Polit. II. *δημοκρατία δὲ ἀριστοκρατίας σιμείβαν.* Sicut & Isocrates Areopagitico ait, *λακεδαιμόνιος δὲ τὸ κάλλιστα πολιτευόμενός ἐπὶ μάλιστα δημοκρατικῶν προχέρον.* Quibus tamen minimè consentit Plutarchus, qui hoc magistratu creato mansisse Aristocratiam existimat, ac potius optimatum auctam & confirmatam potentiam, quam diminutam putat. Ita enim in Lycurgo scribit: *ἡ τῶν ἐφόρων κατάστασις, ἐκ ἀνέσις ἢ ἀλλ' ὅπῃτασις τῆς πολιτείας, καὶ δοκίμωσα πρὸς τὸ δῆμον γεγονέναι, σφοδρότερον ἐποίησε τὴν ἀριστοκρατίαν.* Id est, Ephorum creatio, non remissio Legum, sed contentio fuit, quippe quæ tametsi popularis apparet, optimatum tamen vim amplificauit. Quod quidem si initio Ephoris creatis ita fuisse fateamur, haud tamen intra eos moderationis cancellos se continuerunt. Nam tandem optimatibus multum detraxerunt. Quod Aristoteles & Isocrates sine dubio respexerunt.

*Quarta ætas  
sive forma  
Reipub. Lacedæmoniorū  
Democratia.*

*Plutarchi  
loci cū  
Aristot. & I-  
soc. collatio.*

Itaque vt de his, quæ secuta sunt, agamus temporibus, quibus quinta ætas cōtinetur, post illa videri potest extitisse ea Rempub. quam plerique mixtam affirmant, quando videlicet dominantibus Ephoris, magna ex parte tamen remansit Regibus sua potestas, & Senatui adhuc sua constitit auctoritas. Quamuis quomodo ea mixta fuerit diuersæ sint auctorum sententiæ. Nam

*Quinta ætas  
sive forma  
Reipub. Lacedæmoniorū  
mixta.  
Variæ sen-  
tentie de  
hac quinta  
forma  
mixta.*



Alij ex  
duobus, A  
ristocrati  
a & Demo  
cratiā.

Alij ex tri  
bus. Mo  
narchia,  
Oligar  
chia, De  
mocratiā.

Alij ex  
quatuor,  
Monar  
chia, Oli  
garchia,  
Aristocr  
atiā & De  
mocratiā.

quidam volunt ex duabus mixtam, vt Isocrates Panathenaico, qui ait fuisse *δημοκρατίαν ἀριστοκρατίαν μίσην*, seu quod constiterit ex *Democratia mixta Aristocratiā*. Quod non carere videtur ratione. Nam si Aristocratiā à Lycurgo instituta, vt omnes consentiunt, & postea additus Ephorum magistratus popularis, atque ex iis Reipub. forma mixta, haud alia videtur existere potuisse mixtio, quàm ex Aristocratiā & Democratia. Sed plures tamen sunt, qui ex tribus mixtam asserunt. Quorum princeps Plato, qui legum lib. III. vbi de Regibus, Senibus & Ephoris locutus, quomodo magistratus quilibet eorum cum aliis temperatus, atq; ex tribus istis Rebus publicis vna conflata fuerit, tandem addit: *καὶ δὴ τὸν τὸν λόγον ἢ βασιλεία παρ' ὑμῖν ἔξ ἧν ἔδει σύμμικτος γυρομένη, καὶ μέτεν ἔχουσα, σωθεῖσα αὐτῇ, σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέροντι αἰτία*, Id est, *Ad istum sane modum regnum apud vos ex quibus oportebat mixtum & temperatum, tum seipsum conseruauit, tum aliis saluis causa extitit*. Atq; ita Aristoteles etiam mixtionem eam clarius exprestit politico secundo cap. VI. Vbi Rempub Lacedæmoniorum ait ex Monarchia, Oligarchia & Democratia mixtam, vt Regum fuerit Monarchia, Senum Oligarchia seu Aristocratiā, Ephorum verò Democratia, *ὅτι τὸ ἐκ τῆς δήμου εἶναι τοῖς ἐφόροις*, quod ex populo Ephori essent. Sicut Polybius quoque libro VI. iudicat, hanc fuisse eius Reipub. constitutionem, Lycurgo eam tribuens. Sic enim de ea ait. *Οὐχ ἀπλῶς, ἐδὲ μονοφθῆ συνεστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας ὁμοῦ συνήθευσε τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ιδιότητας τῶν ἀρίστων πολιτευμάτων*. Quod postea latius declarat. Verum alij mixtionem eam Reipub. Lacedæmoniorum, nō ex tribus tantum, sed ex quatuor conficere non dubitarunt. Vt Archytas Pythagoreus apud Stobæum Ser. CXLII. Qui existimat ex quatuor ita compositam Lacedæmoniorū politiam, vt Regum statuat fuisse monarchiam, Senum Aristocratiā, Oligarchiam. Ephorum, Democratiam verò sitam dicat in Hippagretis & iuuenibus. Quæ tamen Archytæ sententia parum videtur consentanea: sicut nec reliquæ probari omnes nobis possunt, vt alio loco disputamus.

Atque huiusmodi fuerunt præcipuæ illæ stantis Reipublicæ ætates, quibus imperij seu publicæ gubernationis forma quodammodo,



dammodo mutata. Ex quibus tamen Aristocrata potissimum obtinuit, vt & auctorum pleriq; eam statuerunt. Nam in vigore suo, cumq; florebat maximè Respub. Aristocratica fuit. Quò etiam tota nomothesia comparata, vt & consilium propositumque Legislatori fuit eam saltem formam Reipub. constituete.

*Aristocra-  
tia potissimum  
obtinuit.*

Fuerunt tamen huius Reipub. quamvis optimè constitutæ, *πρεβάσεις* seu excessus quidam & labe, vel corruptelæ, ad vitiosas formas vergentes & inclinantes.

*Reipub. La-  
cedæmonio-  
rum pre-  
βασεις.*

Nam primò ante Lycurgum, graues Reipub. exagitarunt seditiones, quibus videtur quodam modo status Ochlocraticus quæsitus. Ita enim scribit Thucydides lib. 1. *ἡ λακεδαίμων μὲν τὴν κτίσιν ἤδη νικῶν ἐνοικόντων δωριέων, ἐπὶ πλείστον ὧν ἴσμεν χρόνον σεισισάσα.* Id est, Lacedæmon à conditu Dorum, qui iam eam tenent, perlongo tempore seditionibus agitata fuit. Sicut & Plutarchus Lycurgo idem testatur, qui scribit Regem Eurytionem ambitione & populari auro ductum, nimium dominatum relaxasse. Vnde populus ferocire cœperit, & Reges contemnere, ac illi vicissim violentius agendo populum offenderé, vt legibus tandem proculcatis confusio Reipub. extiterit, in qua & pater Lycurgi interfectus sit. Quò refero etiam quod Herodotus ait lib. 1. Vbi de Lacedæmoniis scribit, quod ante Lycurgum *κακονομώτα τι ἦσαν χρεῖδον παρ' ἅπαν ἑλλήνων, κατὰ τὴν σφῆρα αὐτῶν, καὶ ἔτι οἱσι ἀπερὸς μίτη.*

*Gravis se-  
ditiones  
& status  
Ochlocra-  
tici.*

Secundo videtur deinde etiam quædam species Oligarchia erupisse, quum videlicet potestate sua abutentes Ephori imperium arriperent, premerentq; Reges & Senatam, ita vt tandem eos & quosuis suo arbitratu folio deturbare, vel è medio tollere, veriti non sint. Sicut tum alia, tū quæ circa Agidem & Cleomenem contigerunt, manifestè ostendunt.

*Olig. r. l. a  
v. s. r. a. a.*

Ex quibus postremo factum, vt nec à tyrannide libera fuerit hæc laudatissima Respublica, quam inuasit primo Machanidas, continuauit deinde Nabis, donec Sparta concilij Achaici facta fuit. Ex quo vsque ad Romanorum tempora fluctuare, & imperium Dominosque mutare non destitit, vt videre est apud Polybium, Plutarchum, tum aliis locis, tum etiam in vita Pyrrhi, Itemque apud Strabonem & Pausaniam.

*Tyrannis.*

Sed tametsi hisce motibus omnibus & mutationibus, ac for-

B.



tean aliis, obnoxia fuerit Respub. Lacedæmoniorum, sicuti sunt res omnes humanæ instabiles, & variis casibus subiectæ, optimè tamen eam constitutam fuisse grauiissimi auctores consentiunt. Quod Polybius tamen catenus verum ait, vt nihil eius defuerit constitutioni, quantum ad sua tutanda spectârit. Itaque dum iis contenta erat, mansit Respub. etiam immota. Postquam verò vicina affectare cœpit, & paulatim pluribus bellum faciendo imperium in alios quærere, tum vero in eas mutationes incidit, de quibus dictum.

*Laconica  
suis conten-  
ta, mansit,  
vicina af-  
fectans in  
varias mu-  
tationes  
incidit.  
Duratio  
Reipub.  
Lacedæ-  
moniorum  
septingen-  
torum serè  
annorum.*

Sed has tamen diu pertulit, vt longo tempore iis non cesserit, sed instar Athletæ, sæpè eluctata ad leges pristinamque disciplinam redierit. Quare donec id factum nulla tumultuantium proteruia, vel inquietorum hominū ambitio, eam labefactare potis erat. Stetit itaque hæc Respub. tot seculis, quot vix vllius imperij fuisse legimus. Sicut Polybius quoque testatur, diutissimè Lacedæmonios libertatem suam seruasse. Ita enim de Repub. à Lycurgo instituta ait: Οὕτω συνησάμενος πλεῖστον ὅν ἡμεῖς ἴσμεν χρόνον διεφύλαξε τοῖς λαιεδαμονίοις τὴν ἐλευθερίαν. Id est, *Quum ita constituisset Respub. quam diutissimè conseruauit Lacedæmonius libertatem.* Nam alij annos e tribuunt octingentos, vt Liuius lib. xxxix, vbi ait Spartam disciplinæ Lycurgi per annos octingentos assueuisse. Quod tempus longè fatalem periodum, quæ existimatur esse Imperiorum omnium, excedit. Isocrates oratione de pace, scribit ἐπτακοσίοις ἔτεσιν ἔσθ' ὑπὸ κινδύων, ἔσθ' ὑπὸ συμφορῶν κινδύεσσι, Id est, *Septingentis annis neq; periculis, neq; casibus vllis labefactatam.* Quod idem in Panathenaico repetit. Sic & Cicero pro Flacco, ait Lacedæmonios solos toto orbe terrarum septingentos annos amplius, vnis moribus & nunquam mutatis Legibus vixisse. Plutarchus Lycurgo ait Spartam ὀνομία καὶ δόξη Principatum Græciæ renuisse annis quingentis, dum vsa legibus Lycurgi, quas ex quatuordecim Regibus, qui cum secuti sunt, vsq; ad Agin Archidami filium nemo mouerit. Quo tempore tamen Plutarchus videretur finem statuere Reipub. tamen non vsq; ad eò abolita disciplina, & labefactatus publicus status, vt non Leges Lycurgi aliquatenus retinentes sustinuerint vsq; ad Tyrannos. Quare & nos Reipub. durationem eò continuamus, ita

*Imperiorū  
fatalis pe-  
riodus.*

vt



vt septingentorum ferè annorum fuerit secundum Ifocratem & Ciceronem. Quod & rectè conuenienterque fieri autumo.

## CAPVT V.

## De Iure ciuitatis.

**E**Xstruãta Repub. videamus qui Lacedemone eius participes fuerint. Erant autem Reipub. participes quotquot ciuium numero habebantur. Sed non fuit vna eadẽmque ciuium omnium ratio. Alij enim erant ciues nati, alij ciuitate donati.

Nati ciues, qui ex parentibus ciuibus legitimè iunctis, procreati erãt. Hi quidem simul ac editi, ius ciuium habuerunt. Sed tamen ad id rursus, quasi per gradus ascendebant, dum iusti & legitimi ciues fierent, & pro ciuibus se gererent. Primùm enim in his hoc quasi legitimum obseruabatur, vt iudicium penes tribules esset de recens natis, an Infans tollendus esset vt ciuis fieret, vel non. Id docet Plutarchus Lycurgo: Arbitrium partus, inquit, non erat penes parentem, sed portabat eum in locum Lefchen dictum, vbi tribulum natu maximi confidẽtes, Infantem spectabant. Qui si membris compactis & robustis esset, tolli iubebant eum, sortemque ei ex nouem millibus assignabant: Debilem & distortum amandabant in locum voraginosum propter Taygetum, quas Apothecas nuncupabant: Quasi nec illi ipsi, nec ciuitati, qui non esset à primordio ad bonum habitum, neque ad robur comparatus, expediret viuere. Postea si parentes eos agnouissent, & ita probati fuissent à tribulibus, septennes facti in ἀγέλας, seu classes puenles distribuebantur, vt docet Plutarchus in Lycurgo. Deinde certo modo enutriebantur & educabãtur ad pubertatem vsque, de qua re alio loco. Tandem verò fuit legitima etas, quum ex pueris excederent ad Ephebos. Existimo autem fuisse annum ætatis octauum decimum. Nam is annus plene pubertatis dicitur etiam iure ciuili, vt refertur ex libro 1. Differentiarum Modestini l. xl. d. de adoptionibus. Atque illa ætate poterat ex institutione Laconica rigida valdè & austera satis confirmata esse natura. Hunc annum qui bien-  
*Ei pueri qui dicitur apud I. accitiamos.*

εἰρηνας dicebantur. Plutarchus Lycurgo: εἰρηνας καλεῖται τοὺς ἑτὸς ἤδη δευτέρου ἐν παίδων γεγονότας, Id est, Irenas vocat



μελλείρενας  
qui dicti  
sunt.

eos qui iam alterum annum è pueris egressi sunt. Inter pueros ipsos autem mellirenas dicebāt huic ætati proximos. Idem Plutarchus

Quarta ætas virilis.

maximos natu inter pueros. Itaque quod hanc ætatem constituo pubertatis, videor posse colligere, tum ex his quæ iam dicta, tum ex Plutarchi verbis quæ sequuntur. Nam postea addit; Quum Iren maior fuerit viginti annis, tum ducit cohortem suam in prælium. Quod hoc sensu accipio, tanquam ex pueris excesserint anno ætatis decimo octauo. Deinde Irenes facti fuerint anno vigesimo. Tandem eo anno completo esse ductores suarum cohortium cœperint, id est, puerorum. Postremo fuit & legitima ætas, qua inter viros censebantur, & quæ virorum erant gerere poterant. Hanc censeo fuisse annum ætatis trigessimum. Tot enim annos natis quæ virorum erat gerere licebat, atque eò usque inter Ephebos habebantur. Quare ἐφηβος dicitur ἐξω τῆς ἡβῆς, τεράκιοντα πέντε ἐτῶν Helychio. Ex Ephebis autem qui inter viros referebantur, & hunc ordinem recens ingressi erant,

Sphærei  
qui dicti  
apud Lacedæmonios.

Sphærei dicebantur apud Lacedæmonios. Ita Pausanias lib. III, ubi quum locutus esset de simulacro Herculis, cui sacrificant Sphærei, postea addit statim hæc eos describens: οἱ δὲ εἰσὶν οἱ ἐκ τῆς ἐφηβῶν, εἰς αὐτὰς ἀρχοῦντο σωτελεῖν. Id est, Sphærei sunt qui ex Ephebis iam excefferunt, & inter viros censei capti sunt. Atque huc refero pro argumento, quod apud Plutarchum est in Lycurgo: Qui scribit non licuisse in forum procedere ante annum ætatis trigessimum: quod perinde fortè est, ac si diceret, publicum nihil ante hanc ætatem attingere potuisse. Nec est inconcinuus hic annorum numerus. Nam à pueritiæ initio ad pubertatem erunt anni duodecim, à pubertate ad virilem ætatem itidem duodecim. Itaque hanc ætatem, quam diximus, qui compleuerant, ij legitimi & iusti ciues erant. Diximus autem oportere ciues ex utroque parète esse Lacedæmonios, & legitimè natos. Nam aliàs pro nothis & adulterinis habiti fuerunt. Omitto iam de Leotychide & Demarato Regibus aliisque dicere, qui huius suspitionis damnati regno exciderunt. In Partheniis illustre eius exemplum, qui quod non satis legitimè procreati fuissent, ciues non sunt habiti. Erant enim Parthenij ex virginibus geniti ante

Ciues ex utroque parète Lacedæmonios esse oportuit.

Leoty-  
chides & Demaratus  
cur regno exciderint.  
Parthenij  
apud Lacedæmonios  
quò fuerunt.

nuptias:



nuptias : οἱ γυρόμυροι παρθένω παρ τὴ γήμαδα inquit Suidas. Sed quales hi Partheni fuerint Lacedæmoniorum, de quibus nobis hic sermo, docet Ephorus apud Strabonem luculenta historia, quam integram hîc adscribam. Lacedæmonij, inquit, bellum intulerunt Messeniis, quod hi illorum Regem Teleclum Messenam sacrificandi causa profectum occidissent, iuramento se inuicem obstringentes, non prius se domum reuersuros, ni Messeniam cepissent aut vniuersos ibi occuburos. Itaq; ad bellum profecti vrbis custodes relinquunt ex ciuibus natu minimos & natu maximos. Post anno belli decimo vxores Lacedæmoniorum facta contione, quasdam suarum ad maritos miserunt, quæ eos reprehenderet, ut iniquis erga se conditionib. bellum Messeniis facientes: Quippe quod aliqui interim liberos procrearet: aliqui relictis vxoribus uti viduis in hostico castra haberet. Itaq; periculū ne patria ad extremū vix vacua foret. Tū Lacedæmonij & sui iurifurandi memores, & vxorū habentes rationē, robustissimos & aetate minimos, ex castris mittunt, quos nouerant Sacramenti religione non teneri. Iis præcipiunt ut cum omnibus virginibus omnes rem haberent, ita existimantes copiosorem sobolem existuram. Hi autem qui ita geniti erant παρθεναί, seu virginum filij dicti sunt. Postea addit hos non in eodem honore cum reliquis habitos, utpote non ex coniugio natos, cum Helotis conspirasse, & patefacta conspiratione patrio solo ad quærendas nouas sedes excessisse, ac Duce Phalantho tandem Tarentum in Italia condidisse. Quam historiam refert quoque Iustinus ex Trogo, sed ab hac in aliquibus dissentientem. Ex illis itaq; intelligi potest, qui fuerint Parthenij Lacedæmoniorum. Hefychius tamen auctor est, eos Parthenios fuisse, οἱ κτὲν τῶν μεσσηνιακῶν αὐτοῖς πόλεμον γυρόμυροι ἐκ τῆς δεσποτινῶν; tanquam ij ita dicti, qui in castris ex ancillis nati fuissent. Sed hoc quod ad nostrum institutum nihil interest. Constat enim hinc, qualescunque Parthenij fuerint, extra coniugium genitos pro ciuibus haberi non potuisse.

Cæterum qui ciuitate donabantur ciues, initio complures facti sunt. Nam primi Reges (vt est apud Strabonem) permiserunt δέχεσθαι σωόικους τοὺς βουλομένους τῆς ξένων, ὅτε τιμὴν λειπασθῆναι, Id est, ut reciperentur in ciuium numerum, propter hominum penuriam, ex peregrinis quicunque vellent. Et Aristoteles Politico 11. scribit, initio multos ciuitate donatos ad augendum ciuium nume-

De Parthenis alia opinio.

Ciues donati ciuitate qui.



Tyrtaeus  
Athenien-  
sis ascitus  
in Laceda-  
moniorum  
civium nu-  
merum.

rum. Postea autem peregrinis non nisi singularibus quibusdam & certis de causis civitatis ius communicatum. De Tyrtao Atheniensi nota historia, quod in civium numerum ascitus, ut eo belli Duce vterentur, quum ex oraculi sententia iussi essent aduersus Messenios ab Atheniensibus Ducem petere. Strabo lib. VIII. & Pausanias lib. IV. & Polixenus lib. I. Ac civem eum factum fuisse, probat etiam Apophthegma illud Pausaniae, quo indicatur simul quare id ei contigerit. Nam interrogatus Pausanias quare Tyrtaum Poetam Spartani civitate donassent, Respondit: *Ne unquam videremur peregrino Duce usi*, ut est apud Plutarchum Apophthegmatis Laconicis. Itidemque Terpander, Thales, Pherecydes; & alij civitate donati. Nam verum haud existimo, quod Herodotus scribit libro ultimo, solum Tisamenum & fratrem civitate donatos, nisi id iuuetur interpretatione.

Μόθαιες  
qui dicti  
sunt apud  
Lacedaemo-  
nios.

Fuerunt praeterea & alij liberi homines, non illi tamen Lacedaemonij; sed qui à pueris educabantur in disciplina Laconica, quos idcirco etiam postea civitate donabant. Hi peculiari nomine Μόθαιες dicebantur. Athenæus Dipnosophisticon VI. ex historiarum Phylarchi libro XXV. εἰσὶ δὲ οἱ μόθαιες στυγέροισι τῶν Λακεδαιμονίων. ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτικῶν παιδῶν ὡς ἀνὰ καὶ τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν, οἱ μὲν ἕνα, οἱ δὲ δύο, πινές δὲ ὀλιεῖος ποιουῦνται στυγέροισι αὐτῶν. εἰσὶν οὐδὲ οἱ μόθαιες ἐλδύθεροι μὲν, οὐ μὲν Λακεδαιμόνιοι, μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης, Id est, Mothaces erant qui una cum ipsis Lacedaemoniis educabantur. Quilibet enim puerorum ex civibus genitorum habent sibi adiunctos contubernales, hi unum, illi duos, aliqui etiam plures. Sunt itaque Mothaces liberi quidem (homines) sed non Lacedaemonij. Participes enim sunt totius institutionis (Laconicae.) Qui locus male acceptus ab interprete Veneto. Ita ferè etiam Mothaces describuntur ab Æliano lib. XII. cap. XLIII. Vbi & de hoc nomine ait: ὄνομα μὲν ἄρα τὸ τοῖς τῶν δούλων, εἰς σωμαστέμπερον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιζόμενοι ἐν τοῖς γυμνασίοις. Scholiastes Aristophanis, Hesychius, Suidas, eisdem μόθαιες dicunt, illi tamen ὀλιεῖοι, hic παρεπομόνιοι esse describentes. Vbi in Hesychio mendum irrepsit, & legendum videtur τοῖς ἐλδύθεροις παιδίοις, quo loco habet, τοῖς λεγομένοις παιδίοις. Eius generis civem fuisse Lylandrum existimant, τὸν καταναυμαζήσαντα τοῖς

Lylander  
civis factus  
ob virili-  
tatem.



τοῖς Ἀθηναίοις πολίτην γηρόμενον δι' ἀνδραγαθίαν Id est, qui Athenienses nauali praelio superauit, cuius deinde factus ob virilitatem, ut ait idem Phylarchus apud Athenæum. Idemque testatur de eo Ælianus, qui tales etiam fuisse Callicratidam & Gylippum scribit. *Callicratidæ & Gylippus.*  
 Quamuis à Plutarcho genus Lysandri relatum ad Heraclidam, patre Aristocrito, ut videre est in vita ipsius.

Ex Libertinis quinetiam aliquando ciues quoque fiebant. Illustre eius exemplum in Helotis iis, quos bello Messeniaco libertate donatos ciues fecerunt, & Epeunactos vocarunt, quasi qui in lectum Dominorū successerint. Auctor apud Athenæum dicto libro Dipnosoph. Theopompus, cuius hæc verba referuntur ex xxxii. Historiarum. *Libertini ciues facti.*  
 Ἀποθανόντων πολλῶν λακεδαιμονίων ἐν τῷ πόρῳ μεσσηνίῳ πολέμῳ, οἱ περιλειφθέντες δουλαβηθέντες μὴ κατεφανείσιν γήρονται τοῖς ἐχθροῖς ἐρημωθέντες, ἀνεβίβασιν ἅψ' εἰλώτων ἐφ' ἐκείνῳ σιβάδα ἅψ' τελελυτιόταν πναί, ἧς καὶ πολίτας ὑσερον ποιησαντες προσηγόρουσαν ἐπιμυάκταις, ὅτι κατετάχθησαν ἀπὸ τῶν τελελυτικότων εἰς τὰς σιβάδας. Id est, Casus compluribus Lacedæmonius bello Messeniaco, qui supererant, ut præcauerent, ne hostibus viderentur ad paucos redacti, in quod liber stratum seu lectum demortuorum Helotas quosdam restituerunt, quos postea ciues factos Epeunactos appellauit, quod loco mortuorum in lectos subrogati fuissent. *Eppeu uelias ciues quos dixerunt Lacedæm.*

Atque ad eundem modum aliquoties alij Libertini. His itaque ad hunc modum ius ciuitatis communicatum. Alias verò egrè impetratum ut ciuitate aliquis donaretur, quod permagna id cum dignitate esset coniunctum. Quo nomine reprehendit, tum Lacedæmonios, tum Athenienses & Thebanos Dionysius Halicarnassæus lib. i. i. Archæologias Rom. ubi hoc ab eis fieri ait ad conseruandam generis nobilitatem. Sic enim de his populis scribit; φυλάττοντες, inquit, τὸ δουρὲς καὶ μηδενὶ μεταδιδόντες, εἰ μὴ σπανίως τῆς παρ' ἑαυτοῖς πολιτείας. *Ciuita in ius tu. à Lacedæm. alius communitum.*

Ac verum hoc de Lacedæmoniis, docemur quoque exemplo Tisamēni vatis. De quo Herodotus in ultimo memorat, quod quum eius indigerent Lacedæmonij, petiisse eum ciuitatis ius, nec tamen principio hoc obtinuisse. Postmodum verò imminente Persarum exercitu, quum maiorem in modum eius egerent, tum sibi, tum fratri hoc impetrasse. Quod decus ratum fuit, huicq; soli datum, ut & sibi & alteri ciuis ius acquireret. Nam in *Tisamēni vates ciuis Lacedæm. factus.*



hunc sensum verba Historici accipio, quorū suprā meminimus.

## CAPVT VI.

*De populi distributione.*

Ciues qui fuerint aperuimus, iam quæ ciuium inter ipsos ordo & distributio, quantum licet inquiramus.

*Distributio  
populi La-  
cedem. in  
Tribus.*

Constat autem à Lycurgo primò ciuitatem, quamuis ἡ δὲ λυ-  
γαυθροῦ πον πόλεων ἔσαν, Id est, *per paucorum hominum esset*, ut ait Xe-  
nophon, per φυλας seu *tribus* discretam fuisse. Nam Rhetra ab  
oraculo ei reddita, hoc manifestè exigit, quā refert Plutarchus  
in vita Lycurgi. Iubetur enim ab oraculo Legislator φυλας φυ-  
λάξαι, qđ Plutarchus interpretatur διέχειν καὶ κατανεῖμαι τὸ πλῆ-  
θος εἰς μέρηδας; seu *populos dirimere & distribuere in partes*. Ac capi-  
te præcedente ostendimus recens natos infantes ad tribules ad-  
ferri solitos, ac ibi probari: Vt idcirco non dubium esse queat,  
quum distinctæ fuerint in populo tribus, & diuersi in vnaquaq;  
earum tribules. Quot verò fuerint tribus, & quibus nominibus  
appellatæ, nusquam adhuc satis luculenter explicatum inueni.  
Si tamen locus aliquis esse poterit coniecturæ, sex fuisse dica-  
mus, eamque sententiam retineamus tantisper dum aliud ani-  
maduertere licuerit, vel nos alij rectius docere potuerint. Atque  
hic numerus tribuum nobis videtur consentaneus, quod supra  
diximus ex Strabone, in sex partes etiam antiquitus regionem  
diuisam fuisse. Quò fortasse referendum etiam quod Plutarchus  
scribit, asseruisse quosdam regionem non in nouem, sed in sex  
tantum sortes distributam, tanquam ea populi fuerit diuisio, di-  
uersa à Regionis distributione. Vt præteream iam, conuenire ita  
cum ea rectè exercitus, quæ olim vsurpata fuit, distributione  
in sex moras, de qua paulò post. Sed hæc tamen omnia fortean  
non satis certa argumenta. Itaque si quis aliter sentiat, cum eo  
non magnoperè contendamus, tantumque doceri ex scriptori-  
bus aliter, vel aliud rationibus melioribus euinci petamus. Ha-  
rum verò sex tribuum, ne eas temere statuissè videamur, eda-  
mus etiam nomina à nobis reperta.

*Prima Tri-  
bus Hera-  
clidarum.*

Prima itaque tribus & præcipua videtur nobis fuisse Hera-  
clidarum, seu eorum qui à Diuina Herculis stirpe erāt oriundi.

Hos



Hos enim à reliquis distinctos fuisse certum est, tantúmque mixtos cum Doribus. Testatur hoc Plutarchus Lyfandro, vbi in hunc modum scribit: ἦν ἀναμιχθέντων Δωριεῦσι Ἡρακλειδῶν, καὶ κατελθόντων εἰς Πελοπόννησον, πολὺ μὲν ἐν σπάρτῃ καὶ λαμπερὸν ἰδίθησε γένος, Id est, *Genus Heraclidarum mixtorum cum Doribus, Sparta erat magnum & illustre.* Ideo etiam ab hac Heraclidarum gente scribit Plutarchus regni ius abstractum voluisse Lyfandrum in medio omnibus statuere. Nam id verius existimo, quam quod alij senserunt, voluisse eum regnum ademptum saltem Ægiadis & Eurytionidis, Heraclidis omnibus proponere. Nam id fortè nō obtinuisset Lyfander, nec Spartano populo etiam ea ratione aliquid accessisset, ideóque nec id in vulgus gratum futurum.

Secunda tribus statuatur à nobis Ægidarum. Nam Ægidas Secunda tribus Ægidarum. fuisse peculiaris cuiusdam tribus Sparta, auctor nobis Herodotus. Sic enim lib. i v. ait. Οἱ Ἰλίου γίνεταί Αἰγεῖς, ἀπ' Ἐαγείδα καλεόνταί φυλὴ μεγάλη ἐν σπάρτῃ, Id est, *Ægeus filius fuit Oilyci, à quo Ægide dicti, tribus Sparta permagna. Sicut & Ægide alij Athenis fuerunt.*

Tertia tribus videtur nobis Limnatarum. Dicti autem Limnata à parte quadam vrbis Spartanæ, quod Λιμναῖον vocarunt, quasi stagnum, vel partem stagnantem. Nam vt Strabo ait, τὸ πελαγὸν ἐλιμνάζετο τὸ παράσειον, καὶ ἐμάλου αὐτὸ λίμνας. Postea vero exsiccata ea pars, templúmque Bacchi quod in Limnis erat, sicco constitit. Et Pausanias etiam ait, χωρίον ἐτονομαζόμενον λιμναῖον, seu locum Sparta ita dictum, qui Dianæ Orthiæ fuerit sacer. Idemque postea commemorans quosdam λιμνάτας σπαρτιατῶν, indicat aliquos Spartatarum Limnatas dictos, qui fuerunt hanc vrbis partem habitantes.

Quarta tribus nobis obseruata Cynofurensium est. Tribus Quarta tribus Cynofurensium. ipsa dicta κυνόσουρα. Ita Hesychius κυνόσουρα φυλὴ λακωνική. Huius tribules dicti κυνόσουρῆς, qui cum reliquis coniuncti apud Pausaniam.

Quintam tribum statuamus eam, quæ μεσσία dicta. Nam & Quinta tribus Μεσσία. hanc tribum Sparta fuisse testis est Stephanus de vrbus, vbi ita scribitur. Μεσσία φυλὴ λακωνική. Dicta hæc etiam ab vrbis parte, cuius nomen Μεσσία. Strabo lib. viii. μεσσία ἐ τῆς χώρας



ἔιναι μέγας, τῆς ἀάτης δέ. Ita enim Caufabonus vir doctissimus Geographum eo loco emendat. Apud Suidam verò tantum est μεσοάτης. Huius tribules dicti μεσοάται. Stephanus, ἐθνικὸν μεσοάτης. Quamuis apud Pausaniam dicuntur οἱ ἐν μεσοάταις.

Sexta tri-  
lus Pita-  
natarum.

Sexta tribus fuerit nobis Pitanatarum. Auctor Hesychius: ἡ πῖτανη φυλή. Et apud Pausaniam est, Crotanos fuisse pitanatarum partem. Videtur autē hæc antiqua sātis tribus. Nam Menelaus, ut ait Hesychius, ex Pitanatis fuit. Vnde exercitus eius dictus Pitanates, siue à parte, siue quia Menelaus Pitanates, cuius gratia comparatus erat. Atque hæc habuimus de tribubus. Nam quæ earum iura fuerint, & quales tribuum principes seu Phylarchi nondum reperi.

Tribuum  
in minores  
partes di-  
strubutio.

Deinde verò fuit ipsarum tribuum iterum aliqua in partes suas minores distributio. Nam oraculum etiam vult Lycurgum ὠβας ὠβάζει, Quod Plutarchus interpretatur de aliis quibusdam partibus, in quas populus tributus fuit. Fuerunt autem hæc partes, quæ ὠβας dictæ, triginta. Tot enim ὠβας iussus facere Lycurgus. Harum autem partium videntur fuisse quinque cuiusque tribus, quæ suis nominibus distinctæ. Nam ita suprâ retulimus ex Pausania, quod οἱ κροτανοὶ μοῖρα τῆς πῖτανάτων, Id est, ex Pitanatis quidam Crotoni dicti. Atque his partibus existimare possimus præfuisse eos, qui apud Hesychium γεροάται dicuntur, quos ait fuisse δημάρχους ὠβὰς λάκωσι. Nam si tribus respondent tribubus, & δημοὶ Atheniensibus partes tribuum, ut Obæ apud Lacedæmonios, erunt Geroάται qui Obis Lacedæmoniorum præerant. Hæc nobis de tribubus & earum partibus dicta sint.

Γεροάται  
qui dicti a-  
pud Lacedæ-  
monios.

Porro Cum hac distinctione (ut diximus) conuenit aliquatenus altera, qua domi in moras distribuebantur. Nam & politicas seu urbanas quasdam moras agnoscit Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum, quibus domi inter se distincti. Erant istæ moræ urbanæ, quemadmodum & tribus, sex numero, atque haud dubiè vna mora ex qualibet tribu descripta. Nam continere videtur mora eos, quibus ætas esset militaris. Ut idcirco existimare liceat Iuniores & Seniores non fuisse in moris. Nam tamen in tribubus suis censebantur: tamen haud-quaquam in moris comprehensi, quod illis non dum per ætatem patuerint moræ,  
hi iam

Mora in  
quas distri-  
buebantur  
Lacedæ-  
monij.



hi iam ex eo numero quasi emeriti dimissi. Vnde expressè apud Xenophontem dicuntur eduoti ad bellum, Seniores & Iuniores, quibus militiæ vacatio erat. Et aliàs apud eundem, domi relictæ ad custodiam vrbs Seniores & Iuniores, tanquam qui legitimi milites non essent. Cæterum quælibet mora iterum in suas partes distributa, sicut tribus in Obas, ita vt habuerit mora vnaquæque λόχοις seu turmas, Pentecostyas, & Enomotias, quæ quales fuerint partes, quotque in qualibet earum, inferius vbi de militia nobis agendum, explicabitur. Nam hæc distributio prorsus militaris, & ad militiæ rationem comparata: sicut in omnibus benè constitutis Rebus publicis peculiaris quædam domi ciuium ad militiam distributio vsurpari solet. Præfuit cuius etiam moræ domi Polemarchus, sicut & in bello, cui reliqui suberant, qui itidem ad bella egredientibus imperabant, vt latius suo loco dicemus. Atque huiusmodi ferè ista domi per moras diuisio fuerit, cuius meminit Xenophon, quæ & rectè ad tribus conueniebat.

Mora in  
λόχοις dis-  
tributa.

Cæterum nec omnino dissimilis huic tertia, eaque vulgaris distinctio per choros fuit, etsi in solennibus & ludis quibusdam tantum vsitata. Erant autem isti chori tres, vnde τριχορία dicitur, videlicet puerorum, Iuuenum & Senum.

Distributio  
alia in Cho-  
ros tres.

Primus chorus erat Senum, qui in sacris exorsus sic canebat:

Primus  
Chorus se-  
num.

Ἄμμες πρὶ ἡμῶν ἄλλοι νεανίαι.

Nos quondam eramus fortes iuuenes.

Alter chorus erat iuuenum, qui sic respondebat:

Alter Iu-  
uenum.

Ἄμμες δὲ γ' εἰμὲν ἀδὲ λῆς, πείραν λαβέ.

Nos ij sumus, fac, si velis, periculum.

Tertius puerorum ita retulit:

Tertius  
Puerorum.

Ἄμμες δὲ γ' ἐσόμεθα πολλὰ κάρρονες.

Nos verò erimus multo præstantiores.

Auctor autem huius distinctionis per choros Lycurgus, vt scribit Plutarchus libro περὶ φιλατίας, & vita Lycurgi: Quamuis Pollux eam ad Tyrtaum referat. Sic enim lib. iv. Onomastici scribit: τριχορίαν δὲ τυρταῖος ἔθηκε, τρεῖς λακόνων χοροὶ καὶ ἡλικίαν ἐπέστην πᾶδας, ἀνδρας, γέροντας. Sed quicūque tandem auctor, videmus certè hac non tam ciuium ordines discretos, quam

In Choro  
distributio-  
nis quis  
auctor.



ætates diuersas consideratas, quæ certo annorum numero quomodo definienda, ex iis quæ præcedente capite diximus, intelligi poterit. Vsum eius distinctionis ait Plutarchus, vt familiaria & proxima exempla iuuenibus per ipsa gesta exponerentur, atque ita animi iuniorum ad æmulationem maiorum accederentur. Ac respicit huc etiam haud dubiè Plato lib. II. de Legibus, quum in sua Repub. condenda tres itidem institui vult choros: Quorum primum *παιδικὸν* seu puerilem facit, vbi pueri collocandi: In secundo vult eos esse, qui sunt triginta annorum: In tertio omnes statuit, qui egressi annum trigessimum ad sexagesimū vsque ætatis annum. Nam hæc distributio non parum vtilitatis habet, vt Philosophus eò loci disputat.

*Distinctio  
populi non  
confundenda  
aut.*

Memorable est hoc de populi distinctione, quod non confundi patiebantur inter se quosuis, nec alios in aliorum transire munus & conditionem. Constat præcones ex præconibus nasci solitos, tibicines ex tibicinibus, coquos ex coquis, & eodē modo de reliquis. Atque hoc ex instituto fiebat Ægyptiorum, vbi legislator id didicerat. Herodotus libro VI. *Συμφέρονται καὶ τὰ δὲ Αἰγυπτίοισι λακεδαιμόνιοι. οἱ κήρυκες αὐτῶν, καὶ αὐληταὶ, καὶ μάγειροι ἐκδέχονται τὰς πατρῆας τέχνας· καὶ αὐλητῆς τε αὐλητῶ γίνεται, καὶ μάγειρος μάγειρον, καὶ κήρυξ κήρυκος, ἢ καὶ λαμπεροφώνῳ ἐπιπιδέμφοι ἄλλοι σφέας ᾤδρακλήσοι, ἀλλὰ καὶ τὰ πάτρια ὀπιτελέουσι.* Id est, Cum Ægyptiis etiam Lacedæmonij in hoc cōgruunt, quod eorum præcones, tibicines & coqui in paterna artificia succedunt & coquus è coquo, tibicen ex tibicine, præco ex præcone gignitur: Neque vlli propter vocalitatem alius insidians seipsum ingerunt, sed in paterno opere perseverant. Ad hunc modum quantum nobis animaduertere licuit, inter se discreti Lacedæmonij.

*Distinctio  
Lacedæmoniorum ab  
aliis populis.*

Cæterum ab aliis populis aliter distincti, & præ omnibus hæc peculiaria habuerunt, quibus dignosci poterant, videlicet tonsuram, calceos, vestes, nomen. Pausanias Achaicis seu lib. V. I. I. vbi loquitur de Achæis impetū in Spartanos Corinthi facientibus: *συνήρπαζον δὲ πάντα τινὰ, καὶ ὃν λακεδαιμόνιον σαφέως ὄντα ἠπίσαντο, καὶ ὅτω κευράς, ἢ ὑποδημάτων εἶνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ κατ' ὄνομα προσήλυτο ὑπόνοια.* Id est, corripuerunt quemcumque vel certò intellexerunt eorum Lacedæmonium esse, vel de quibus tonsuræ, aut calceorum

*causæ.*



causa siue etiam propter vestem, aut nomen suspicio erat. Sed hæc qualia fuerint non est huius loci explicare: Verum in sequentibus pro vt se occasio obtulerit, passim de iis nobis erit dicendum.

## CAPVT VII.

## De concione seu congregatione populi.

**O**stendimus quale ius ciuis fuerit, quòd quum in concioni- bus potissimum vsurpatum sit, non incòueniens fuerit iam de iis differere. Conciones intelligo, còuentus ciuium frequen- tiores, magistratus auctoritate in locum legitimum iusto tem- pore conuocatorum. Vocabãt eas ἐκκλησίας, sicut & Athenien- ses. Sed Concionum apud Lacedæmonios fuit hoc discrimen: quod alia esset concio maior, alia minor seu μικρὰ ἐκκλησία dic- ta. Quam diuisionem ideo statuere visum, quia apud Xenophontem lib. III. Hellenicòn manifestè mentio fit μικρὰς ἐκκλη- σίας. Maior concio, seu ἐκκλησία simpliciter dicta, omnium fuit Lacedæmoniorum, qui videlicet ex omnibus Laconicæ oppi- dis conueniebant. Huius erat concionis, vt cum sociis de gra- uissimis quibúsque rebus consultaret, vt si bellum decernèdum, vel pax facienda, vel si quid aliud, omnes attingerent. Ideo cum hac ecclesia σύμμοχοι seu socij plerunque coniunguntur. Xenophon lib. v. Hellenicòn de legatis Apolloniatarū & Acanthio- rum loquens: ἀκούσαντες δὲ οἱ ἔφοροι, ἃν ἐνεκεν ἦσαν, προσήγαγον αὐ- τοῖς πορὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῖς συμμάχοις. Id est, Quum audissent Ephori, cuius rei nomine venissent, adduxerunt eos ad concionem & so- cios. Quæ ita accipienda, quod de bello Olynthiis inferendo, non solùm Lacedæmonij, sed & socij rogati sententias fuerint. Nam socij hîc diuersi à concione. Ac vt intelligatur eos ex vni- uersis fuisse Lacedæmoniis, qui has frequentabant conciones, vocãtur aliquoties ἐκκληστοὶ λακεδαιμονίων apud Xenophontem. Atque itidem opponuntur συμμάχοις, vti videre est, tum alibi, tum VI. Hellenicòn, vbi de legatis Atheniensium loquens dicit eos adductos ad ἐκκληστοὺς λακεδαιμονίων καὶ συμμάχοις. Minor concio seu μικρὰ ἐκκλησία fuisse videtur tantum ipsorum Spar- tiatarum, qui vnà cum magistratibus de rebus incidentibus de- cernebant. Ac ne quis hanc concionem cum collegio seniorū

Conciones  
populi  
quales.

Concioni  
apud La-  
cedæmo-  
nios distin-  
ctio.

Maior con-  
cilio Lacedæ-  
moniorū  
que dicta  
sit.

Minor con-  
cilio que fue-  
rit.



eandem esse existimet, discernitur à Xenophonte lib. III. Hellenicôn, vbi de patefacta conspiratione seruatorum scribens ait, quod Ephori stupfacti εὐδὲ τὴν μικρὰν καλεμένην ἐκκλησίαν συλλέξαντες, ἀλλὰ συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλοθεν ἄλλος ἐβουλόσαντο, Id est, quod conuocare minorem concionem dictam non potuerint, sed collectis senibus hinc inde consultarint.

Conciones  
qui conuo-  
care soliti.

Cæterum magistratus qui conciones initio conuocabant, erant Reges & Senatores: postea verò Ephori ferè hanc potestatem ad se totam traduxerunt. Eorum enim erat populum conuocare, qui & ad populum referre poterant, quod ferè Ephori sibi tandem vindicarunt. Itaque Herodotus Thucydides, Xenophon & alij Historici, vbi de concionibus Lacedæmoniorum mentionem fecerunt, Ephoros ei præficiunt, & ab iis gubernatas fuisse scribunt. Cuius rei crebriora sunt exempla, quam vt huc pro testimonio aliqua adducere necesse sit.

Concionum  
celebran-  
dorum lo-  
cus.

Primus tem-  
poribus in  
Campo sub  
dio.

Locus vbi conciones celebrabantur, erat in Campo sub dio ad amnem Cnacionem, quem postea Oenuntem dixerunt, & iuxta pontem Babycam. Qui locus iussu oraculi, cuius antea meminimus, electus erat. Plutarchus Lycurgo de Cnacione amne & Babyea ponte ex Aristotele differens: *In medio horum,* inquit, (Intelligit autem amnem & pontem iam dictum) *conciones habebant, vbi neque porticus erant, neque vlla alia structura.* Nihil enim ea arbitrabantur ad εὐβελίαν seu consilia rectè capienda interesse, quin citius officere, quod sutiles & fluxas inani sensu congregantium mentes efficiant, quum in signa & tabulas, & profcena theatrorum, & lacunaria fabrefacta, illi qui in concionem veniunt, defigunt oculos. Quò pertinet etiam illud Lyfandri. Nam quum ciuis Megarensis in concilio liberè cum eo ageret: *Oratio tua,* inquit, *hospes vrbe indiget.* Quod est apud Plutar-

Posteriori-  
bus in loco  
exstructo  
quem σκιάς  
dixerunt.

chum in Lyfandro. Sed posterioribus temporibus nutante Re- pub. & ruentibus veteribus legibus, etiam alij loci concionibus attributi. Et quidem locum qui σκιάς dictus, in hunc ipsum vsum exstructum tradunt. Pausanias Laconicis, seu libro III, ἐτέρω δὲ ἐν τῆς ἀγορᾶς ὄσιν ἐξοδος, καὶ δὲ τὴν πεποιήται σφίσι τὴν ἢ καλεμένην σκιάς, ἐνθα καὶ νῦν ἐπι ἐκκλησιάζουσιν, Id est, *Alter est è foro exitus, circa quem locus ædificatus, qui Scias (seu vmbraculū) dicitur, in quo hac ipsa etiam*

atate



atate conciones habent. Et fortè aliàs aliis locis conciones habitæ.

Porro videntur antiquitus armati ad conciones venisse, aut saltem baculos gestantes. Nam ex historia Alcandri, qui oculum Lycurgo excussit, tale aliquid colligere licet. Et Plutarchus ait eo facto desuisse Lacedæmonios baculos in concionem deferre. Romani in campo Martio extra urbem armati comitia celebrantes, videntur vtrunque à Lacedæmoniis mutuati.

Quod ad tempora attinet, fuerunt aliæ conciones indiætiæ, quum inciderunt negotia, quæ conciones requirebant. Ita enim exponunt hoc quod in oraculo est, *ἀέρας δὲ ἀέρας ἀπελάζειν*, vt sit, *pro vt temporum articuli requirunt*, conciones habere. Aliæ Statæ seu anniuersariæ, vt in magistratuum annorum lectione, & aliis causis ordinariis. Quæ quantum licet ex iis quæ in sequentibus libris differemus, satis manifesta sient.

## CAPVT VIII.

*De Suffragiorum ratione.*

EXplanato concionum modo, consideremus quid in iis, & quomodo pacto agi solitum. Diximus autem initio penes Reges & Senatum fuisse conciones moderari. Itaque ad populum referre quum voluerunt, iis etiam saltem permillum. Populi autem potestas in disputando sita erat & sanciendo, quæ magistratus iusserat. Auctor Plutarchus Lycurgo: *τὸ πλεῖστον ἀθροισθέντων ἐπιπέμει μὲν ἐδὲνὶ γνώμην τῆς ἀλλῶν ὑφείτω, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς γερουσίας καὶ τῆς βασιλείας προσηκόντων ὀπιεῖναι κύριος καὶ ὁ δῆμος*, Id est, Populo congregato nemini ex aliis sententiam ferre permisit; sed quæ à Senatu & Regibus promulgata erat, de ea decernere populo ius erat. Postea autem populus hac ipsa qualicunque potestate abusus est, ita vt vel adiciendo vel detrahendo peruerteret & adulteraret decreta. Itaque Reges Polydorus & Theopompus ad Rhetram veterem de concionibus hoc adscripserunt: *αἴ δὲ σκολιῶν ὁ δῆμος ἔροίτω, πικρὸν πρὸς εὐχρησίας καὶ ἀρχαγέτας δόξα πῖρας εἶμεν*, Id est, Si prauè populus rogasset, Senatui Regibusque retractandi ius esto. Atq; huius Deum auctorem laudârunt testantibus versibus Tyræti, qui sunt apud Plutarchum. Sed non erat hoc reuera cum populo in concione communicare, quin potius adsciscendi & comprobandi neces-

*Habitus ad Conciones venientium.*

*Concionum habendarum tempora. Conciones indiætiæ. Conciones Statæ.*

*Suffragiorum quæ ratio fuerit. Regum & Senatus quæ partes. Populi in suffragiis quæ potestas.*



fitatem submouere. Verum enimvero huius Rhetræ vis tãdem exoleuit institutis Ephoris. Nam sub iis populo potestas iterum sua in concionibus restituta.

*Causa in  
conci-  
onibus tracta  
re solent.*

Porro causæ seu negotia, quæ in concionibus tractari solebãt erant maximè quæ que ardua, quæ ad hæc genera referri possent, videlicet vt ageretur vel de magistratibus, vel de legibus, vel de bellis, vel de pace, vel de fœderibus, vel de iudiciis.

*De Magi-  
stratibus.*

Magistratus vsque adeo concionibus subiecti, vt etiam ipsorum Regum ius à populi Suffragiis dependeret. Neque item reliqui magistratus ferè aliter, quam populo consentiente creabantur,

*De Legi-  
bus.*

vt ex sequentibus patebit. Deinde Leges quæ populum tenere deberent, etiam ad conciones referebantur. Ita Lycurgus Rhetras suas initio in populi concilio promulgauit. Eodemque modo quæ postea Rhetris Leges adscriptæ, plerumque populo consentiente perlatæ sunt.

*De bellis  
decernendis.*

Bella etiam si decernenda prorsus populum rogari conueniebat. Ita Sthenelaidas Ephorus super bello Peleponesiaco, primò ad Lacedæmonios, post etiam ad socios retulit, vt est apud Thucydidem lib. i. & passim obuia alia exempla.

*De Pace.*

Pacem facere neque licuit inconsulto populo. Quap: opter quum Tithraustes ab Artaxerxe missus in Asiam cum Agefilao ageret, vt remearet domum, misissetque ad eam rem qui pecuniam offerrent, Respondit Agefilaus, pacis penes ciuitatem arbitrium esse: se verò malle milites ditare, quam ipsum ditescere: Et haberi alioquin præclarum apud Græcos, non dona, sed manubias referre ab hostibus. Vt scribit Plutarchus in vita Age-

*De fœde-  
ribus.*

filai. Quia & fœdera comprobare vel improbare populo ius erat, ad quem Ephoros retulisse initio legimus, priusquam fœdera rata essent, vt infra, vbi de fœderibus agemus, copiosius dicendum. Iudicia etiam summa ad populum deuoluebantur. Nam de Regibus ipsis iudicabant, quibus & aliis quamuis etiam pœnam irrogabãt, quæ res suo loco clarius patebit. Cæterum quod

*De Iudi-  
cis.*

*Suffragio-  
rum ratio  
simplex.*

ad suffragiorum rationem attinet, fuit ea simplicissima & fraudibus minimè obnoxia, adeoque reliquæ Reipub. constitutioni cõsentanea. Nam recepto more acclamationibus indicauit populus quid fieri vellet. Thucydides lib. i. de Lacedæmoniis loquens: *νεῖναι* (inquit) *βοῆ, καὶ ἰήφω*, Id est, *Clamore decernunt non*

*Acclama-  
tiones.*

*calculis.*



calculus. Docet idem Plutarchus quoque in Lycurgo, vbi & qualis ordo seruatus sit in hac suffragiorū ratione, proposito exemplo de Senatorum lectione, ostendit. Verba eius latinè reddita ita ferè sonant. *Concione, inquit, aduocata delecti viri includebantur propinqua domo, qui neminem videbant, neque ipsi conspiciébantur, sed tantum clamorem exaudiebant* ἐκκλησιαζομένων seu concionis. *Acclamatione enim tum alia, tum competitores dijudicabant. Nec tamen omnes simul, sed singuli sorte introducebantur, & taciti per concionem transibant. Hoc autem dum fieret, conclusi illi tabulas habebant, in quas de singulis retulerunt plausus magnitudinem, nescij cui facta esset, tantumq; scientes primum esse, vel secundum, vel tertium, aut quotus quisque esset introductus. Cui ex illis omnibus plurima & maxima acclamatio facta esset, hunc tandem renunciabant.* Huiusmodi fuit acclamatio illa quæ dicitur à Lycurgo instituta. Atque eandem rationem in reliquis obseruatam fuisse putandum. Nam quæ sequuntur in Plutarcho de honore habito Senatoribus renunciatis, quomodo videlicet à grege iuuenū & mulierum virtutem eorum collaudantium deducti sint, quomodo item cæna à familiaribus honorarentur, & qualiter ij vicissim maximam matronarum necessariorum ornarent, ea, inquam, omnia peculiaria opinor Senatorum. Porro in hac suffragiorum ratione, necesse erat contingere, vt aliquādo obscurum esset de plausu & acclamatione iudicium, ita vti nō discerni potuerit, populus ne iuberet an vetaret aliquid, hunc ne vel illum potius probaret. Hoc quum fiebat, id remedij adhibebant, vt in partes secedere suas mandarent, quicumque iuberent aliquid, in alias qui vetarent, vt numerari possent suffragia. Cuius est illustre exemplum apud Thucydidem lib. 1. Nam habita concione ab Archidamo, quum Ephorus Lacedæmonios in suffragia misisset, vt decernerent vtrum bellum Atheniensibus facere vellet, an non, quum non plausum satis interno scere posset, iussit in vnum locum seorsum concedere, quibus fœdera rupta, & Athenienses iniurij videbantur: In diuersum verò abire qui aliter sentiebant. Ac tum inuito numero, plures multo inuenti, qui rescissa fœdera iudicabant. Itaque postea ad socios relatum, & communi omnium nomine contra Athenienses bellum decretum. Atque ad hunc modum suffragia in concionibus publicis

*Acclamationis que ratio.*

*Acclamationum iudicium obscurum, quomodo discretum.*



Suffragio-  
rum ratio  
in Senatu  
et iudiciis.

ferebantur. Cæterum in Senatu & iudiciis videntur sententiæ suffragiis atque oratione à quolibet prolata, vbi Regibus plerumque inter se dissidentibus, cui eorum plura suffragia consentiebant, is obtinebat, vt infra copiosius dicemus. De suffragiis autem in Syssitiis capite sequenti dicitur. Atque hæc de concionibus.

## CAPVT IX.

*De quibusdam aliis populi conuentibus.*

Conuentus  
aliq̄ solem-  
nes apud  
Lacedæ-  
monios.

Syssitiarum  
conuentus.  
Quando et  
à quo insti-  
tuta Syssi-  
tia.

Αἰσθησία.

φειδίτια.

φειδίτια qui  
dicti.  
Syssitia qui  
frequenta-  
runt.

Συσίτιον  
assumendo  
vni ratio.

Καὶ δὲ δῖ-  
δαι quid  
sit.

Pueri ad  
συσίτια  
admissi.

**A**gentibus nobis de concione, non ab re fuerit hoc loco aliqua superioribus adiungere de aliis solemnibus populi congregationibus. Nec tamen quosuis cætus hoc capite attingere volumus; sed tantum vulgares aliquos epulandi causa institutos. Ex iis præcipuus erat conuentus Syssitiarum, seu conuictus publici. Fuerunt autem Syssitia instituta primùm à Lycurgo exemplo Cretensium, & initio dicta αἰσθησία, sicut & Cretenses sua vocabant αἰσθησία, vt scribit Strabo lib. x, siue αἰσθησία, vt est apud Plutarchum. Postea, vt idem ait Plutarchus, dicta φειδίτια καὶ τῆς φιλίας, mutata litera media λ in δ, quod ad amicitiam & benevolentiam pertinerent: siue φειδίτια à φειδῶ, quod ad parsimoniam & frugalitatem assuefacerent. Quamuis idem auctor tradit, ex aliorum sententia dicta, quasi ἐδίτια, adiecta aspirata ad frontem dictionis, ab eo conuictu, siue ab edēdo. φειδίτια autem appellati, qui Phiditiorum participes erant. Patebant hæc Syssitia, seu phiditia tantum viris, nec mulieribus in his locus erat, vt docet Plato lib. viii. Legum. Neque iis tamen omnibus, sed qui à reliquis probati atque asciti fuerant. Quod fiebat in hunc modum. Quilibet συσίτιον seu conuietorum fructum pastilli in manus accipiebat, & quum minister vas in capite circumferret, placidè illud pro calculo iniiciebat, ita vt qui probaret simpliciter, qui reprobarat validè id manu cōpressum iaceret. Quod compressum erat, calculi perforati vim obtinebat. Et si vnum compressum reperissent, non recipiebant aduenientem, eò quod vellent omnes lubenti animo inter se conuenire. Qui autem repudiabatur, dicebatur κειδῖδαι. Καὶ δὲ δος enim dictum vas illud, in quod frustra coniciebant. Neque solùm viri, sed & pueri hæc frequen-



frequentabant, tanquam ad *διδασκαλῆα σφοδρωῆς*, seu *Iudum temperantia venitantes*, ut sermones ibi de Repub. exciperent, doctores conspicerent ingenuos, assuescerent ipsi iocari, dictoriaque citra scurrilitatem iacere, & aliorum non agrè ferre cauilla. Atque ut quisq; puerorum intrabat, eis natu maximus monstratis foribus aiebat: Sermo hinc nō egrediatur, ut scribit Plutarchus in institutis Laconicis. Sustentabātur Syssitia, eo quod singuli conferebant secundum capita. Ita enim Aristoteles lib. II. Politicōn cap. x. De his scribens ait: *ἐν μὲν λακεδαίμονι κατὰ κεφαλῶν ἑκάστος εἰσφέρει τὸ τετραμύρον*. Vbi indicat etiam constitutum fuisse, quantum à quolibet conuictorum ad Syssitia præstaretur, quod in mensē erat, farinae medimnus, vini congij octo, casei libræ quinque, ficuum sēlibræ quinque, prætereaque ad obsonia parum aliquid pecuniæ, ut scribit Plutarchus. De quibus tamen paulo aliter Athenæus lib. IV. Dipnosophisticōn. Nam contribui ait ab vnoquoque farinae medimnum Atticum, vini choas vndecim aut duodecim, inde libram casei & ficuum, ac præterea ad obsonium decem obulos egineticos. Deinde verò etiam qui sacrificauit primitias, & qui venatus fuerat, mittebat portionem prædæ ad conuiuium. Nam ei qui sacrificasset, aut venatus esset, licuit domi manere, reliquos oportuit adesse.

Distincti autem fuerunt in Syssitiis per quinos denos, nec erant vna classe multo plures vel pauciores. Quamuis Dicaearchus apud Athenæum auctor est, cœnam seorsum cuique antiquitus appositam fuisse, quæ nihil cum alio haberet commune. Inter pulmenta præcipuum erat ius nigrum dictum, quod caput cœnæ erat, ac eo seniores ordine distributi vescēbātur, carnum ipsi non indigentes, sed iunioribus eas permittentes. Attamen placentæ quantum quisque vellet, accipiebat, & potus, idque quancumque animus tulit inter accumbendum. Opsonium omnibus semper ferè idem, videlicet caro suilla elixa, ex qua ius fiebat, quod omnibus distribuebatur. Postea diuidebantur *ἐπιπλάκα*, quæ erant quasi corollaria cœnæ & secundæ mensæ, ut est apud eundem Athenæum. Tandem ubi mediocriter biberunt, sine face receperunt se domum. Atque hæc ferè Phiditiorum ratio fuit. Meminit autem huius conuictus & iuris nigri Cicero

Silentium  
prescriptum.  
Syssitia vni  
de susten-  
tarentur.

Syssitia  
quomodo  
ferunt di-  
stincti.

Syssitiorum  
iuris.  
Ius nigrum.

Placentæ.

Caro suilla.  
ἐπιπλάκα.

Receptio  
Syssitarum  
domum.



Tusculana v. referens historiam de Dionysio tyranno: *Quid, inquit, victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nōne videmus? Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negavit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat, minimè mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. Quæ tandem inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus in Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ conduntur. Cui non dissimilis est historia, quæ de Ponti Rege refertur apud Plutarchū. Ac pertinet etiam huc, quod Sybarita quidam protulit. Nā quum in Phiditiis vnà cœnasset inquit: Meritò fortissimi omniū Lacedæmonij. Optandum enim potius ducies millies mori, quam huius tenuis victus participem esse. Quæ historia est apud Athenæum lib. iv. & repetita ab eodem lib. xii. paululum mutata oratione. Eodémque spectat Pausaniæ factum Mardonij apparatus & cœnam illudentis, vt est apud Herodotum in ix. quam & repetit Athenæus dicto lib. iv. Tādē verò defierunt Lacedæmonij ad Phiditia conuenire, neglecto veteri patrio instituto, & lauticias magnificentiamque circa victum adhibuerunt. Cuius rei auctores Areus & Acrotatus, ἀντὶ τὸ ἑξῆσιαν ζηλώσαντες, Id est, *Aulicam licentiam imitantes*, vt Athenæus scribit. Sed Cleomenes pristinos mores & veterem frugalitatem reuocare instituens, frustra id tentauit suo cum exitio, vt præter Athenæum docet luculenter Plutarchus in Cleomene. Erant præter Phiditia aliæ item cœnæ solemnes, quarum vna κοπίς, altera αἶπλον dictæ. Ad Copidas admittebantur non solum ciues, sed & peregrini & pueri. Fiebant eæ in vrbe, & in locis vbi nutriebantur pueri, scenas extruxerunt, ac lectos strauerunt, quibus tapetas iniecerunt. Singulis accedentibus casei recentis, ventris, & intestini crassi fructum conferebant: ac deinde bellaria, caricas, fabas, & Phaselos virides. Ex Molpide refert Athenæus, quod κοπίς sit δειπνον, μέζα, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὀμόν, Σωμός, σῆπον, τεράγματα, δέρμος. Et totidem verbis copida describit Hesychius. Æclum aliqui cœnam ipsam in Phiditiis vocarunt, sicut Epæclum, quod post æclum dabatur, vt Epicharmus: Alij ad sacra Hyacinthiorum ea referunt, vt Didymus Grammaticus Polycratem auctorem laudans. Sed Copis & æclum vti apud Lacedæmonios fuerunt rariora, ita & apud auctores sunt obscurioris memo-*

Phiditia  
sive Syb-  
itia desie-  
runt.

Cœna so-  
lemnes aliæ  
præter Sy-  
stia.  
Copides  
cœnæ, qui  
admissi.  
Quis vi-  
dit.

Æclum  
cœna qua  
fuerit.



memoriæ. Atque Athenæus ipse nimis quam confusè eorum refert historiam, de quibus idcirco non hoc loco plura addam.

## CAPVT X.

*De Spartanorum Libertate.*

**I**N Republica Lacedæmoniorum non solum ciuium fuerunt Distinctio Lacedæmoniorum in Liberos & Seruos. inter se diuersi ordines: sed quatenus liberi omnes, multo magis à Seruis distinguebantur. Quare de hac distinctione iam nobis dicendum, qua alij liberi, Serui alij dicuntur. Et primò quidem de Liberis.

Aduertendum autem id in primis, quod apud Plutarchum Liberi Lacedæmonij. est in Lycurgo, ac quasi prouerbio vulgo iactatum erat; ἐν λακεδαιμονίᾳ τὸν ἐλεύθερον μάλιστα ἐλεύθερον, καὶ τὸν δούλον μάλιστα δούλον, Liberi as omnibus æqua. Id est, *In Laconica liberum maximè liberum esse, & Seruum maximè Seruum.* Nam reuera Lacedæmonij præ omnibus se maximè liberos profitebantur, atque inde in primis gloriabantur. Id quod aded sibi vendicabant, Liberi as omnibus æqua. οὐκ ἀλλοίως τὰς τῶν ἐλεύθερων ἰσηγορίας ἀναξέδου, Id est, *ut ne alios quidem liberos sibi ex æquari passi sint*, ut ait Iſocrates Archidamo. Itaque Laco quidam interrogatus, quid potissimum sciret, Respondit: *Liber esse.* Fuit autem ista libertas Liberi as omnibus æqua. omnibus æqua, uti patet ex loco Liuij superius adducto. Nam Lycurgus Rempub. instituens, summum libertatis bonum & ex omniibus maximè optabile, commune esse voluit. Æqualitas enim æmulationem non parit, nec idcirco tam facile seditio metuenda, sicut dicitur: τὰ ἴσα πολεμὸν ἔποιεῖν. Nec enim uero conueniebat fortibus ex æquo distributis libertatē esse inæqualem. Omnes itaq; Laconici sanguinis optima lege liberi erant, ac ex Lacedæmoniis prorsus serui nulli. Seruis nullus ex Lacedæmoniis. Qua in re cum Indis Lacedæmonios conuenisse scribit Arrianus in Indicis, cuius hæc verba: καὶ τόδε μέγα ἐν τῶν Ἰνδῶν γῆ πάντας Ἰνδοὺς ἐστὶ ἐλεύθεροὺς, ἔδὲ τινα δούλον ἐστὶ Ἰνδῶν· τὸ μὲν λακεδαιμονίᾳ εἰς ταῦτο συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσιν. λακεδαιμονίᾳ μὲν γὰρ οἱ εἰλωτοὶ δούλοι εἰσὶ, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται, Id est, *Hoc memorabile in India, omnes Indos liberos esse, nec quenquam seruum Indum. Qua in re Indis cum Lacedæmoniis conuenit. Lacedæmoniis enim Iletes tantum serui sunt, & seruilia obeunt.* Atque idē tribuitur Cretensibus à Strabone, vnde Legislator hoc



dubio procul mutuatus est.

*Libertatis  
duo gra-  
dus, ὁμοίους  
& ὑπομει-  
ονας.*

*Ὀμοιοι qui  
διεῖλι sunt.*

Sed tamen si par libertas omnium, tamen quasi hi duo gradus fuisse videntur, ut alij ὁμοιοι, alij ὑπομειονες dicerentur, vtrique tamen verè liberi.

Existimo autem dictos fuisse ὁμοιοις, qui pari inter se iure gaudebant, quibusque honores omnes æqualiter patebant. Quales fuerunt qui legibus præscripta præstiterant & obseruabant; quique onera publica ferre poterant. Nam qui in eo numero censebantur, ij meritò æquales quodammodo & pares fuerunt, reliqui deterioris conditionis. Xenophon dilucidè hoc docet, libro de Repub. Lacedæm. *εἰ δὲ τις ἀποδειλιάσει τὰ τὰ νόμιμα δεῖπον εἶδεν, τὰ τὸν ἐχέει ἀπέδ εἰξε μήτε νομίζεσθαι ἐπὶ τῷ ὁμοίων εἶναι*, Id est, *Si quis præ socordia legibus præscripta non præstaret, cum Lacedæmone similitum in numero non habendum decreuit.* Itaque non instituti disciplina Laconica, vel minus eam obseruantes, ὁμοιοι non erant, ut Cinadon ille apud Xenophontem III. Hellenicôn.

*ὑπομειονες  
qui διεῖλι  
sunt.*

At ὑπομειονες, quorum mentio item apud Xenophontem in III. Hellenicôn, sunt ipsi qui ὁμοιοις inferiores erant, ac forte tantum aliis, tum vel eò illis cedebant, quod magistratus capere non poterant. Neque enim ij omnibus liberis hominibus promiscuè patebant, ut infra dicemus. Ideo quidem in horum ὑπομειονων numero, mea sententia, præter eos quos diximus, qui legibus præscripta obire non poterant, sint censendi præterea pauperiores quique, & Libertini, ex quibus Libertinis geniti. Neque enim illos existimo omnia iura ciuium participasse; sicut nec apud veteres Romanos libertate donati, vel eorum liberi, ingenuis per omnia exæquabantur.

*Libertate  
in qui us  
potissimum  
sitam La-  
cedæm. du-  
xerint.*

Porro sita fuit libertas Lacedæmoniorum potissimum in hisce, in quibus excellere maximè decorum existimabant. Ac primum eam ponebant in summa animi constantia, mortis contemptu, & turpitudinis fuga, qua se ad indignum aliquid patrandum adigi non patiebantur. Inde est quod facturi pacem Lacedæmonij cum Antipatro, ita in eam consentirent, dum modò nihil turpe imperaret, ut est apud Plutarchum libello qui inscribitur, de discrimine adulatoris & amici. Indidemque Aristocratidè illud magni animi responsum. Nam postquam Agis Rex

ad



ad Megalopolin fuit ab Antigono pugna superatus, dicenti cui-  
dam quid facietis Spartani? an Macedonibus seruietis? Respon-  
dit: *Quid? An impedire potest victor, ne pugna pro Sparta morem  
oppetamus.* Ideo etiam puer ille Spartanus captus & venūdatus,  
nec dum seruilem animum induere poterat. Nam quum emtori  
in reliquis facile morem gereret, quæ libero homini conueni-  
rent, simul ac iustus marulam afferre, id recusauit, seruiturum se  
negans. Ac quum à domino vrgeretur, conscensò tecto fatus,  
Scies quid emeris, præcipitem se inde dedit, ac vita decessit. Id  
enim sibi potius patiendum esse existimauit, quam vt seruile a-  
liquod munus obiter. Deinde sita libertas eorum in contentu  
rerum caducarum, diuitiarum, splendoris, magnificentiæ, luxus,  
& quæ sunt huiusmodi. Itaq; Buris & Sperthes, qui ad Xerxen  
spontè profecti erant, daturi pœnas ciuitatis nomine ex oracu-  
lo, ob præcones Persarum interfectos, quum absoluti essent à  
Rege ipsorum virtutem admirante, & rogante vt apud se mane-  
rent, idque Indarne impensius hortante, tantum aberat, vt per-  
suaderentur, vt Indarni responderent; ignorare eum, quanta res  
vera libertas, quam qui gustasset, non eam permutaturum Per-  
sarum regno. Quæ historia ab Herodoto lib. vii. Luculentius  
exposita, breuius à Plutarcho in Apophthegmatibus Laconi-  
cis, variante tamen vtriusq; narratione, tum in nominibus, tum  
aliis. Ac pertinet huc etiam historia contemti conuiuij, magni-  
fico sumtu & prodigo luxu ad Persarum morem iussu Pausania  
instructi, quum is castra deripuisset Mardonij, & supellectilem  
cepisset, quæ de re est itidem apud Herodotum libro vltimo.  
Denique hæc Lacedæmoniorum libertas præterea in aliis mul-  
tis se ostendit, vt in artibus vilibus & sordidis fugiendis, in otio  
ingenuo vsurpando, & pluribus, de quibus inferius suo loco  
agimus.

Id verò hîc addendum, adeò stabilem fuisse Lacedæmonii  
hanc suam libertatem, vt nec esset quomodo excidere hoc suo  
iure potuerint. Non enim inuenio vllam damnationem ad ser-  
uitutem, nec ex Lacedæmoniis aliquos pœnæ seruos factos le-  
gimus, quamuis aliæ pœnæ satis graues delictis eorum seuerissi-  
mo magistratuum iudicio infligerentur.

*Libertas  
Lacedæmo-  
niorum  
quàm sta-  
bilis.*



Deinde & hoc aduertendum, quod quidam posterioribus temporibus ἐλαδρεγλάκονες seu liberi Lacones dicti sint, id non eò pertinere, quasi reliqui in seruitutē redacti fuerint: sed quod hi sui iuris facti, & à potestate Spartanorum exempti fuerint, vt à nobis iam ante disputatum est. Talis itaque Spartæ libertas generosis prorsus animis conueniens, & Reipub. huic consentanea. Itaque ob hoc summum libertatis commune decus nihil seruile, ne domi quidem gesserunt, nec artes liberales hominibus indignas attrectarunt: sed summo in otio, quale nulla in Reipub. alia, viuebant vniuersi, rebus bellicis tantum studentes,

## CAPVT XI.

*De Lacedæmoniorum seruis.*

*De seruis.* **Q**UVM Libertatem illustriorem reddat ei opposita seruitus, atque illa magis commendetur istius acerbitate & duritia, faciendum vt iam hanc declaremus, quo libertati maiorem splendorem & æstimationem demus. Intelligimus autem seruos, tam δούλοις, seu initio in seruitutem redactos, quàm οἰκέτας, id est domi genitos, ac vernas propriè dictos. Vtriusque generis, præcipuè tamen vernarum multos fuisse Lacedæmone, ac plures quàm in vlla alia Reipub. passim animaduertere licet. Ideo enim Thucydides Chiis multos tribuens seruos, nusquam plures esse scribit, præterquam Lacedæmone. Vbi & scholiastes addit, quod ἡ λακεδαίμωνιων πολλοὶ οἰκέτας εἶχον. Id est, quod quamplurimos Lacedæmonij vernas haberent. Quod vel hinc perspicuè videri potest ita esse, quod Plutarchus scribit, Ætolos Laconicam incurstantes, quinquaginta millia Helotarum abduxisse. Quare & semper metus Lacedæmoniis à seruis suis, quod ij numero superarent liberos homines, & aliquando bella, aliquando clandestinæ aduersus Dominos machinationes. Nam & insidiari eos nunquam destitisse, præcipuè in casibus aduersis, auctor Aristoteles politico II. Et Thucydides lib. IV. ait: αἰεὶ τὰ πολλὰ λακεδαίμονίους πρὸς τοὺς εἰλωτάς τῆς φυλακῆς πρὸς μάλιστα καθεσθῆκει, Id est, quod Lacedæmoniis plurimum negotij fuerit in custodiendis Helotis. Vbi addit bis mille seruos, qui sibi strenuissimi in bello visi fuerant, segregatos à reliquis tanquam liberandos, quum eorum iuuentutem

*Seruarum alij δούλοι, alij οἰκέται dicti.*

*serui multi Lacedæmone.*

*Metus Lacedæmonii à seruis suis.*



tutem & multitudinem formidarent, non multò post ex oculis hominum subtractos, ita vt nemini, quomodo perierint, constiterit. Quam rem attigit & Plutarchus in Lycurgo, vt morem sapius frequentatum adducens, quum non nisi vna vice ita factum reperire liceat. Nam quam Cryptiam vocarunt ad seruum minuentam multitudinem inuentam, ea huc non pertinet, vt arbitror.

Sed Cryptiæ istius rationem, si quis requirat, hanc fuisse docet Plutarchus Lycurgo. Magistratus, inquit, solertissimos ex iuuentute certis temporum interuallis, per agros nulla certa de causa mittebant, cum pugionibus & necessariis cibariis, nulla re præterea alia. Hi interdum per latebras dispersi, recondebant se, & quieti dabant, noctu insidentes itinera Helotas, si qui in ipsos incidissent, perimebant. Ita enim multitudinem seruorum exundantem amouere visum est. Quod institutum quidam Lycurgo perperam faciunt tribuentes, longè ab ipsius humanitate alienum. Atque hoc illud videtur bellum quod Ephori recēs creati Helotis indicebant, vt est apud eundem Plutarchum.

Sed origo seruitutis Laconicæ à duobus præcipuè profecta populis, videlicet ab Helotis & Messeniis. Vnde duplices quasi serui, veteres seu Helotæ, & recentiores seu Messeniaci. Quam distinctionem agnoscit etiam Pausanias in Laconicis, vbi de secessione Helotarum loquens in montem Ithomen, hæc subdit: ἀπέσισαν δ' ἐχ' ἅπαντες οἱ εἰλωτες, ἀλλὰ τῆς μὲν Λακωνικῆς ἀπὸ τῆς ἀρχαίων εἰλωτῶν ἀπὸ χρισθέντες. Id est, Defecerunt autem non omnes Helotæ, sed ex Messeniis, qui se à veteribus Helotis auulserunt.

Dicti autem fuerunt Helotæ, Helos ciuitatem olim incolentes, qui reliquis Lacedæmoniis imperata facere non detrectantibus, quum soli rebellassent, bello subiugati & in seruitutem acti sunt. Vnde hoc seruorum mansit nomen. Harpocration: εἰλωτες οἱ μὴ γόνυ δούλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ παῖδες χειροθέντες τῆς ἑλός τινὸς πόλιν οἰκωόντων. Hoc bellum dixerunt παρὸς τοὺς εἰλωτας πόλεμον, seu aduersus Helotas bellum vt ait Strabo lib. VIII. Cuius auctorem Agidem Regem fuisse scribit, eamque seruitutis rationem, quam ipse instituit, ad tempora Romanorum continuo in vsu fuisse testatur. Id enim Strabo superioribus hæc ver-

*Cryptia ratio que apud Lacedæmonios.*

*Seruitutis Laconicæ origo vnde profecta.*

*Helota senij qui dicti sunt.*



ba addens docet: *χεδὸν δέ τι, καὶ τὴν εἰλωτέαν τὴν ὕπερον συμμί-  
νασαν, μέγρι τῆς ῥωμαίων ὀπικρατείας, οἱ παρὰ Ἄγων εἰσὶν οἱ καταδείξαν-  
τες, Id est, Totum ferè Helotarum statum, qui deinceps perdurauit, ad id  
tempus, quo verum potuit sumi Romani, Agis instituit. Ac quum inde re-  
uera primum Helotæ cæperint, obtinuit tamen usus, vt promi-  
scuè Helotarum nomine appellarentur, etiam Messenij, & vn-  
decunq; orti accesserint serui. Pausanias de Helotis, seu He-  
leos ciuitatis incolis loquens: *περὶ γὰρ, inquit, ἐγγύοντο ἔπειτα λακε-  
δαίμωνίων δούλοι τῶ κοινῶ, καὶ εἰλωτες ἐκλήθησαν περὶ γὰρ, καὶ δῆμιον γε  
καὶ ἦσαν τὸ δὲ οἱ κετικὸν τὸ ὀπικρατὴν ὕπερον δωρεάσι, μεσσηνίας ὄντας ὀ-  
νομασθῆναι καὶ τῆς οὐκ ἐξενέκασεν εἰλωτας, Id est, primum Helotæ facti  
publicè Lacedæmoniorum serui, Helotæque primum dicti, quia & reuera  
erant. Postea euenit consuetudo, qua acquisita deinde à Doribus (seu Lace-  
dæmonijs) seruitia, tamesi ex Messenijs essent, uidentur Helotæ vt appel-  
larentur. Quoniam autem grauis admodum esset eorum serui-  
tus, ideo quasi in prouerbiū abiit, grauiore seruitute premere  
quàm Helotas. Vnde est, quod Isocrates panathenais de La-  
cedæmonijs ita loquitur: *ἐς μὲν ἐλδὲ θεορῶσιν ὠυολόγησαν, κατε-  
δουλώσαντο μᾶλλον, ἢ τοὺς εἰλωτας, Id est, quos se in libertate in assertu-  
ros promiserant, eos grauiore seruitute quàm Helotas oppresserunt. Vt non  
satis capiam quare Pollux Helotas medios inter liberos & ser-  
uos esse dicat.***

Seruitus  
Helotarū  
grauis.

Messenij  
serui &  
quanti ser-  
uius eorū.

Ἀργεῖοι ser-  
ui qui di-  
cebantur.

Sed Messenij ex omnibus tamen acerbiorē seruitute afflicti  
erant, id quē vt existimo, ea de causā, quod cum eis bella susce-  
pta essent, non pro gloria & Imperio, sed pro vita & salute: con-  
tenderentque inter se, vter populus esset, non vter imperaret. I-  
taque idem Isocrates Archidamo dicit eos, *χαλεπώτερον τῶν ἄλ-  
λων δεδουλωκότας. Vnde & prouerbiū extitit δουλιότες μεσ-  
σηνίας. De quo magnus ille Erasimus in Chiliadibus suis. Verum  
tamen quum tales essent Helotæ, atque ita affligerentur, vt ta-  
men vulgo iactatur, Seruum sibi ruo præstare, Dominum Domino:  
Ita dubium non est, quin aliqui eorum fuerint, quorum fi-  
des & integritas esset Dominis probata & commendata. Tales  
autem qui essent peculiariter Argeos vocabant. Helychius: *Ἀρ-  
γεῖοι, οἱ ἑλλήνες, καὶ οἱ τῶν εἰλωτῶν οἱ πιστεύοντες ἔτιος ἐλέγοντο, Id est,  
Argei vel Argij Hellenes dicti, itēque ex Helotis fideiores ita voca-  
bantur.**



bantur. Itaque aliqui horum etiam probi.

Hoc etiam vel in primis de Helotis vniuersis memorabile, quod tamen si proprietates in iis singulorum Dominorum esset, vltu tamen communes fuerint, & publici quasi iuris. Itaque rectè Strabo ait, quod *τερον τῶν δημοσίων δούλοις εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι τῆς πόλεως*, Id est, quod quodammodo publicos seruos hos habuerint Lacedæmonij. Quod etiam ex loco Pausaniæ paulo antè adducto patet. Aristoteles quinetiam politico II. scribit, quod inuicem alter alterius seruis vsi sint Lacedæmone. Cuius verba super hac re ita habent: *ἐν Λακεδαιμόνι τοῖς τε δούλοις χρωῖνται τοῖς ἀλλήλων, ὡς εἰπεῖν ἰδιότις ἐπὶ δὲ ἵπποισι κρηκυσὶ, καὶ δειπῶσιν ἐφοδῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν*, Id est, Lacedæmone vtuntur seruis inuicem vti propriis: Et præterea equis & canibus, & si egerint etiam viaticis, dum in agris versantur in sua regione.

Opera autem Helotarum erant, tum vt omnia seruilia munera obirent, tum potissimum vt agros colerent imposito tributo. Ita Plutarchus in Lycurgo: *οἱ δὲ εἰλωτες αὐτοῖς εἰργάζοντο τὴν γῆν, ἀποδόντες τὴν εἰρημύην τελευτῶντες*, Id est, Helota agros eis colunt, dictam pensionem pensitantes. Vnde & Liuius vocat Helotas Castellanos. ac agreste genus. Quanta autem esset pensio supra attingimus, quum de sortis cuiusque tributo actum est. Idem & Aristoteles docet quadantenus lib. II. Politicorum. Sicut & Iosephus lib. II. contra Apionem scribit, Lacedæmonios ad omnia vitæ necessaria seruis vtī, & victum paratum ab iis accipere. Ita enim de Lacedæmonijs ait: *ὅτι τῆς πόλεως δὴρον ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τῆ βίου χρωῖνται καὶ τερφῶν ἐτοίμη παρ' ἐμείνων λαμβάνοντες*. Itaque præclare Cleomenes Anaxandridæ F. Homerum Lacedæmoniorum Poetam dicebat, Hesiodum seruorum seu Helotarum. Illum enim præcepisse, quomodo bellum sit gerendum: Hunc quomodo agri colendi, vt est apud Plutarchum in Apollhegmatis Laonicis. Sed & extra regionem eorum ministerio vtēbantur, maximè in bellis, vt suo loco dicendum erit, vbi aliquoties egregiam præstiterunt operam, quam & præmio libertatis recompensari meruerunt. De quo eorum præmio, nobis sequenti capite restat discerendum.

Helota seu  
nū proprie  
tate singu  
lorum do  
minorum  
vsu publici  
iuris fue  
runt.

Helotarū  
opera.

Agrorum  
cultura.

Vsus in  
bellis.



*De Manumissione & Libertinis.*

*Libertate  
Helotæ  
quo modo  
consequen-  
rentur.*

**H**elotarum etsi dura admodum esset seruitus, vt diximus: non erant tamen vsquequaque à spe libertatis exclusi. Patere enim libertatem bene merentibus volebant, ne desperatio melioris status extrema audendi fiduciam animis insereret. Obseruabatur autem hoc in primis, ne priuatim à suis quique Dominis eam consequeretur, quod & serui non essent prorsus priuatorum, sed publici quodammodo iuris. Itaque videtur Respub. libertatis conferendæ ius quasi proprium sibi retinuisse. De Dominis, initio constitutæ seruitutis, id sancitum erat, ὥστε μήτ' ἐλαθεργιῶν ἔξείναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῆς ὀροφῆς, Id est, *vt neque iis manumittere seruos, seu libertate donare liceret, neque extra fines vendere, vt scribit Strabo lib. viii. Atque hæc τακτά illa erant seu Agidis instituta, ὡς ἐὶ εἰλωτείας seu de statu seruorum, quæ ad Romanorum tempora vsu frequentata & custodita sunt. Caterum populus, cuius summa in seruos potestas, sæpe hoc magnum libertatis bonum per se vel per magistratus tribuebat: aliàs etiam, si necessitas requireret, libertatem vèdebat. Prioris illustre testimonium peti potest ex seruis, qui cum Brasida in prælio fuerant, quos re benè gesta domum reportatos à Clearida, populus liberos esse iussit, vt auctor est Thucydides lib. v. Posterioris exemplum suppeditat Cleomenes, qui occupata ab Antigono Tegea, direptisque Orchomeno & Mantinea, quum redactus in fines Laconicos esset, Helotas qui quinque minas Atticas præstitissent, manumisit. Qua ratione talenta quingenta coegit, vt est apud Plutarchum in Cleomene. Forma autem seu modus manumittendi non videtur in exquisitis aliquibus solennibus sita fuisse, in illa fori simplicitate, quæ apud eos obtinebat. Id tamen vsurpatum obseruare licet, vt post manumissionem coronarentur. Nam corona insigne honoris & libertatis, tum apud Græcos in vniuersum, tum apud Lacedæmonios. Deinde etiam vt circa templa ita coronati ducerentur. Quod colligimus ex verbis Thucydidis lib. i v. quæ capite præcedente delibauimus. In quibus & hoc est, de istis bis mille seruis, quod ἐσεφανώσαντο καὶ τὰ ἱερὰ*

*Libertas  
vel ab ben-  
merita tri-  
buta, vel  
venditæ.  
Prioris e-  
xemplum.  
Posterioris  
exemplum.*

*Manumif-  
sionis seu  
Libertatis  
tribuenda  
modus.*

*Corona li-  
bertatis &  
honoris si-  
gnum.*



τὰ ἱερὰ παρὰ τοῦ θεοῦ ἔλθον, ὡς ἠλδοθερομήροι, Id est, quod coronabantur, & tem-  
 pla circueverunt tanquam manumissi. Vt vtrunque horum in seruis  
 manumittēdis obseruatum, dubium non sit. Merita autem qui- Merita  
 bus potissimum libertas tribuebatur, fuisse animaduertimus vel quibus Li-  
 res bello benè gestas, vel aliàs auxilium in periculis præstitum. bertas tri-  
 Ita iis, qui obsecris in sphacteria Insula Lacedæmoniis commea- buebatur  
 tum aduexerunt, libertas fuit præmium. Nec tamen qui ita ma- que fuerunt  
 numittebantur in libertatem, omnia iura ciuium participasse  
 crediderim. Sed vt Libertini peioris vbiq̄ue conditionis, quam Libertini  
 ingenui: Ita & Lacedæmone verisimile est inferiores fuisse Id- peioris con-  
 que vel eò sic statuerim, quò magis se aliis hoc nomine antefe- ditionis  
 rebant Lacedæmonij, non passuri idcirco seruitutis nota insi- quam in-  
 gnitos sibi prorsus exæquari. Hoc tamen eis datum, vt quidam genus.  
 in numerum ciuium referrentur, aliis potius vt vbiq̄ue vel-  
 lent habitandi potestas esset, concessum. Quibusdam etiam vt  
 in Colonias ducerentur permissum. Vtrunque hoc posterius  
 Brasidianis contigit seruis. Thucydides lib. v. οἱ λακεδαιμόνιοι  
 ἐψηφίσαντο, τοῖς μὲν μὲν βρασίδου εἰλωτας μαχεσαμένους ἐλδοθέροις  
 εἶναι, καὶ οἰκείν ὅτε αὐτῶν βέλωνται, καὶ ὕστερον ἐπολλὰς αὐτοῖς μὲν τῶν νεο-  
 δαμῶδων εἰς λέπρον κειτέσθαι, Id est, Lacedæmonij seruis qui sub Bra-  
 sida pugnauerant, liberos esse decreuerunt, habentes vbiq̄ue liberet ha-  
 bitandi potestatem: Eòsq̄ue non ita multo post in Lepreo cum Neodamo-  
 dibus, collocauerunt. Vbi & hoc obseruandum in verbis grauissimi Neοδαμῶ-  
 historici νεοδαμῶδεις distinguī à seruis Brasidianis manumissis, δεις διστι-  
 sicut & inferius eodem libro distincti sunt. Ita & apud Xeno- φιῖ ἀ seruis  
 phontem lib. iiii. Hellenicōn νεοδαμῶδεις alij sunt: alij εἰλωτες, Βρασιδαι-  
 & ὑπομείονες, & παρῖοικοι. Vnde existimare licet hosce dictos νεο- Neοδαμῶ-  
 δαμῶδεις, qui libertatem consecuti Lacedæmone remanserunt, δεις qui di-  
 & postea in ciuium numerum relati fuerunt. Quamuis Pollux στι.  
 simpliciter libertinos hoc nomine donat, inquit: τοῖς μὲν τοῖς  
 εἰς ἐλδοθερίαν τῶν εἰλωτῶν ἀριεμέροις, οἱ λακεδαιμόνιοι νεοδαμῶδεις  
 καλεῖσθαι. Cui consentit Hesychius, apud quem νεοδαμῶδεις sunt,  
 οἱ κατὰ δόσιν ἐλδοθεροὶ ἀπὸ τῆς εἰλωτείας. Quorum vterque hoc à  
 Thucydide didicit, qui vim huius vocis explicans inquit: δυνά-  
 ται δὲ τὸ νεοδαμῶδεις ἐλδοθεροὶ ἢ δὴ εἶναι. Vbi & Græcus scholiastes  
 addit: Neοδαμῶδης ὁ ἐλδοθερος παρὰ τοῖς λακεδαιμόνιοις. Sed ciues



fuisse νεοδαμώδεϊς vel inde colligi potest, quod mille tantum eorum, cum quatuor millibus aliorum Peloponēsiū, in auxilium ciuitatum Ionicarum iuncti sunt & comparati, haud dubiè adituris Lacedæmoniis alios milites, nisi νεοδαμώδεϊς ciues fuissent, nec Harmosten missuris nisi ciuibus munitum. Item quod Agefilaus contentus duobus millibus Neodamodōn fuerit, quū tamen sex millia sociorū requireret profecturus in Asiam, haud quaquam Rex quum esset tam paucis confisurus, nisi Lacedæmoniis ciuibus. Non negārim tamen quosuis etiam libertinos militasse. Nam & Cleomenes, quos praestitis quinque minis liberauerat, in prælium ducens, aduersus Argyraspidas Arcadum opposuit. Quin & Agefilaus centuriauit ipsos Helotas bello contra Thebanos. Sed hæc necessitatis erant, & fidem expertus Agefilaus prorsus seruilem, id est, perfidiam summam & transfugia non pauca, vt refert Plutarchus in Agefilao. Atque hæc de Libertinis.

## DE REPUBLICA LACEDÆMONIORVM LIBER SECVNDVS.

### CAPVT I.

#### *De Magistratibus in genere.*

*De Magistratibus Lacedæmoniorum.*



*Republica quibus potissimum rebus conseruentur, aut euerbantur.*

Væ superiore libro disputauimus, eò pertinent, vt Reipub. Spartanę corpus cum præcipuis eius partibus explicarent: Nunc edisserendum est, quibus illæ partes quasi vinculis continebantur. Nam vt in corpore membra inter se neruis, venis, arteriis coarctantur & coniunguntur: Ita quæ iam exposita sunt Reipub. membra aliqua requirunt, vt inter se nexu quodam conueniente aptentur & copulentur. Ea verò sita in his existimamus, quæ sunt, magistratus, leges, onera publica, actiones & iudicia, præmia & pœnæ. Nam hæc potissimum politiam tum ornant & conseruant, si rectè habent: tum paruo



paruo momento euertunt, si segnius constituta sunt. De his itaque ordine pertractabimus factò initio à magistratibus. Conuenit enim ante omnia magistratus aliquos in Repub. creati, quod sine eorum auctoritate, nec leges scribi, nec onera iudici, nec iudicia reddi, nec præmia & pœnæ decerni possunt.

*Magistratus ante omnia in Re pub. creati.*

Intelligo autem hîc magistratum nomine, non modò eos, qui cum imperio publicum munus administrârunt, ut iuris consulti propriè vocabulum vsurpant: sed generaliter quosuis, qui Reipub. gubernationi aliqua in parte præfuerunt bono publico, vel publicum aliquod munus gesserunt. Atque ad magistratus Spartanos quod attinet, existimamus ita fati perspicuam nostram explicationem de iis fore, si hæc quatuor declarauerimus, ut aperiamus quot & qui fuerint, quæ ipsorum inter se distinctio, quomodo quibusue causis magistratus crearètur, quosque ab illis repellere moris fuerit. De quibus omnibus, paucis verba faciamus.

*Magistratus nomine qui comprehendantur.*

Primo itaque fuisse Lacedæmoniorum magistratus numero non ita multos, pro eius Reipub. quæ habebatur dignitate, ex hisce constat. Nam & Respub. ipsa nec admodum abundabat hominibus, ut necesse esset plures ad eos regendos adhibere magistratus, ut suprâ attigimus. Deinde educatio ipsa talis fuit, ut neque opus ad coercendam malitiam & mœurs emendandos multis rectoribus, ut infrâ patebit. Quare Brasidas quoque apud Thucydidem lib. iiii. milites ad fortitudinem adhortans, ita loquitur, iubens eos nihil formidare multitudinem hostium, οἱ γὰρ (inquit) μηδὲ δ' ἀπὸ πολυτεῶν τοῖσ' ἑστέ ἐν αἷς ἢ πολλοὶ ὀλίγων ἀρχουσι, ἀλλὰ ὀλιγίωνων μάλλον ἐλάσους, Id est, quod non venistis ex talibus Rebus pub. ubi non multi paucis imperant, sed potius per pauci multis. Et Cleomenes apud Plutarchum Ephoros oppugnans, ait tantum Reges cum Senatu initio Reipub. præfuisse, sine vllis aliis magistratibus. Hęc enim Cleomeni Plutarchus verba tribuit in vita eius: ἔφη ὑπὸ τῷ λυκούργῳ τοῖς βασιλεῦσι συμμηχθῆναι τὴν γέροντας, καὶ πολὺν χρόνον ἔτι διοικεῖσθαι τὴν πόλιν ἐδὲν ἐτέρας ἀρχῆς διομήνης. Quod quidem si ita omnino habuit, fuerunt tamen alij magistratus additi postea. Nam obseruauimus hos in vniuersum fuisse apud Lacedæmonios magistratus, ut sunt, Reges, Senatus,

*Magistratus apud Lacedæmonios quot fuerint.*

*Magistratum apud Lacedæmonios variò nomina.*



Ephori, Beidixi, Nomophylaces, Harmofyni, Empelori, Pythij, Proxeni, Prodicti, Pædonomi, Harmoftæ, Hippagretæ, Polemarchi, Symphorei, Nauarchi, Epiftolei. Hos enim omnes publica munera Reipub. gessiffe animaduertimus, quamuis alia alij ratione. De qua diuerfitate iam dicamus.

*Prima Lacedæmon. Magistratum distinctio. Alij perpetui.*

*Alij ad tempus.*

*Temporalem Magistratum subdividit.*

*Alij tempore mero.*

*Alij annui.*

*Secunda Magistratum distinctio.*

*Alij Urbani.*

*Alij provinciales.*

*Tertia Magistratum distinctio.*

*Alij maiores.*

*Alij mi-*

Itaque ut ad id, quod secundo loco proposuimus, accedamus, inuenitur hæc in magistratibus iam dictis distinctio. Alij enim erant perpetui, quibus non nisi cum vita honos ipse terminabatur, qualis erat Regum & Senatorum dignitas. Nec enim lege certum aliquod tempus his præfinitum: sed eos magistratus retinere ius erat, donec vita superesset, nisi alicuius sceleris conuicti indigni essent iudicati. Alij autem magistratus ad tempus creabatur, quales videntur ferè reliqui omnes, etsi de aliquibus eorum non ita certò constat. Atque horum qui nec perpetui erant, sed temporales, alij eò usque in magistratu seu officio commisso manserunt, dum Reipub. usus exigeret, id est, tempore incerto: Alij definito temporis spatio magistratu abibant, ut puta, qui vel annui erant, vel aliàs certi alicuius temporis. Nam de his intelligendus, ut arbitror, locus Xenophontis lib. vi. Hellenicôn, ubi ait quosdam, qui domi relictis fuerant ad capeffendos magistratus, etiam in militiam scriptos. Ita enim de delectu ab Ephoris habito scribit: τοὺς ἐς ἀρχὰς δὲ τότε καταλειφθέντας ἀπολαβεῖν ἐκέλευον. Deinde fuit & hæc in magistratibus varietas, ut alij essent Urbani seu domestici, quorum potestas Regionis Lacedæmonicæ limitibus erat circumscripta: Alij essent provinciales, qui ad provincias seu socias ciuitates (sic enim provincias suas vocabant Lacedæmonij) gubernandas, vel in fide retinendas, mittebantur, ut Harmoftæ: Alij denique militares, ut Polemarchi, symphorei: Alij mixti, quorum sua, domi item & militiæ, erat potestas & auctoritas, ut suo loco diceretur. Denique videtur & talis aliqua diuerfitas in magistratibus distinguendis vsurpata, ut quidam essent magistratus maiores seu maximi. Nam μέγιστος ἀρχὴς seu magistratus maximos aliquos agnoscit Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum. Quo in numero habendos cenfeo Reges, Senatam, Ephoros & Harmoftas. Quidam verò rursus magistratus essent minores, ut plerique aliorum. Quæ distinctio,



distinctio haud dubiè etiam admittenda, quod non sit verisimiles.  
le eiusdem fuisse dignitatis & potestatis quo suis magistratus.

Verùm in quorumuis horum magistratuum creatione, hic *Magistra-  
tum quomodo creari  
soliti.*  
obseruatus modus, vt omnes suffragiis legeret, nec forti aliquid  
tribuerent. Itaque Aristoteles Politico II. ait: πάντας (ἀρχαί) αἰ-  
ρετάς, καὶ μηδεμίαν κληρονομίαν fuisse. Et Isocrates Panathenaico in  
fine, ἀρχαίς ἐκκληστοῖς, ἀλλὰ αἰρετάς fecisse Lycurgum scribit.  
Quæ ratio per electionem Reipub. Aristocraticæ maximè etiam  
conueniebat, sicut sortitio Reipub. Democraticæ propria est.  
Quamuis electio in Rege non prorsus libera erat. Respicietur  
enim alia causa in Regibus creandis, aliæ in aliis magistratibus.  
Nam in Regibus necessariò certum genus spectabatur, nec co-  
rum alij creabantur, quàm ad quos regnum eo iure pertinebat,  
de quo tamen populo statuere & iudicare fas erat. In Ephoris  
verò requirebatur, vt populares essent, ac vt quisque maximè  
visus Regibus & Senatui aduersari, ita animo lubentissimo po-  
puli Ephorus factus. Cæterùm & Senatui & reliquis virtus po-  
tius & merita suffragabantur. Nam virtutis præcipuè habita fuit  
ratio, vt in aliis omnibus apud Lacedæmonios; ita etiam in qui-  
busuis magistratibus conferendis. Neq; enim aliter Aristocratica  
Respub. consistere posset, sed paulo momèto esset mutatura. Ita  
iudicauit de hac Reipub. Plato lib. III. de Legibus, vbi hæc eius  
verba: δίκαιον μὲν ὃ λακεδαιμόνιοι τῷ γε τῆ πόλει ὑμῶν δῶτο δίδεναί,  
ὅτι πνία καὶ πλάτω, καὶ βασιλεία καὶ ἰδιωτεία διαφέρουσαν ἐδ' ἰπι-  
νοῦ πικρὸ καὶ τερπλὸ νέμετε, Hoc est, Æquum est ὃ Lacedæmonij, ve-  
stre hoc tribui civitati, quod ex diuitiis vel paupertate, itémque ex regio vel  
priuato statu, nullum singularem honorem aut præmium conferatis. Nam  
τερπλὸν hîc pro generali præmij nomine poni existimo. Cuius *terpλ: spe-  
cialis signi-  
ficatio.*  
sententiæ fuit & Xenophon libro de Reipub. Lacedæmoniorū,  
vbi de Legislatore eorum ita loquitur: ἐπέθμισ δὲ καὶ τὸν ἀνυπό-  
στατον ἀνάγκη ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετὴν. τοῖς μὲν γὰρ τὰ νόμι-  
μα ἔντε λῆσι ὁμοίως ἅπασιν, τὸν δὲ πόλιν οἰκείαν ἐποίησε, καὶ ἔδεν ὑπελογι-  
στατο ἔτε σωμαίων ἔτε χρημάτων ἀδένεια, Id est, Legislator etiam suis  
inestragabilem necessitatem omnem civilem virtutem exercendi attulit.  
Nam is qui iussa Legum exequerentur vniuersis, Reipub. propriam esse  
voluit, neq; rationem habuit vllius imbecillitatis corporum vel facultatum.

D)



Quod Plato haud immeritò magnoperè commendat, & diuinitus hoc allatum consilium affirmare non dubitat. Non enim, inquit, decet in ciuitate honores ideo in pretio esse, quòd is qui eos gerat diuitiis excellat: Nec quidem quod is, qui illos administrat, aut celer sit, aut formosus, aut robustus, nisi aliqua præter hæc adsit virtus, & ea quidem virtus, à qua temperantia minimè absit. Quod politicum præceptum in quauis Republica seruari ex vsu est.

Tenuiores  
non ad. i. f.  
si ad Ma-  
gistratus  
gerendos.

Postremò quanquam virtus in primis circa magistratus legēdos semper spectata sit: hoc tamen peculiariter obseruatum tradit Aristoteles Politico II. vti tenuiores ac sumptibus Syssitiorum ferēdis impares, Reipub. non essent participes. Ita enim inquit: Ὅμοιοι τῆς πολιτείας ἔσονται αὐτοῖς ὁπάταιροι, τὸν μὴ δυνάμενον τῆ τοῦ τέλους φέρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς, Id est, Hoc quasi limite à maioribus posito Respub. ipsis constituta est, vt qui non possit pendere vectigal hoc (ad communionem Syssitiorum requisitum) is vt minimè particeps esset ipsius. Illos autem qui soluendo vectigali erant, qui que publicum munus gerere poterant, peculiariter dictos puto δαμώσεις, Hefychij verbis adductus. Nam illi dicuntur δαμώσεις, οἱ ἐν τελείῃ λαμβάνουσι. Quibus etiam contrarij quodammodo superius à nobis memorati πομείονες. Verum illud institutum fortean tum demum obtinuit, quum Diuitiæ honori esse cœperant. Quamuis Aristoteles culpam aliquam in eo agnoscit Legislatoris. Quod nos in medio relinquamus. Deinde neq; videntur ad magistratus admissi fuisse, quibus non erat legitima ætas. Nec enim infra

Ætatis  
habita ratio.

virilem ætatem magistratus munia capessere, vel officium publicum gerere licebat. Certè maximi qui dicebantur magistratus, eorum tantum erant, qui ex Ephēbis excesserant, atque inter viros censebantur. Ita enim Xenophon scribit de Repub. Lacedæmoniorum: τοῖς γε μὲν τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν πεπερακίον, ὅτε ὦν ἡδὴ αἱ μέγιστα ἀρχαὶ καθίστανται. Quæ tamen ætas, an in Regibus eodem modo requisita, haud faciliè dixerim. Fuit tamen certus haud dubiè ætatis annus, quum ipsi regnum administrare inciperent, prius à Prodicō tutorio nomine gubernatum. De quo tamen nihil inuenimus, vt & alia. Item quædam, quæ hic dicenda fuerant, auctorum silentio obruta sunt. Quare his de magistratus



magistratibus expositis contenti simus. Nunc de singulis ordine dicamus.

## CAPVT II.

*De Regibus.*

Sicut apud gētes ferè omnes, Regiæ dignitatis fastigium, summo in Repub. semper loco fuit: ita præcipuus, idèmq; antiquissimus magistratus Lacedæmoniorum erat, cui regium nomen dabatur. Sed vt nomen diuersum ab aliis gentibus vsurpabant Lacedæmonij in appellandis suis Regibus, ἀρχαίτας eos vocantes, vt testatur Plutarchus: ita fuere permulta alia, quæ quasi propria & peculiaria circa Reges suos obseruabant, nec a libi vīpiam ita moribus vsurpabantur. Ea verò sita potissimum animaduerti in hisce sex: in familiæ præeminentia, in successionis iure, in puerili educatione, in corporis externa specie, in imperandi potestate, & honoris exhibitione. Quæ vniuersa quo pacto se habuerint, quàm poterit fieri breuissimè hoc capite declarabimus.

Primum itaque familia Regia, post recuperatam à Doribus Peloponesum, non fuit alia quàm Heraclidarum, seu ex Diuina Herculis stirpe oriundorum. Quorum ius vnde extiterit, superius à nobis explicatum est. Verum ante eos triplicem mutationem Regiæ Lacedæmoniorum familiæ fuisse, ex Pausania discimus, diligenter à primis initiis eos referente; vt in vniuersum fuerint eorum familiæ quatuor. Primæ familiæ erāt tres tantum Reges, quos scribit fuisse Indigenas, sunt quæ Lelex, Myletes & Eurotas. Secundæ familiæ recensentur hi, Lacedæmon Iouis & Taygetæ Filius, ad quem regnum per vxorem deuolurum, quique cum exceperunt ab ipso progeniti, Argalus, Cynortas, Oebalus, Hippocoon, Tyndareus, ac postremò Castor & Pollux alternatim regnum commutantes fratres. Tertia Pelopidarum dicta familia, ex qua Menelaus, qui Helenam Tyndarei filiam vxorem ducens regnum consecutus est, à quo prognatus Orestes, & ab eo Tisamenus, qui nouissimè cum Achæis regno pulsus. Quarta demum erat Heraclidarū, quibus regnum fuit diuernius, & successio prolixior. Nam continuata ea per annos

Reges antiquissimus Lacedæmoniorū Magistratus.

ἀρχαίτας dicti Reges Lacedæmoniorum.

Regum Lacedæmoniorum sex propria & peculiaris.

Regia familia apud Lacedæmon. Heraclidarum.

Regia Lacedæmon familia triplex mutatio ante Heraclidas.

Primæ familiæ tres Reges. Secunda.

Tertia familia.

Quarta familia Heraclidarū.



complures, vsque dum oppressa Repub. tyranni regnum inuaderent. Atque de hisce postremis apud veteres scriptores multa mentio, quos & nos plerunque in hac commentatione nostra intelligi volumus. Verum enimvero Regum huius familiae usque adeo regnum erat proprium & quasi peculiare, ut genuinos & veros prorsus Heraclidas eos esse oporteret, qui ad illud capessendum existimarentur idonei. Alias si tantum essent ab altera parte eius profapia, vel si spuria progeniei, non admittebantur, sed admissi potius remouebantur. Cuius non sunt obscura exem-

*Heraclidarum regni proprium & peculiare.*

*Reiectio- rum ex adulterina familia regu exempla. Cleomenes regno exutus. Leotychildas.*

*Heraclidis ex teris iungi vetitum.*

*Regum uxores ab Ephoris custodiri solita.*

*Heraclidatum duo rami ex quibus Reges petiti. Procles & Eurysthenes.*

pla. Ita quum Demaratus Aristonis filius patris temeraria apud magistratus insimulatione generis adulterini suspectus esset, regno tandem æmulo Cleomene accusante exiit. Ut est apud Herodotum lib. VI. & Pausaniam in Laonicis. Eademque ratione Leotychildæ Agidis filio, quod pater inconsiderata garrulitate cum Alcibiade exule genitum effutiisset, Agésilau, adnidente in id potissimum Lyfandro, præfertur. Quæ historia copiosè exponitur apud Plutarchum in Agésilao, & Alcibiade, itemque in Laonicis Pausaniæ. Quin nec matre alienigena prognatum Regem sibi esse volebant, ut iccirco etiam Heraclidis exteras iungi vetarent. Quod perspicuè docuit nos Plutarchus de Lyfandro quodam Ephoro scribens in Agide ad hunc modum: *Lyfander (inquit) ad huc in magistratu positus, institit Leonidam arcessere lege quadam vetusta, quæ Heraclidam vetat ex muliere alienigena liberos tollere.* Itaque ex hac causa institutum videtur, ut uxores Regum ab Ephoris custodirentur, ne quis videlicet supponeretur, neve Regia familia aliena & adulterina sobole inquinaretur. Auctor Plato Alcibiade I. ubi ita scribit: *ἢ καὶ ἡδιστα τοῖς τε λακεδαιμονίων βασιλεῦσιν ὡς μεγάλα τὰ ὑπάρχοντα. ὧν αἰγυαῖνες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ὅπως εἰς διώμην μὴ λάθῃ δὲ ἄλλῃ χρόμῳ οὐ βασιλεύς ἢ δὲ ἡρακλείδων.* Id est, *Nūquam ne audiuisti quanta sint Regum apud Lacedæmonios facultates? quorum uxores ab Ephoris publicè custodiantur, uti quantum fieri possit, prouideatur ne ex alio genere Rex clam fiat, quam ex Heraclidis.* Caterum fuere huius Herculeæ stirpis statim initio duo quasi rami Lacedæmone, ex quorum propagine Reges postea semp̄ petebantur, Aristodemi, inquam, filij, qui Procles & Eurysthenes dicti & ex

utroque



utroque horum familia vna Regia ab altera prorsus distincta, ita ut semper essent simul duo Reges pari potestate ac dignitate, sicut item exemplo horum duos consules Romæ factos, scribit Dionysius lib. iV. Erat enim Regum Lacedæmoniorum semper alter ex Proclidis, alter ex Eurysthenidis. Nam sic eos vocare tum placuit, à primis vtriusque huius familiae auctoribus. Docet hoc luculenter præter Pausaniam & alios, Probus in Agesilao ita scribens. *Mos est, inquit, à maioribus Lacedæmonis traditus, ut duos haberent semper Reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Proclis & Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Sparta Reges fuerunt. Harum ex altera in alterius locū fieri non licebat, itaq; uterq; suum retinebat ordinem.* Meminit & Cicero libro II. de Diuinatione, ubi scribit Procli vitam fuisse breuiorem, multò tamen eum fratri rerum gestarum gloria præstitisse. Quod tamen de Procle Ciceroni credendum est ita habuisse: tamen ex Herodoto nobis constat, & primas inter hosce fratres Eurysthenem obtinuisse, eiq; ut primogenitò plus honoris tributum. Verùm quomodo monitu oraculi vterque frater Rex creatus sit, ac primogenitus Eurysthenes deprehensus, grauiissimus auctor Herodotus historia hac à Lacedæmoniis ipsis accepta prodidit, quam breuitatis causa verbis interpretis tantum adscribere hinc volumus. *Aristodemi uxorem, inquit, nomine Argiuam peperisse geminos ferunt. Aristodemum hos intuitum morbo decessisse. Lacedæmonios autem qui tum erant, inuito consilio creasse Regem è pueris eum, qui esset Primogenitus, ut Lex iubebat. Sed nescientes vtrum puerorum eligerent, quum essent similes & pares, id quum nequirent ipsi discernere, prius fuisse percontatos genericem, eaque negante se dignoscere seu dissimulante, quod videlicet (ut credibile est) magnopere cuperet ambos effici Reges: ita de hoc dubitantes Lacedæmonios misisse Delphos, sciscitatum quid in ea re agerent. Et iis Pythiam respondisse, ut vtrumque puerorum Regem ducerent, sed primogenitum magis honorarent. Hoc responso à Pythia edito, Lacedæmonios incertos nihilominus quo pacto primogenitum reperirent, admonitos fuisse à quodam Messenio, nomine Panite, ut obseruarent vtrum puerorum mater priorem lauaret cibaretque: quam si deprehenderent eodem semper modo facere, habituros id omne quod quærerent, & inuēturos quod vellent: sin illa alternando erraret, palàm fore ne ipsam quidem quippiam.*

*Eurysthenes quomodo sit primogenitus deprehensus.*



magis nosse, ut & isti aliam rationem inirent. Ibi Spartiatis ex admonitu Messenij obseruantes matrem puerorum, ignaram cur obseruaretur, animaduertentesque illam præferentem alteri primigenitum, tum cibando, tum lauando, accepisse puerum, qui magis honorabatur à matre tanquam primigenitum, publicèque alendum curasse, imposto ei nomine Eurysthene, iuniori Procli. Hactenus Herodotus. Itaque Eurysthene Herodoto, ut & Ciceroni, itémque Pausania, maior natu: Procles minor.

Eurysthene  
nide iidem  
et deinceps  
Agide.  
Proclide  
iidem &  
deinceps  
Eurytionide  
sive Eurypontide.

Postea manentibus hisce familiis discretis, non ita multo exinde tempore mutata sunt iis nomina. Nam qui Eurysthene prius dicti fuerant, deinceps appellabantur Agidæ, ab Agide ipsius Eurysthene filio: qui antea Proclidæ vocabantur, Eurytionidæ seu Eurypontidæ, ab Euryponte seu Eurytione (nam in nomine hoc variant auctores) Soi filio, Proclis Nepote denominati. Auctor Pausanias in Laconicis, ubi de prioribus ita scribit: Ευρυθένης πρεσβυτέρω τῆς Αριστοδήμου παίδων ὄντι κλικίαν, ἡγεστάτω λέγουσιν ἔσθ' Ἀγιν. ἀπὸ τούτου δὲ τὸ ἡγός τε Ευρυθένοιο καλεῖται Ἀγιδας. Id est, Eurysthene Aristodemi Filio natu grandiore Agin genitum ferunt: à quo omnis Eurysthene posteritas sunt Agidæ appellati. De posterioribus hæc eius verba: περικλῆς ὁ Αριστοδήμου τὸ παιδίον ὄνομα τίθηται Σόον. Ευρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς ποσῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Ευρυπαντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτῆ λαβεῖν, περικλείδας ἐς ἐπιείκων καλεῖται, Id est, Procles Aristodemi F. habuit filium cui Soo nomen: Soo Eurypon genitus. Hic tantum gloria est consecutus, ut tota eorum familia, qui Proclidæ ante sunt appellati, Eurypontidarum ab eo cognomētum acceperit. Eò verò profuit hæc Regū geminatio, & binorū creatio, ut iis perpetuò animis dissentientibus, quemadmodum tradit Herodotus, esset apud Lacedæmonios imperij consentanea quædam moderatio. Id quod diuinum Platonem etiam sensisse animaduertimus, referentem hoc non iniuria ad numinis prouidentiam. Cuius sententia libro III. de Legibus his verbis scripta est: θεὸς οἶμαι κηδόμενος ὑμῶν τις, ὃς τὰ μέλλοντα παρορῶν, δίδουσι ὑμῖν φυλάσσει τὴν βασιλείαν ἡγεσθαι ἐκ μονογενῆς, εἰς τὸ μέτερον μάλλον σωέσει, Id est, Deus optimor aliquis de vobis curam gerens, & futura prouidens, geminam vobis Regum progeniem ex vna stirpe producat, ad moderationem eorum potestatem retraxit. Non fuit itaque alia huius regni ratio, quam secundum genus. Vnde

Regum binorum creatio quid profuerit.

&



& idem Plato apud Laertium quinque regnorum genera constituens, ab hoc exemplum regni à genere petit: κατὰ γένος δὲ ἀρχὴν τῆς αὐτῆς λέγεται, οἷον οἱ βασιλεῖς Λακεδαιμόνιοι ἀρχουσιν. Διὸ γὰρ γένος πῶς ἡ βασιλεία, Id est, *Regnum per genus tale fuit quale La-*

*Regnum per speciem La. ed. con. r. g. s. habuerunt.*

*cedamoniorum regnum existit.* Ac duravit ita eis regnum, ut non adimeretur per totam ipsorum vitam, nisi convictis & damnatis alicuius criminis. Vnde Polybius ait lib. vi. Ὅσα Λακεδαιμονίῳ οἱ μὲν βασιλεῖς αἰδίων ἔχουσι τὸ ἀρχῶν, Id est, *Reges perpetui in regno apud Lacemonios habent.* Ad hunc itaque modum familia Regia habuit, atque ita in duas stirpes moderandi imperij causa distributa.

Deinde considerandum est, quomodo succedendi ius constitutum fuerit. De quo non difficile intellectu hoc in genere, quandoquidem secundum genus regnum semper transmissum, uti iam disputauimus, necessarium id fuisse hereditarium. Sed tamen, sicut ex alterutra familia vnus tantum semper erat Rex: ita ex pluribus liberis cuiusque regis defuncti, vnus solummodo in sua familia locum eius tenuit, reliqui cuiuscunque gradus cum ciuibus aliis pari iure viuebant. Quod ita intelligendum tamen, ut liberos primo fuisse loco sciamus, atque inter eos illum ordine primum, qui maximus natu, postea ceteros pro ætatis ratione. Deficientibus autem liberis, fratres defuncti erant proximi. Quis & ipsi non extarent, tum qui sanguine propior & successione. Hoc ita obtinuisse ipsa Regum series indicat, apud Herodotum, Plutarchum & Pausaniam: & docet non obscure etiam Æmilius Probus ita scribens. *Primus, inquit, in eo regno habebatur, qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. Sin is vniuem sexum non reliquisset, tum diligebatur qui proximus esset propinquitate.* Atque huius successionis ordini, quem indicauimus, nihil ætas officiebat. Siue enim puberes, siue impuberes, siue etiam posthumi relictis fuissent, regni iure non excludebantur, quamuis ad legitimam eorum ætatem administratio esset penes tutores. Quod accipiendum quoque tam de nepotibus, quam de filiis, ita ut nepotes filij maioris patrum in locum succederent, & patris præponerentur. Exempla illustria in Charilao, & Areo, ut

*Succedendi ius quomodo constitutum.*

*Ætas non officiebat successioni.*

*Exempla Charilau.*



patris in lucem editus, Lycurgo patruo volenti, & id agenti, quum mater vitæ eius insidias strueret, prælatus est, vt copiosè scribitur apud Plutarchum in Lycurgo. Areus item Acrotati filius, Cleomenis nepos, auo Cleomeni, cum pater prius mortuus esset, in regnum succedit, superato Cleonymo patruo, qui sibi illud proximitatis nomine vèdicauit, quippe Cleomenis filius. Sed cedere coactus Cleonymus, quod minor natu esset, & ius Acrotati maioris filij in Areum translatum, sententia lata conseruatum, vt est apud Pausaniam. Quin adeò stabile hoc ius succedendi erat, vt idem obtineret et si exilio mulctati, vel capitis pœna affecti essent patres & aui, quibus successores quærebantur. Non enim pœnæ personam egrediebantur, sed ad quos regnum deuolutum erat, ius suum retinebant. Argumento sunt Archidamus, Agesipolis, & Eurydamidas. Archidamus Zeuxidami filius, Leotychildè nepos, auo Tegeas in exilium profugo, quod pater Zeuxidamus iam in viuis esse desiisset, Rex creatus est. Agesipolis patri Pausaniæ, Plostonachis filio, subrogatur, cui minor frater Cleombrotus deinde succedit, vterque filius patri exulanti substitutus, fraterque vicissim fratri. Denique Eurydamidas Agidis filius patre in carcere ab Ephoris necato, ad ius successionis nihilominus admissus. De quibus omnibus Pausanias agit copiosius, & quædam etiam apud Herodotum & Plutarchum inuenias. Nec vnquam immutatum hoc ius stante Repub. nisi ea de causa, quam supra attigimus, animaduerrere licet.

Tertio educatio Regum & ipsa singularis erat, adeoque non solum ab aliarum gentium moribus diuersa, sed & liberior multò quàm reliquorum Lacedæmoniorū. Nam quum cæteri Lacedæmonij ea viuendi disciplina instituerentur, quæ ἀγωγή dicebatur, rigida illa admodum & seuera: Quibus regnum debebatur, ab hac educatione lege quadam liberi erant. Itaque Plutarchus agens de educatione Agesilai, qua à puero ille nulla dū regni spe sub rigore & seueritate disciplinæ Laconicæ institutus fuerat, hæc de Regiis pueris addit: ταύτης, inquit, ἀφίσιον ὁ νόμος τῆς ἀνάγκης τοῖς ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένοις παῖδας, Id est, hac necessitate soluit Lex pueros, qui ad regnum educabantur. Verū tamen quum victus ratio liberior esset: tamē ad omnem morum honestatem assuefa-

*Penes filios mansit ius successionis licet capitis supplicis affectis patribus.*

*Exempla Archidamius.*

*Agesipolis.*

*Eurydamidas.*

*Regum educatio qualis.*



assuefacti fuerunt, & in primis ad grauitatem & seueritatem. Inde enim est, quod eodem ferè loco apud Plutarchum scribitur, Agefilaum præter reliquorum Regum consuetudinem se popularem præstitisse ex institutione. Id enim in eum sensum accipio, quod reliqui Reges non fuerunt populares, nec Regum educationi fuerit consentaneum, popularem se præstare. Itaque si minus seueri Reges dabatur magno hoc ipsis vitio. Idcirco Charilaus Rex reprehensus, quod adeò miti mansuetoque esset ingenio, vt nec aduersus improbos esset austerus. Quò pertinet etiam Cleomenis illud. Nam dicente ciue quodam, bonum Regem vsquequaque debere esse beneuolum: *Sanè respondit ille, dum tamen non exponat se contemptui.* Deinde etiam in Legibus erudiebantur, & iustitiæ rationem à parentibus potissimum discabant. Ita Acrotatus Rex, quò parentes iniusti aliquid ab eo petissent, fatetur se ab iis ad iustitiam honestatèque eruditum, ac facturum idcirco potius, quæ ipsi docuerant, quàm quæ iam peteret. Et Agefipolis Rex gloriatur de eo præcipuè, & sibi iuris notitiam ante alios vendicat. Nam prouocantibus Atheniensibus de controuersia quadam ad Megarensium iudicium: Respondens, inquit, *turpe principibus Græciæ minus esse ius notum quàm Megarensibus.* Innuens sibi non minus quod iustum esset cognitum, quàm vllis aliis. Denique in vniuersum ad obedientiam omnium legum acrius, quàm alij erudiebantur, ita vt tametsi aliis modis multa illis indulgerentur: tamen minor illis delinquendi potestas esset, quàm cæteris. Quod planè de iis scribens docuit nos disertissimus Orator Isocrates. Nam quum suadet æmulari & imitari Reges Lacedæmoniorum, postea rationem addens ait: *Επεισιν γὰρ ἀδικεῖν μὲν ἢ τὸν ἕξεν, ἢ τοῖς ἰδιώταις.* Id est, *Iis enim (Regibus) minus delinquere licet, quàm priuatis.* Quod vtinam omnium gentium Reges sibi imitandum proponerent, tum verò felicissimum cum Repub. ageretur. Sed iam eò ventum est demētia, vt etiam docti & rerum politicarum non imperiti disputent, Regiam potentiam in absoluta & liberrima rerum omnium licentia positam esse, magis que vt Reges dominantur legibus, quàm leges ipsis. Quod tamen cordati Reges, & moderati principes haud ipsi probauerint, nec qui Reges boni & legitimi audire volue-

*Ad grauitatem & seueritatem & suauitatem educabantur.*

*Reges non fuerunt populares.*

*Charilaus reprehensus.*

*In legibus erudiebantur.*

*Acrotati ad patres responsum.*

*Agefipoli responsum.*

*Ad omnium legum obedientiam.*



runt, vsurparunt. Certè iuris & iustitiæ antistites ita statuere salua Repub. vix poterūt. Sed de ea re aliàs videbimus, vbi aliarum instituta de Regum educatione & institutione referemus.

Corporis  
constitutio  
in Rege  
eligendo ha-  
bitatio.  
Claudus  
rex vitaba-  
tur.  
Oraculum  
de rege  
claudum vi-  
tando.

Quarto loco requirebāt in Regibus suis Lacedaemonij multa, quæ ad corporis cōstitutionem fecerunt. In primis enim necesse erat Regem integris esse membris. Etenim claudū Regem vitandum veteris cuiusdam oraculi monitu docti erant. Nam claudum exitio ipsis futurum prædictum erat. Oraculum hoc extat apud Plutarchum in Agefilao. *Diapithes, inquit, erat Sparta vir fatidicus, habebaturque in rebus diuinis sapiens & doctus. Hic nefas esse ostendit, regnare quenquam Lacedæmone claudum, atque oraculum in iudicio hoc recitauit.*

Φράζο δὴ σάρτη, κἀπερ μέγα λυχος ἔσσα,  
Μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάβη χολὴ βασιλεία.  
Διζὴν γὰρ νῆσί σε κατὰ χήσουσιν ἀελλοί,  
Φθισίβου τὸν τ' ὑπὲρ κῦμα κυλινδομένης πολέμοιο.

Quos versus interpres ita vertit:

Tu quantumvis animo tumeas, ò Sparta, superbo,  
Te rectam pedibus proorsus circumspice: Claudum  
Ne lædat regnum Longi te namque labores  
Et subiti cingent, Martisque agitaberis undis.

Oraculum  
de claudum  
vitando Re-  
ge quomo-  
do eiusum.

Quod tamen oraculum, quum contra Agefilaum claudum, in contentione de regno, inter ipsum & Leotychiden exorta, allegaretur, Lysander Agefilao studens, de eo qui progenie quasi claudicaret, & alterutro parente adulterinus esset, interpretatus est, vt hanc rationem commentus, clauditatem, cuius in oraculo mentio, in ipsum torqueret Leotychiden, vt scribitur eodem loco apud Plutarchum. Quamuis postea quum Epaminondas victor, successu elatus Laconicam inuaderet, oraculum in mentem recurreret, atque ciuitatem ingens perculerit mœstitia religioque, quasi Respub. ideo afflictæ esset, quòd rectum regno deiecissent, claudum verò luxatūque sublegissent. Caterum huius instituti, si quis rationem quærat, fortean ea non abs re ad sacra referri poterit. Nam cum Regibus sacra pleraque essent ob-eunda, eaque non nisi à perfectis membrorum numero & conformatione hominibus peragi possent, necessariò integritas corporis

Cur clau-  
dus Rex  
vitandus  
fuerit.  
Regibus sa-  
era plerum-  
q; ob-eunda.



corporis in iis desiderata fuit. Quod coniecere licet ab Ægyptiis ad Lacedæmonios derivatum, illos certè ab Hebræis prius didicisse consentaneum est. Ac quod ad clauditem attinet, videtur ea non solum Regibus, sed in vniuersum omnibus Spartanis probrosa fuisse, tanquam minus idonei essent claudi ad res bellicas, in quibus Lacedæmoniis præcipuum studium. Itaque miles quidam hoc nomine à quibusdam derisus argutè opprobrium redarguebat: dicens, in bello non fugientibus, sed stantibus & locum suum tuentibus opus esse. Deinde etiam circa Reges in corporis statura proceritatem exigebant, haud dubiè illam decorandæ personæ Regiæ existimantes. Quare Archidamus Rex ab Ephoris est pecunia multatus, saltem quia uxorem pusillam duxisset, addentibus hanc eis rationem: Quod tali uxore ducta non Reges, sed Regunculos gigneret. Quod relatum ex Theophrasto extat apud Plutarchum vita Agesilai, itèque libro qui inscribitur *περὶ παιδων ἀγωγῆς*. Ac enimvero Agesilaus ipse huius Archidami filius, pusillus existens, tum domi, tum in Ægypto specie aspernanda habitus est, & paruitatis nomine spretus. Quāquam hilaritas eius & alacritas, vrbaniatque aliena ab omni vocis vel vultus morositate & acerbitate, amabiliorem eum præstiterit omnibusque formosis ad senectutem usque, ut idem Plutarchus auctor est in Agesilao. Atque huiusmodi corporis externa species eis in regibus requisita.

Quinto super potestate Regum etiam peculiariter obseruabant, quod Reipub. ipsorum erat in primis consentaneum. Nam Regibus Spartanis non erat *πυμβασιλεία*, seu plena & liberrima omnium rerum potestas, nec quiduis faciendi arbitrium penes ipsos. Hæc enim tyrannicum animū sæpe Regibus ingenerare, & subiectorum magna cum inuidia coniuncta esse existimarunt. Quorum vtrunque Legislator præcanere voluit. Id quod elegantissimus auctor Xenophon etiam in eum finè rectè monuit à Legislatore obseruatum: *ἐκ ἐβελήθη*, inquit, *ἕτε τοῖς βασιλεύσι τυραννικὸν φρόνημα παρεστῆσαι, ἢ τε τοῖς πολίταις φρόνον ἐμποῖῆσαι τὸ δυνάμεως*. Quare non alia eorum potestas, quàm quæ legibus initio constituta, quarum vinculis quoque prorsus ea erat adstricta. Ideo rectè Aristoteles lib. II. cap. IV. *ἢ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ δο-*

Clauditas  
omnibus  
Spartanis  
probrosa.

Miles  
claudi ar-  
gutum re-  
sponsum.

Proceritas  
corporis in  
Regibus  
requisita,  
Archida-  
mus parua  
uxore du-  
cta pecunia  
est multatus.

Agesilaus  
paruus exi-  
stans, fuit  
contemptus.

Regum po-  
testas qua-  
lis fuit.



κεῖ μὲν ἔστι βασιλεία μάλιστα τῆς κτ' νόμον. Οὐκ ἔστι δὲ κωρία πάντων, Id est, quod in Laconum Reipub. regnum est, videtur esse maxime legibus adstrictum. Non sunt omnia enim arbitrij ipsius. Ac vt securi huius essent

Sacramentum à Regibus singulis mensibus exactum. Ab Ephoris præstitum sacramentum singulis mensibus.

Lacedæmonij, solemne sacramentum quot mensibus exigebatur à Regibus, quo iurabant regnum se secundum leges administraturos, adigentibus eos in sua verba Ephoris : vt & ipsi exigebant euicissim ab Ephoris iuramentum, quo promittebant se regnum iis hoc facientibus conseruatuos. Auctor Xenophon libro de Reipub. Lacedæmoniorum : ὄρκοις δὲ ἀλλήλοις, κτ' μὴ ποιοῦνται, ἔφοροι μὲν ἑκάστῃ τῆς πόλεως, βασιλίδος δ' ἑκάστῃ αὐτῆ. Ὁ δὲ ὄρκος ἔστι τῶν βασιλέων, κτ' τοῖς τῆς πόλεως κειμήλοις νόμοις βασιλεύσθην τῇ δὲ πόλει, ἐμπειροκρούτους ἐκείνην, ἀσιφέλικτον βασιλείαν παρέξεν, Id est, Singulis mensibus iure iurando se inuicem astringunt, Ephori quidem ciuitatis nomine, Rex autem suo. Insiurandum vero Regis est, secundum conditas Reipub. Leges se imperaturum Ciuitatis autem (vel Ephorum ciuitatis nomine) Rege insiurandum inuiolatum seruante, regnum inconcussum præstare. Meminit & huius Nicolai de moribus gentium apud Stobæum, etsi non quot annis, sed ante regni initia

Regum potestas aliter domi, aliter militiæ constituta.

iuramentum eiusmodi à Rege præstari solitum sciebat. Quod quum ita sit, tamen aliter potestas Regum constituta domi, aliter militiæ; hinc liberior & amplior, ibi angustior & in arctum quasi redacta. Ita Herodotus ait, Alia fuisse ἐμπολέμια, alia εἰρηνώδεια, quæ ipsis tributa erant. Præcipuè autem fuit hoc potestatis Regiæ domi, quod sacrorum omnium, eorumq; quæ ad Deos

Reges Sacrorum omnium administrari.

pertinebant arbiter & moderator esset Rex. Aristoteles loco superius indicato : ἐπὶ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἔποδ' ἰδοταί τις βασιλεῦσιν. Idemque ferè Herodotus ait, qui ad Deorum venerationem spectantia, Regibus fuisse commissa scribit. Et quidem eodem

Regum duo propria sacra dotia.

auctore peculiariter erant Regum duo propria sacerdotia, videlicet Iouis Lacedæmonij, & Iouis cælestis. Nec non singulis Neomeniis seu Calendis, & septimo quoque die mensis ineuntis, victimam perfectam, utriusque eorum ex publico dari solitam, immolandam in Æde Apollinis, cum farinæ medimno, & quartario vini Laconici, apud eundem est lib. vi. Quin Xenophon addit, quod omnia sacrificia pro salute Reipub. offerenda eis etiam tributa fuerint, tanquam qui Deo oriundi Deos etiam facilius,



ius placaturi essent. Ut mittam iam sacrificia belli causa à Regibus solis offerri solita. Præterea ius erat Regibus per se quosdā magistratus & sacerdotes creandi, eos videlicet, qui dicebantur Proxeni & Pythij. Nam Herodotus de hisce Regibus loquens scribit: *προξένοις δὲ ποδ' εἰκνυῖα κτύποισι προσηκείσθαι, τοὺς αὖ ἐξέλωσι τῶν ἀσπῶν, καὶ πυθίοις αἰρέεσθαι*, Id est, ius tributum fuit, ut ex civibus quos vellet Proxenos declararent, & Pythios legerēt. Præterea si quid novi sancendum, vel si veteribus legibus derogandum esset, Regi tanquam summo magistratui tribui solebat ea potestas. Itaque quum aliquando Tresantes, id est, qui metu territi bello profugerant, legitima ignominia pœna affiendi essent, nec id sine periculo mutationis fieri posset, quod ij plures numero forent, Agesilaum in eam rem Legislatore seu Harmosten creant. Tum verò iudicia quarundam causarum solummodo ad Reges pertinebant, apud quos istarum disceptatio finiebatur. Quæ qualia fuerint, infra commodiore loco explanabimus. Sed & Legatis siue hostium, siue amicorum auditis, Regibus datū est eos cum responsis dimittere. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: *τὸ μὲντοι προσθείας δὲ ποδ' εἰκνυῖα, καὶ φιλίας καὶ πολεμίας, τὲ τ' αὖ βασιλέως*, hoc est, Legationes dimittere, tum amicas tum hostiles, id verò Regis est. Atque hæc domi Reges potuere. Quantum verò ad bellum attinet, non solum in eo inceptando Regis potissimum auctoritas intercessit: sed & cœptum, eius consilio prorsus administrabatur, nullo alio Imperatore creato, modò is idonee esset gratis. Qua de re hîc paucioribus, quia ubi de militia agimus, tum verò copiosius super ea re nobis differendum est.

Postremò ad honores Regibus præstitos veniamus. In his autem tribuendis satis indulgentes Lacedæmonios fuisse animadvertimus: Etsi potestatem multis modis imminuerint. Verum tamen erga eos mortuos hac in parte benigniores & effusiores, in viuos restrictiores, & quidem militiae quàm domi augustiores ipsi Reges. Nam quæ domi iis præstabatur, non longè à privatorum discedebant honore. Itaque Xenophon ait: *αὐταὶ μὲν πικρὰ οἴκοι ζῶντι βασιλεῖ δίδονται, ἐδὲν τι πολὺ ὑπερφέροισι τῶν ἰδιωτικῶν*, Id est, Honores qui domi Regibus deferuntur, non multum superant privatos. Quod conveniebat in ea Repub. quam quoad po-

*Sacrificia belli causa à solis Regibus offerri solita. Regum potestas p. r. se creare quosdam magistratus.*

*Novas leges condere vel aliquid veteribus derogare.*

*Tresantes*

*qui soli de quibusdā causis iudicare solebant.*

*Hostium aut amicorum legatos audire & dimittere.*

*Regum potestas in bello.*

*Regibus qui honores præstiti. Alii honores viuis alij mortuis præstiti.*



terat maximè ad æqualitatem reducere voluit Lycurgus. Sed in plerisque tamen respectum ad Regem per magnum habitum, agnoscendum est. In primis quicquid id erat, quod publicè agendum, ita demum incipiebant, ut à Rege auspicarentur. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: ἀρχονται μὲν πάντες ἀπὸ βασιλείως, ὅταν βέλονται περὶ τὰ π. Id est, Ordiniuntur omnes à Rege, quum agere aliquid volunt. Atque hoc ita fieri necesse erat, non solum quia Rex summus magistratus: sed etiam quia auspicia ei subiecta, ut iccirco quasi boni ominis esset à Rege initium facere.

Proed. ia.

Deinde proedria seu supremus confessus semper Regibus honoris causa cedebatur, idque tum in libationibus tum certaminibus. Herodotus lib. vi. λέγει δὲ τὸν πρῶτον ἐν τῷ δαίπνον ἵζειν τοὺς βασιλείας, Id est, moris erat in libationibus faciendis primo loco Reges in conuiuio collocare. Idemque auctor ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἔχειν τοῖσι eis attribuit. Præterea Regibus etiam omnes assurgebant, quocumque in casu reuerentiam eis, ut par erat, exhibentes. Nam Regi soli & Ephoris ex omnibus magistratibus assurgere moris fuit. Ita enim Heraclides de Politicis. Οὐδὲν, inquit, ἐπανίστανται πλὴν βασιλεῖ καὶ Εφῶρων. Ab hoc tamen honore Regibus præstando Ephori erant liberi, ipsorum munere id non ferente. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: ἔδρας πάντες ὑπανίστανται βασιλεῖ, πλὴν ἢ ἐφοροῖ ἀπὸ τῶν ἐφορικῶν διαφερον, Id est, Omnes à sedibus suis Regibus assurgunt, exceptis Ephoris, qui à cellis se Ephoricis non leuāt. Quod tradit etiam Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum. Quò pertinet apophthegma quod est apud Plutarchum. Nam Anaxilas miranti cuidam cur Ephori Regibus non assurgerent, quum quidem ab iis constituerentur, Respondit: cauta, inquit, eadem cum ea, ob quam Ephori sunt. Quod ita intelligendum, Ephoros constitutos, ut quodammodo Regiam potentiam infringeret, non esse itaque consentaneum iis honorem tribuendo concedere. Assignata etiam erat Regibus peculiaris terra & ager, ex iis quæ circumiacentium urbium fuerant, unde necessaria ipsis suppeditari poterant. Nam Legislator, ut Xenophon inquit, γὰρ ἐν πολλαῖς τῶν πολέων ἀπέδειξεν ἑξαιρετικὸν τοσαύτων, ὥστε μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων, μήτε πλεῖστον ὑπερφέρειν, Id est, tantam terram ex adiacentium

Regibus soli  
Regibus non  
assurgere  
vult.

Regibus  
peculiaris  
terra & a-  
ger assignatus.

urbium.



urbium agris secretam eis dedit, ut mediocri contenti non indigerent, nec diuitiis abundarent. Erant quoque Regibus, ut apparet, iam inde à primis temporibus suæ Regiæ seu domus & habitationes, ubi semper ad id honoris fastigium euecti habitarent. Quod indicare voluisse videtur Plutarchus, quum scribit Agesilaum in iis habitasse ædibus, quas Aristodemus extruxerat. Fuit autem Agesilaus ille ex Eury pontidis. Et euicissim Agidarum habitatio fuisse videtur in Boonctis. Quæ ita dicta, quod ab vxore Polydori Regis, qui ex Agidis erat, post eius obitum bouum permutatione fuerant comparata, ut scripsit Pausanias. Nec ab his dissentire existimo Xenophontem, qui ad commodiorem habitationem eorum ædibus aquarum stagnum seu riuum adiectum fuisse testatur: *προς τῆ οἰκία δὲ λύμνη ὕδατος ἀφθονίαν παρέχει· ὅτι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς πολλὰ χρήσιμον, ὅμη ἔχοντες αὐτὸ μᾶλλον ζεγνώσκουσιν.* Quod ita esse non poterat, nisi in iisdem semper ædibus eorum habitatio fuisset. Quin & publicum erat Regum tabernaculum, ubi seorsum cum suis cibum capiebant. Ita enim Xenophon: *ὅπως καὶ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκωοῖεν, σκωοῦν αὐτοῖς δημοσίῳ ἀπέδειξε.* Id est, ut Reges seorsum ab aliis vel foris discumberent, publicum eis tabernaculum dedit. Quò facit etiam quod idem Xenophon Pythios ei contubernales adiunctos fuisse scribit. Etenim in publico eos cœnare solitos indicat etiam Herodotus, quum scribit eis ad cœnam non venientibus, domum mitti, *ἀλφίτων δύο χοίνας ἑκατέρω, καὶ οἶνον κοτύλλω.* Id est, binos farinæ chænicas utrique, ac vini sextarium. Sed & hoc honori Regū dabatur, ut duplo plus acciperent in cœna, quàm alij. Quòd Xenophon etiam Lycurgo adscribit, quod is scilicet Regem *διμορία ὅτι τὰς δειπνῶ ἐτίμησεν.* Id est, duplici portione in cœna honorauerit. Quod nec omisit Herodotus dicens, *παρέσσι διπλάσια πάντα δίδου.* Id est, Regibus presentibus omnia duplicia dari. Vbi addit Historicus contingere iis idem ad priuatorum conuiuia inuitatis. Cuius reddit hęc rationem Xenophon, videlicet hoc fieri *ἕχ' ἵνα διπλάσια καταθάροισιν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἄπο τῆς δευτέρου ἔροισιν εἴματα βέλονται.* Id est, Non quod ipsi duplum vocarent; sed ut inde aliquem honorarent, si ita visum esset. Qua de re idem auctor meminit in vita Agesilai. Quin & ex libaminibus, seu sacrificiis, pars aliqua honorarij loco Regis erat.

Regibus  
date do-  
mus Regie  
ad habuan-  
dum.

Regū erat  
publicum  
tabernacu-  
lum.

Regum in  
cœnis pu-  
blicis du-  
plex por-  
tio.

In sacrifi-  
cii pars a-  
liqua Re-  
gibus hono-  
rarij loco  
data.



Xenophon: ἔδωκε δὲ καὶ γέγραυτο τῶν θυομυῶν λαμβάνειν. Quod Herodotus quodammodo exponens, inquit: (πονδαρχίας ἕξ) τεύτων, καὶ τῶν θυθέντων πορβάτων τὰ δέρματα, Id est, *Primuias libaminum Regum fuisse, & ouium immolatarum pelles.* Idem Xenophon

*Scropharum partem singulos porcos Reges sapiebant.* auctor, permisisse Legislatorem, vt omnium Scropharum partu singulos porcos caperent, ne vnquam sacrificia Regia impedirentur, si qua te cum Diis communicata opus esset. Atque hæc Regi viuo præstabantur.

Cæterum quæ mortuis impendebantur, ea longè maiora & quidem angustiora, quàm quæ homini conuenire possent, censuebant. Nam tanquam Heroas, ita Reges post obitum honore prosequiebantur, Xenophon nobis auctoritate sua præit: αἱ δὲ τελευτήσαντι, inquit, πικρὰ βασιλεῖς δίδονται, τῆ δὲ βέλονται δηλοῦν οἱ Λυκούργου νόμοι, ὅτι ἔχ' ὡς ἀνθρώποις, ἀλλ' ὡς ἦρεσας τοῖς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς πορτεπήχεσι, Id est, *honoribus qui mortuo Regi habentur, hoc nimirum indicant Leges Lycurgi, non hominum, sed Herouum cultum se Lacedæmoniorum Regibus tribuere.* Sed horum omnium honorum summam, qui qualisq; fuerint, breuiter ex Herodoto meis verbis, non longè tamen ab Historici recedentibus, exponere vi-

*Mors Regis nuntiatur certis ritibus.* sum est. Primo mors Regis ita enunciabatur, vt equites per vniuersam Laconicam missi, Regem diem suum obiisse vulgarent. Mulieres autem per urbem circumeuntes Lebetes pulsarent. Quumque tale quid fiebat, necesse erat ex singulis domibus liberos homines marem & scæminam luctu scædari. Quod qui omisissent, graui afficiebantur pœna. Postea ad hanc indicationem conueniebant certo tempore ex tota Lacedæmone permulti-

*Funus Regis elatum cum immenso ululatu.* numero, funus Regis honoris gratia ducturi, præter ipsos Spartiataras, quos vniuersos adfuisse verisimile est. Horum itaque ac Helotarum, Spartiatarumque aliquot millibus congregatis, viri mulieribus permisti frontes suas intrepidè pungebant, & ululatu immenso eiulabant. Atque inter ea exclamabant dicentes, hunc vltimum Regem iam mortuum omnium fuisse optimum.

*Regibus in bello mortuis qui honores habebant.* Quæ omnia barbaro ritu fiebant. Ac ita quidem domi mortuis funus fiebat. Si verò in bello Regem obiisse contigerat, eius simulacrum conformantes in toro benè strato efferebant. In vniuersum autem quo tempore funus fiebat, decem dierum iustici-

cium



cium indicabatur, nec magistratum ullus cōcessus habebatur, sed hōc dies vt funestos luctu traducebant. Heraclides de pōlitis addit, Mortuo Rege tribus diebus nihil vendi, sed forum pileis conspergi. Eius verba hęc. ὅταν ᾖ τελευτήσῃ βασιλεύς, τρεῖς ἡμέρας ἔδειν πολέεται, καὶ ἀρχαίς ἢ ἀγοραῖς καταπόσεται. Post humanationem, vt memoria mortui Regis esset apud omnes cara & veneranda, qui successit hoc eius honori tribuebat, vt liberaret ære alieno quemuis Spartiatarum, Regi vel Reipub. debito obstructum. Quod item Persicum est. Atque hęc quidem, quæ ferè ex Herodoto retulimus, communia vtriusque familiæ Regibus. Sed locus tamen sepulturæ eis peculiaris & diuersus, atque alius his, alius illis legitimus. Eurypontidæ enim in Aphetaide sepeliebantur. Paulanias lib. III. ὅτι τὰ πέραν ἀφεταιίδος ἐγγύτα τῆς ἡδὴ τῆς τείχους, Δικτιωνῆς ὅστιν ἱερὸν, καὶ βασιλεῖοι τῶν Ἰσθμίων Εὐρυποντίδων, Id est, In extremo Aphetaidis prope murum Dictyonæ est ædes, & Regia sepulcra Eurypontidarum. At verò Agidarum erat in loco quodam, qui Theomelida dicebatur. Idem diligentissimus scriptor paulò post: καλεῖται δὲ ἐν τῇ σάρατῃ θεομηλίδα χωρεῖον. κατὰ τὴν πόλιν τῆς Ἀγαδῶν βασιλείων εἰσὶ, Id est, Locus Sparta est Theomelida dictus, circa hunc urbis locum sepulcra Regum Agidarum. Atque hæcenus quæ de Regibus obseruata nobis ad hunc locum pertinere visa sunt.

## CAPVT III.

## De Senatu.

Post Reges proximè Senatus sequi debet, qui & in Repub. ille Regibus adiungebatur. Dicebatur autem Senatus peculiariter Lacedæmone γερουσία, nomine Græcis scriptoribus ferè omnibus hac vsurpatione celebrato. Testis luculentissimus præ aliis Pausanias Laconicis: ἢ μὲν δὴ, inquit, γερουσία σὺν ἑσπίον λακεδαιμονίοις κλειώτατον τῆς πολιτείας, Id est, Gerusia Lacedæmonis est confessus, penes quem præcipua Reipub. auctoritas, vel est supremus Reipub. confessus. Apud Hesychium tamen γερῶνα etiam dicitur σύστημα γερόντων, γέροντες autem ipsi Senatores. Ratio nominis non obscura, eademque quæ in latino, ab ætate videlicet senili petita. Ita Æschines in Timarchum de Lacedæmoniorum Senibus lo-

Post humanationem Regum quid in eorum honorem fuerit.

Sepultura locus Regum duabus familiaribus peculiaribus & diuersis.

Eurypontidarum sepulcra locus.

Agida unum sepulcra locus.

Senatus dictus Lacedæmone γερουσία.



quens: τὴν τῆς ἡλικίας αὐτῶν ἐπωνυμίαν ἀρχὴν μάλιστα ἐπὶ νομίζουσιν, Id est, *Summum magistratum denominatione ætatis ipsorum (Senum) cohonestandum existimant.* Ita & Cicero vtrunque nomen latinum & græcum inter se conferens à re ipsa explicat, qui in de Senectute ad hunc modum scribit. *Consilium, inquit, ratio & sententia nisi esset in Senibus, non summum consilium maiores nostri Senatam appellassent.* Apud Lacedæmonios quidē hi, qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellantur senes. Sed quia minus in nomine difficultatis, eo omisso, rem ipsam despiciamus, quæ satis accuratè explicata esse videbitur, declaratis hisce quatuor, videlicet vt consideremus quo auctore Senatus institutus, deinde quid in Senatorum lectione spectatum, tum quo fine fuerit Senatus creatus, denique quanta polluerit is auctoritate.

*De Senatu  
quatuor  
præcipua  
ca; ita.*

*I. Senatus  
quo aucto-  
re institu-  
tum.*

Ac primò quidem auctorem fuisse instituendi huius senatus Lycurgum, Reipub. ratio quæ ab ipso inchoata scribitur, monstrat. Docuitque idem perspicuè Plutarchus, qui hoc tanquam præcipuum & fundamentum reliquorum eum principio aggressum asserit. Ita enim in vita eius scribit: *πολλίωνων καμνοπυρμένων ἀπὸ τῆ λυκούργου παρῶν τῶ καὶ μέγιστον ἢ κατὰ τὰς τῶν γερόντων.* Id est, *Quum multa in nouata sint à Lycurgo, primum ac præcipuum erat Senatorum constitutio.* Veruntamen non temerè hinc initium fecit Legislator: sed vt hunc magistratum cò lubentius admitterent ciues, Oraculi Rhethram proposuit, qua iubebatur Senatum legere. Verba Oraculi extant item apud Plutarchum in hunc senatum scripta. Vbi templum extruxeris Ioui Sillanio & Mineruæ Syllaniæ, populùmque distribueris in tribus & obas triginta, Senatam constitues adiunctis Regibus. Vbi paulò ante idem auctor de Senatorum etiam numero disputat, scribitq; Senatores propriè sic dictos, per se fuisse numero duodetriginta: cum Regibus, qui plerunque iis accensebantur, triginta. Sed de hoc numero, cur videlicet tot saltem placuerit initio Senatores esse, variant aliquantum scriptorum sententiæ, vt idem Plutarchus refert. Aristoteles enim scribit tot numero lectos Senatores, quod Lycurgus in constituenda Republica sua habuerit triginta socios. Sed duos ex illis ob ignauiam deficientes destituisse

*Senatus cō-  
stitutio ex  
Oraculo.*

*Senatorum  
numerus,  
& eius nu-  
meri qua  
causā.*



tuisse reliquos viginti octo. Atque hanc extitisse totidem creandi Senatores occasionem. Spharus autem asserit, duotriginta tantum initio fuisse consilij cum Lycurgo participes, ideoque tot etiam factos Senatores. Vtrumuis horum verum sit, manifestum inde est, qui adiutores Lycurgo fuere in Repub. constituenda, eos ipsos & primos factos Senatores. Caterum quod Plutarchus causam ex numerorum vi aliquam arcessit, puta quod septenarius quater multiplicatus, & partibus suis paribus plenus, efficax admodum sit, id non multum momenti ad hanc rem attulisse puto, quæcunque tandem causa huius numeri extiterit. Et quidem de auctore ita habendum.

*Alia causa ex Plutarcho.*

Secundo videndum quid in Senatorum electione fuerit requisitum. Ac primis quidem Senatoribus, ut diximus, ob præstitam operam in constituenda Repub. id honoris tributum, in reliquis autem postea legendis & voluntas accedere debuit, & legitima ætas, præterque ea vita honestè acta. Voluntas usque ad eò aperienda erat, ut necesse esset hunc honorem palàm petere, & postea populo probandi vel repudiandi sui potestatem facere. Nam qui huius honoris candidatus erat, per concionem transibat, atque ita clamore multitudinis, an placeret vel non, indicabatur. Perinde ut lib. I. quæ de suffragiorum ratione egimus ostensum est. Quod institutum Aristoteles politico II. fuisse huius Reipublic. declarat, minimè tamen id probans. Locum eius integrè adscribere visum est, quia præter hoc insigne præceptum politicum continet: ἐπὶ δὲ (inquit) καὶ τὴν αἰρεσὶν ἐν ποιοῦνται τῶν γερόνων καὶ δὲ τὴν κείων ὅσι παιδαγωγώδης. Καὶ τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιοπασιμόν τῆς ἀρχῆς ἐκ ὁμοῦς ἔχει. δὲ γὰρ καὶ βουλόμην, καὶ μὴ βουλόμην ἀρχεῖν, τὸν ἀξίον τῆς ἀρχῆς. νῦν δὲ (ὅπερ καὶ παρὶ τῶν ἀλλῶν πολιτείῶν ὀνομαστέως φαίνεται τοῖων) φιλοτίμος καὶ ταπεινὸς ἀζῶν τοῖς πολίταις, τέτοις κέχρηται πρὸς τὴν αἰρεσὶν τῶν γερόνων. εἰδὲς γὰρ ἀρχεῖν ἀπίστω, μὴ φιλότιμος ὢν. καὶ τοὶ τῶν γ' ἀδικημάτων ἐπουσίῳν τὰ πλεῖστα συμβαίνει χεῖρον εἶναι φιλοτίμιαν καὶ δὲ φιλοχρημασίαν τοῖς ἀνθρώποις. Id est, Præterea delictus quem faciunt Senatorum per iudicationem quandam puerilis est. Et ipsum petere qui hoc honore dignus habendus est, Non rectè habet. Nam & volentem & nolentem modo dignus sit magistratu, ad magistratum admouere oportet. Nunc.

*2. In Senatorum electione tria potissimum requirebuntur. Voluntas aperire.*



autem idē quod in reliquis Reipub. partibus videtur legislator facere. Reddens enim cupidos honoris ciues, ipsis vitur ad delectum Senatorum. Nullus enim magistratum peteret, qui non honoris cupidus esset. Et tamen maxima pars iniustorum factorum, quæ spontē faciunt homines, fermē profiscitur ex ambitione & auaritia. hæc ille. Ætas deinde iusta, lege quasi annuaria definita in Senatoribus, fuit annorum sexaginta.

Ætas sexagenaria.

Non enim recipiebatur, qui non hunc annum attigerat, vel eo maior esset. Plutarchus vita Lycurgi: τοὺς γέροντας αὐτὸς μὲν (ὡς εἶρηται) κατέστησε τὸ πρῶτον ἐν ματαχόντων τῆ βουλῆματος. ὕστερον δὲ, ἀπὸ τῆ τελούτωντος ἔταξε κατιστάειν τὸν ἀριστον ἀρετῆ κειθέντα τῶν ὑπὲρ ἐξήκοντα ἔτη γεγονότων. Id est, Senes ipsi (ut dictum est) primum qui consiliū fuerant participes designauit. Deinde in locum demortui sufficit iussit eum, virtute qui esset præstantissimus iudicatus, sexaginta annis maior.

Quæ tamen ætas nobis videri posset ferē exoleta, & tantum non ad Reipub. negotia inutilis, nisi certum esset Lacedæmoniis animos simul & corpora ad extremum vsque vitæ, ex crebris exercitationibus & sobria viuendi ratione, firma & vegeta fuisse.

Vita honeste acta.

Cæterum vita honeste acta in Senatoribus præcipuē desiderabatur. Nec enim aliis aditus ad hoc honoris fastigium patebat, quàm quorum virtus cognita, & populo esset probata. Illustre testimonium in loco Plutarchi supra adscripto. Docuit etiam hoc Æschines Oratione in Timarchum de Senibus hæc loquens: κατιστάσει δ' αὐτοῖς, inquit, ἐν τῶν ἐν παιδὸς εἰς γῆρας σαφρόνων. Id est, deligunt ipsos (Senatores) ex iis, qui à pueritia ad senectutē temperanter seu modestè vixerunt. Et Scholiastes Græcus Demosthenis scribit, tantum τοὺς καλῶς βιωῶντας in hunc ordinem cooptari. Sicut Polybius quoque lib. vi. de senibus hæc scribit, quod κατ' ἐκλογὴν ἀριστῶν κειμήριοι πάντες ἑμμελλον ἀεὶ τὰς δικαίως προσμένειν ἑαυτοῖς. Idemque à Platone. Aristotele, & Demosthene traditum. Itaque circa Senatores legendos hæc spectari solita perspicuum est.

Finis in quem lecti Senatores duplex.

Aut propter Senes, aut Rem publicam. Propter Senes triplex ratio.

Tertiò videamus quem in finem amplissimus hic Senatorum ordo fuerit institutus. Ac quidem videtur respexisse Legislator, aut Senes ipsos per se, aut Rempublicam. Quantum ad Senes, tripliciter eorum habita ratio, auctore nobis ad hanc rem Xenophonte. Nam de virtute ipsorum circa finem vitæ iudicium fieri



fieri iubens, ἐποίησε μὲν ἐν τῷ γήρα ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκαγαθίαν,  
 Id est, effecit ut nec virtutis studium in senectate negligeretur: sed virtus  
 ad extremum vsque exerceretur. Meminit etiam Nicolaus de  
 moribus gentium apud Stobæum his verbis: κείσιν δὲ τῆς γενε-  
 αίας ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βίβω προσήδεται τοῖς τε δὴ ἢ κακῶς ζῶσιν. Nam  
 de isto iudicio verba hæc intelligenda. Deinde hoc præmium  
 honoris virtuti Senum propositum esse voluit, ut esset ea ratio-  
 ne bonorum senectuti etiam consultum. Nam ut Aristoteles  
 Politico II. ait, ἀθλον ἢ ἀρχὴ αὐτῆ τῆς ἀρετῆς, Id est, hic magistratus  
 præmium virtutis. Atque hoc modo διεπραξεν ἐν τιμότησει τὸ γῆ-  
 ρας τῆς ἀκμαζόντων ἰσότητος, Id est, Effecit ut honoratior esset sene-  
 ctas, iuuenilis ætatis robore. Postremò voluit hoc quasi certamē Se-  
 nibus inter ipsos existere, ut haberēt ubi animos in virtutis con-  
 tentione exercerent, quum non essent ad corporis certamina  
 idonei Quæ certamina corporis ipsius lōgè utiliora, ut elegāter  
 Xenophō: ἔρω, inquit, κρεῖττον ψυχῆ σώματος, ποῦτο καὶ οἱ ἀλῶνες οἱ τῆ  
 ψυχῶν ἢ οἱ τῶ σώματων ἀξιοσώταστοι, Id est, Quāto præstantior ani-  
 mus corpore, tanto animo iū certamina corporū certaminibus plurius æstimā-  
 da. Atq; hæc ad senes ipsos referūtur. Sed nec minus ipsam Rem-  
 pub. huius ordinis creatio respiciebat, quin potius hic verus in-  
 stituti Senatus finis iudicandus. Nam hinc eius salus & conser-  
 uatio pendeat. Erat enim Senatus quasi intermedius inter Re-  
 ges & populum, eos ita utrinque inter se continens, ut sibi Rei-  
 pub. corpus constaret, nec solueretur. Qua de re eleganter Pla-  
 to III. de Legibus disseruit hisce verbis: καὶ τὸτο ἐπὶ φῆσις τῆς ἀν-  
 θρωπίνης μεμυγμένη δειὰ τὴν διωάμει, κατὰ ἔσση ὑμῶν τὴν ἀρχὴν φλε-  
 μαίνουσαν, ἐπὶ μίγνυσι τὴν καὶ γῆρας σώφρονα διώαμει τῆ καὶ γῆρας αὐ-  
 τῶν δειξάμενη, Id est, Præter hæc natura ad huc humana Divina vi mixta,  
 perspicens imperium vel regnum vestrum suppuratione tumidum, coniun-  
 git adhuc senum moderatam potentiam, cum iis qui insolenter sibi vendica-  
 bant potestatem propter genus. Sed & prudenter Plurarchus obser-  
 uavit hunc ordinem ab vna parte oppositum fuisse tyrannidi, ab  
 altera plebis dominationi, ut à neutra Respub. per seditionem  
 concitata opprimeretur. Verba eius in Lycurgo locum Plato-  
 nis quasi explicantia hæc sunt: αἰαρομένη ἢ πελατεία, καὶ ἄπολι-  
 κησα νῦν ῥῶ ὡς τοῖς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ

E. 3.



δημοκρατίαν, οἷον ἔρυμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ δευτέρῃ καὶ ἰσορροπήσιμα, τὴν ἀσφαλεστάτην τάξιν ἔχει καὶ καταστάσιν, αἰεὶ τῶν ὠκτῶ καὶ εἴκοσι γερόντων τοῖς μὲν βασιλεῦσι παροσιδεμένῶν, ὅπν ἀντιβλέψαι παρὲς δημοκρατίαν αὐθις δι' ἑαυτῶν τῶν μὴ γλυέσθαι τυραννίδα, τὸν δὲ μὲν ἀναρρωνυῶτων. Quæ verba ita elegancia sunt, vt pari felicitate latinè reddi nequeant, conandum tamen vt aliquo modo interpretata intelligantur. *Quum sublata* (inquit) *quasi in altum pendere ret Respub.* & inclinaret nunc ad Reges vt in tyrannidem euaderet, nunc ad multitudinem, vt plebis dominatio existeret: *Senum potestas quasi munimentum in medio interiectum,* & *æquilibrium vtinque seruās, tutissimum* (Respub.) *statum & constitutionem præstitit,* viginti octo Senibus se Regibus iungentibus, quum plebis dominationi necesse erat contravenire: ac vicissim ne tyrannis existeret, populum corroborantibus. Itaque ex his patet fuisse toti Respub. quasi communes Senes hos, vt nihilo plus Regibus, quàm populo eos obnoxios esse voluerint. Quare & Agefilauum multarunt Ephori, quod cuiuslibet Senum delinquentium bouem pro honorario misisset: tanquam communes illos, sibi proprios acquirere conatus esset, illorum captans fauorem, & donis eos demulcens, vt est apud Plutarchum vita Agefilai, & libro περὶ φιλαδελφίας. Talis itaque causa instituti Senatus.

Agefilauum  
ab Ephoris  
multatum.

4. Senatum  
quæ  
fuerit au-  
thoritas.

Restat postremò vt de eorum auctoritate agamus, quæ quidem fuit huic ordini, si vsquam alibi, certè apud Lacedæmonios summa. Nam ante Ephoros institutos Respub. ferè tota penes ipsos, ita vt cum Regibus supremi moderatores & Domini essent, omniàque ex ipsorum sententia administrarentur. vt docet Plutarchus in Agide & Cleomene. Quam eorum auctoritatem respiciens Demosthenes eos *κυρίους & δεσπότας τῆς πολιτείας* vocat. Nam aduersus Leptinem de præmiis virtutis apud Lacedæmonios agens ita ait: *ἐπειδὴν τῆς (inquit) εἰς τὴν καλὴν ἀρετὴν γερουσίαν ἐγκληθῆ, ὡς ἀγαθῶν ἑαυτὸν οἷον ἔχει, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν.* Εκεί μὲν γὰρ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς ἀθλον, τῆς πολιτείας κύριον γλυέσθαι μὲν τῶν ὁμοίων. Id est, *Simul atq; aliquis in Senatum cooptatus est, quod fit quum se quem decet præstiterit, Dominus fit multitudinis. Ibi enim virtutis præmium est, Respub. Dominum cum equalibus fieri.* Ac latissimè eorum potètiā se in initio extēdisse auctor locupletissimus Isocrates, ita vt eorum guber-



gubernationi & potestati omnia Reipublic. negotia subiecta  
 fuisse, asseuerare non dubitet. Etenim eos cum Areopagitis  
 conferens magna circumspeditione & grauisimo consilio crea-  
 tos asserit. Verba eius quibus hanc rem disputat, digna me-  
 moria sunt. Ait enim, τὴν τῶν γερόντων ἀρεσὴν τῶν ὀπίσσω τοῦ ὄντων  
 ἀπασιν τοῖς ἀρχαίοις, μετὰ τοσαύτης ἀρεθῆς ποιῆσαι νομοθετήσαν-  
 τος (λυκούργου) μετ' ὅσην ἔφρασι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ εἰς ἀρειον πόρον ἀνα-  
 θέσασθαι μελλόντων, Id est, Senatorum electionem, qui omnibus nego-  
 tiis præficiuntur, tanto studio factam, legem super eo ferente (Lycur-  
 go) quanto apud (Athenienses) qui in Areopagum conscendere deberent.  
 Quin usque aded potentes Senatores, ut in suffragiis Regi-  
 bus nihilo essent inferiores. Itaque cum iis Reges coniuncti  
 in Rhetra oraculi. Docuit hoc maximus Philosophus, qui lib.  
 III. de Legibus ita scribit: τὴν τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς  
 τὰ μέγιστα τῆς βασιλείων δυνάμει, Id est, viginti octo Senatorum pote-  
 statem, calculis suffragiorum æqualem in maximis quibusque ipsorum Re-  
 gum potestati. Et Polybius lib. V. ait, Per ipsos & cum ipsis omnia ad-  
 ministrari. δι' ὧν καὶ μετ' ὧν πάντα χριεζέται τὰ κατὰ τὴν πολι-  
 τείαν inquit. Præterea fuisse quoque liberrimam hanc ipsorum  
 administrationem, & rationi reddendæ minimè obnoxiam a-  
 nimaduertimus. Nam Aristoteles auctor est politico II. Lacedæ-  
 mone Senatores ἀβδευοῦς fuisse. Quod tamen ille, ut alia  
 permulta in Republica hac grauem reprehensionem mereri iu-  
 dicat. Qua de re cum disputasset, adductis eius sententiæ causis,  
 deinde addit: διόπερ βέλτιον αὐτοῖς μὴ ἀβδευοῦς εἶναι. νῦν δ' εἰσὶ,  
 Id est, Quare præstaret, minimè immunes esse reddendarum rationem.  
 Nunc autem sunt. Sed hoc tamen ante Ephoros saltem obtinuisse  
 existimo, postea enim ij ab omnibus rationem poscebāt. Et me-  
 ritò ita quidem. Nam tametsi nō cuius reddi rationem necesse:  
 tamen magnoperè è Repub. est aut eminentiori magistratum, aut  
 collegio Senatorū, singulos de rationibus teneri, nec quenquā  
 qui Rempub. aliqua in parte gubernet, prorsus immunem ut &  
 Plato sancit, δικας ἢ ἀνοπέθυτων εἶδεναι δικὰς εἶναι. Id est, Nullū iudicē  
 oportere non obnoxium esse reddendi rationem sui iudicij. Quin & hoc  
 multò maximè ad auctoritatem Senatus pertinebat, quod ne-  
 mo nisi grauis sceleris conuictus ab hoc ordine moueretur:



sed tota vita ea dignitas maneret in hoc collegium Seniorum semel coopratum. Itaque Plutarchus hunc honorem dicit, *νικητήριον ἀρετῆς διὰ βίης*, Id est, in certamine virtutis hoc præmium victoriæ per totam vitam manere. Quod ipsum Aristoteles quoque fatetur, improbans tamen & hoc: *ἔχει δὲ* (inquit) *καὶ τὰ πρὸ τῶν γερόντων ἀρχὴν ἢ καλῶς αὐτοῖς. Ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπεδημένων ἰκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν, τάχ' αὖ εἰπίε τις συμφέρειν τῇ πόλει. καὶ τοῦτο γὰρ διὰ βίης κρείους εἶναι κρείστων μεγάλων, ἀμφισβητήσιμον. Ἐστὶ γὰρ ὥσπερ καὶ σώματος καὶ δεινότητος γῆρας*, Id est, Quæ pertinent ad Senatorum magistratum non bene illis constituta sunt. Si enim forent moderati viri, & satis instituti ad excellentem virtutem, fortasse diceret aliquis conducere id civitati. Quamvis eos maximarum rerum iudicandarum esse Dominos per totam vitam, an utile sit controuersiam habeat. Est enim sua sicut corpori, sic & menti senectus. Denique causas quasdam Senatus perse audiebat, & vel solus vel cum Regibus suo iudicio decernebat. Itaque Aristoteles loco supra dicto, vocat eos *κρείους μεγάλων κρείστων*. Et in hunc usum curia ipsis erat in foro, quò conuenirent, quæ apud Pausaniam dicitur *βελδοπέριον τῆς γερουσίας*. Sed de hac re infra suo loco plura addimus. Durauit autem talis Senatus ordo vsque ad Cleomenem, qui eum oppressit & aboleuit, institutis quibusdam aliis, quos *πατρωνόμοις* appellauit. Pausanias Corinthiacis de Cleomene loquens: *τὸ κρείττον τῆς γερουσίας κατὰ λύσας, πατρωνόμοις τὰς λόγους κατέστησεν αὐτ' αὐτῶν*, Id est, Auctoritatem Senatus euertens (Cleomenes) patronomos in eius vicem, quod ad ipsum duntaxat nomen substituit. Sed hanc Senatus abolitionem, fuga ipsius Cleomenis, & Reipub. interitus, non ita multo post secutus. Nam tamen Antigonus victor Spartanis Rempub. & patria instituta reliquit: tamen moto semel Senatorum ordine, ægrè ad se Respub. vel tantillum temporis rediit, sed statim in tyrannidem conuersa est. Quæ de re est apud Pausaniam in Achaicis & Polybium fine libri II. Hic itaque finis veteris Lycurgi Senatus, ubi & nos dicendi de eo finem faciamus.

## CAPVT IV.

## De Ephoris.

Ephori  
qui dicitur.

**E**phorum nomen curam Reipub. & inspectionem accuratiorum in hoc magistratu requisitam designat. Nam vt Suidas



das auctor est, Εφόροι ἐκάλουον διὰ τὸ ἐφορᾶν τὰ τῆς πόλεως πράγματα, Id est, Ephoros vocarunt, quod Reipublic. negotia inspicerent. Vnde ἐφορεύειν, ἐποπτεύειν, ἄπο τῶν ἐν ἀνάγκῃ ἐφόρων, inquit Hesychius. Significat enim hoc verbum magistratum Ephorum gerere. Εφορεία ipsum Ephorum munus. Etli in genere est quæuis ἐποπεία & ἐπίσκεψις Suidæ. Sicut & ἔφοροι, ἐπίσκοπος, ἑπιστάτης, δεατής, θεός, ἐφόπις generaliter exponitur ab Hesychio. Porro de hoc magistratu, quæ nobis obseruata sunt, ad quatuor referemus, vt dicamus à quo Ephori, qualésque instituti, Deinde quot extiterint numero, quantoque tempore muneri præfuerint, Tum in quem finem primum creati. Denique quanta euaserit tandem ipsorum potentia.

De Ephorum obseruata quatuor capita.

Ac initium quidem Ephorum factum à Lycurgo, cui totius Reipub. circa reliqua omnia innouatio debetur, sunt qui existiment, in primisq; grauis auctor Herodotus. Nam libro v. enumerauit quædam præcipua, quæ Lycurgus in cõformanda Reipub. sua præstitit, tandem addit: πρὸς δὲ ταῖσι τοῖς ἐφόροις καὶ γέροντας ἔθηκε Λυκούργος, Id est, Ad hæc Ephoros & Senes instituit Lycurgus. Cuius sententiæ videtur etiam fuisse Xenophon libello de Reipub. Lacedæmoniorum, vbi quodammodo institutionem eorum Lycurgo & Senatui simul tribuit. Sed aliis tamen magis placet à Regibus primum Ephoros creatos, vel saltem eorum potissimum auctoritate intercedente. Id enim Aristoteles lib. v. Politicorum cap. xi scriptum reliquit. Ac in eadem sententiam disputat Cleomenes apud Plutarchum, & cum Probo in idem consentit etiam Valerius Maximus. Vt omittam doceri etiam posse hoc apophthegmate, quo ratio redditur, cur Ephori Regibus non assurgât, quum tamen ab eis creentur. Est itaque posterior hæc opinio auctorum non aspernandorum, qui & Regem fuisse Theopompū, à quo principes Ephori in Reipub. introducti cõsentiunt. Super qua re non pigebit historiam referre à Valerio Maximo expositam, libro dictorum & factorum memorabilium iv. Theopompo, inquit, Spartanorum Rege moderationis testimonium reddamus. Nam quum primus instituisset, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri Regiæ potestati oppositi, quemad. Romæ consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti: Atque illi vxor dixisset, id

1. A quo, qualésque instituti Ephori.

Theopompi Spartanorum Regis apophthegma.



egisse illum, ut filis minorem potestatem relinqueret: Relinquam, inquit, sed diuturniorem. Optimè quidem. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quò longius à licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admoovit. Hæc ille. Quæ historia desumpta ex Aristotele, extat etiam apud Plutarchum, libro qui inscribitur, in principe requiri doctrinam. Et quidem hic ipse auctor est vita Lycurgi, post ipsum Lycurgum centum triginta exactis annis demum Ephoros creatos, primùmque lectum ad hoc munus quendam Elati nomine dictum Rege Theopompo. Vbi additur etiam historia iam recitata de vxore Theopompi, postea tamen haud dubiè à populo creati sunt, etsi non posthabita etiam Regum præiens vel consentiens voluntas. Quod Agidis exemplo fati ostendi potest, quo volente & adnitente Lylander quidam Ephorus factus, ut scribitur apud Plutarchum vita Agidis. Popularis enim prorsus hic magistratus, sicut & ex populo plerùmque, ac quidem ex tenuioris fortunæ hominibus aliquando ad hunc magistratum extollebantur. Ita enim Aristoteles Politico 11. de Ephoris scribens sentit: γίνονται (inquit) ἐν δήμῳ πάντες. ὡς πολ-  
λαὶς ἐμπέπυσαν ἀνθρώποι σφόδρα πένητες εἰς τὸ ἀρχεῖον, οἱ δὲ τὴν ἀπορίαν ὧνιοι ἦσαν. Id est, E populo omnes creantur (Ephori) Quapropter sæpè incidum in hanc curiam admodum pauperes. qui propter egestatem venales sunt. Quod quum ita esset, reprehenditur etiam eo loci hoc ab Aristotele. Et quidem à quo instituti, qualésque Ephori, ex his planum est.

Ephori ex  
quibus le-  
gerentur.

2. Ephoro-  
rum qualis  
numerus.

Dèinde secundo loco de numero Ephorum videamus. Enimvero fuisse Ephoros semper quinque numero, passim obseruare licet: sicut & tribuni plebis quinque Romæ creati, Lacedæmoniorum fortè imitatione, si vera est sententia Dionysij Halycarnassei & Plutarchi. Nam aliter Asconius ex sententia Ciceronis, Attici, Tuditani, Liuji de tribunis Romanorum, ut suo quodam loco disputamus. Hunc numerum in Ephoris agnoscit Aristoteles politico 11. de Republic. Cretensium agens. Nam, inquit, οἱ μὲν ἔφοροι πέντε τὸν ἀειθμὸν. Id est, Ephori quinque numero sunt. Et Suidas, ἔφοροι ὅσοι λακεδαιμονίοις τὸν ἀειθμὸν ἐ. Quò facit etiam quod apud Plutarchum in vita Cleomenis de Agide narratur:



narratur: Agesilaum Ephorum sauciatum ab iis quos submiserat Cleomenes, reliquos quatuor interfectos. Nec variatum in numero aliquid inuenio. Ut falsus idcirco sit Etymologici Græci auctor, qui eos nouem fuisse autumat. Ceterum durauit hic magistratus tantum in annum. Neque enim consentaneum erat diuturnum hunc esse, ita potentia sua insolescetem, ut etiam in Reges vindicaret sibi potestatem. Docuit hoc Plutarchus Agesilao: *ἄλλ' ἐφόρον ἴδιόν τε καὶ τῶν γέροντων τὸ μέγιστον ἐν τῇ πολιτείᾳ κρατερός, ὧν οἱ μὲν ἐκαστὸν ἀρχαῖσι μόνον, οἱ δὲ γέροντες διὰ βίης ταύτης.* Id est, Ephorum *Senum tunc summa erat in Repub. potentia, quorum hi quidem in annu tantu magistratu gerunt, Senes autē tota vita eo honore fruuntur.* Sed apud Historicos plurima & luculentissima passim huius rei testimonia. Et quidem adeo finiebatur annuo spatium Ephoria, ut nec videatur exacto anno denuo legitime peti à prioribus potuisse hunc magistratum. Quod hinc colligimus, quia Agesilaus Ephorus quem offendisset omnes, & extrinseceret lesos, securitatis suae causa conatus sit se denuo Ephorum facere, ut narrat de eo Plutarchus vita Agididis: Tanquam inuitis aliis per vim magistratum occupaturus. Atque ita de numero Ephorum & Ephoriae tempore habendum.

Tertio considerandus nobis finis, cur Ephori instituti, quem alij alium fuisse iudicant. Nam apud diuinum Philosophum inuenio eò creatos, ut instar freni potentiam Regum adhuc luxuriantem inhiherent. Verba Platonis lib. III. de Legibus ita habent: *ὁ τεύκεις σωτήρ ὑμῶν ἐπ' ἀσπαρῶν καὶ θυμουμένω τὴν ἀρχὴν ὄρεον, οἷον ψάλλιον εἰς ἑλαλέν αὐτῆ τὴν ἑφόρον δυνάμιν, ἐγὼς τῆς κληροπῆς ἀγαθῶν δυνάμεως.* Id est, *Tentius Seruator vobis exultare adhuc & ferocire videns vestrum imperium, ei tanquam frenum iniecit Ephorum potentiam, aduersus hereditariam (Regum) potentiam proximè obducens.* Cuius sententiae fuisse & Plutarchum in vita Lycurgi videmus, ubi hunc Platonis locum ferè integrum ad verbum adscribit. Idemque respexit Cicero lib. III. de Legibus, quum Ephoros scribit ita Regibus oppositos fuisse, ut consulibus tribuni: ut iam locum Valerij hic non repetam supra à me adductum. At Aristoteli placet, hunc magistratum quasi neruum fuisse Reipublicae partes inter se coniungentem, acquiescente videlicet plebe, quod & illa huius magistratus

Ephorum  
magistra-  
tus annuus  
tantum.

3. Finem ob  
quem Epho-  
ri creati a-  
lij alium fa-  
ciunt.

1. Ad Re-  
gum poten-  
tiam inhi-  
bendam.



communicatione particeps esset publici imperij. Nam libro secundo de Ephoris disputans ita ait: *οὐδέχρημὸν τιμὴν πολιτείαν τὸ ἀρχαῖον τῆς πόλεως ἔχει γὰρ ὁ δῆμος, ἀλλὰ τὸ μετέχειν μεγίστης ἀρχῆς.* Id est, *Continet Rempub. curia hac: quiescit enim populus quod particeps sit magistratus.* Itaque si hæc Aristotelis opinio vera, populi ratio potissimum habita in huius magistratus institutione, videlicet ut haberet etiam de suo corpore magistratum, nec exclusus esset à Reipub. muneribus. Sed ab utrisque horum dissentit Cleomenes apud Plutarchum, ita de Ephoris disputans, ut eos dicat constitutos initio, qui essent tanquam Regum absentum vicarij, & iusticiam ciuibus eorum auctoritate administrarent. In hunc enim modum Cleomenes, proscriptis octoginta ciuibus, ad populum super Ephororū institutione & munere disceruisse scribitur. Docuit, inquit Plutarchus de Cleomene loquens, Regibus Senes à Lycurgo adiunctos fuisse, denique ea ratione procuraram Rempub. magistratu non alio quæsito. Post quia bellū cum Messeniis gerebatur diutinum, districtos expeditionibus Reges dilegisse ad iudicia reddenda certos amicos, eosque reliquisse ciuibus vicarios, qui dicti Ephori fuerunt, longo auro hos primum Regum ministros fuisse, deinde sensim summam sibi usurpasse potestatem, atq; ita clam peculiarem suum magistratum reddidisse. Hoc ille differit initium fuisse Ephororum, siue quòd reuera res ita habuerit, siue ita accommodatè ad suam causam dixerit. Quin idem Cleomenes postea addit, ac confirmans hanc suam sententiam ait: *Qui magistratum hunc princeps illustrauerit & amplificauerit, fuisse Asteropum, multis postea gratibus Ephorum.* Ex quibus eius verbis intelligi datur, ut de prima Ephororum creatione iam nihil dicamus, angustioribus limitibus circumscriptam fuisse antiquitus eorū potestatem, et si postea in immensum aucta sit.

*Ephororū  
quanta po-  
testas fue-  
rit.*

Qua de re quantaque euaserit tandem omnino Ephororum potestas, donec postmodum sublata sit, iam postremo loco nobis restat dicendum. Nam ille maximus ferè extitit in Republ. magistratus, vendicantibus sibi Ephoris, tum sacrorum aliquam administrationem, tum etiam totam aliquatenus ciuiliū negotiorum gubernationem, ut iam ostendemus. Etenim sacris  
Palladis.



Palladis, quum iuvenes armati ad sacrificium annuum ex more patriæ conueniebant, Ephori erant qui sacrificium peragebant. Nam de his sacris scribens Polybius in iv. ait : τοὺς ἐφόρους οὐ τελεῖν τὰ ἀεὶ τῶν θυσιῶν, ἀλλὰ ἀεὶ τὸ τέλειος διατελοῦντας, Id est, *Perfuisse quæ ad hoc sacrificium pertinebant Ephoros, ibi circa templum (scilicet Palladis Chalciæ) commorantes.* Vaticinia quædam, ut puta somniorum, etiam ad Ephoros pertinebant. Nam in templo Pasiphaes eo nomine aliquando dormisse solitos, auctor est Cicero i. de diuinatione, ita inquit : *Qui præerant Lacedæmonis (Ephori) non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaes fano, quod est in agro propter urbem, somnandi causa incubabant, quia vera quietis oracula ducelant.* Estque illustre exemplum somnij ab Ephoro visi de sublatis fellis Ephoricis apud Plutarchum in vita Cleomenis. Meminit & Tertullianus, libro de anima, Pasiphaes Laconicæ ubi dicit orbem hoc genus oraculis stipatū fuisse, inter oracula reponens hanc etiam ex somniis diuinationem. Quod Plutarchus quoque confirmare videtur, dum scribit auditam ab Ephoro in templo vocem. De templo Pasiphaes plura Plutarchus in vita Agidis. Sed & cælum intuebantur Ephori, de Regum imperio Deos inde quasi cōsulentem. Quod qua ratione factum luculenter declarat Plutarchus in vita Agidis, loquens de Lyfandro Ephoro & collegis in perniciem Leonidæ cælum obseruantibus. *Nono quoque anno (inquit) captata Ephori serena nocte & intermestri Luna, consilient silentio in cælum intenti. Quod si aliqua ex parte stella in altam traiecerit, Reges indicant Deos offendisse : iisque regnum eo usque abrogant, dum fuerit Delphis vel Olympiæ oraculum allatum quod damnatos subleuet Reges.* Quin etiam festis quibusuis præerant Ephori, ludisque suo arbitrio moderabantur. Ita enim festum & ludos gymnicos chororum eos curasse, nec passos in publico luctu quicquam eorum, qui eò pertinebant, mutari, testatur in vita Agesilai Plutarchus. Atque hunc in modum circa hæc sacra verfabantur & fortè an plura. Ceterum in politicis multo magis sibi permiserunt, & liberiore potestate usurparunt, nemine in Repub. illis se opponente. Vnde Plato lib. iv. de Legibus, tyrannicam fuisse eorum potentiam ait, ita scribens : τὸ τῶν ἐφόρων θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε, Id est, *Ephorum imperium mi-*

*Sacrorum Palladis ad iustitiam illis mandata.*

*Vaticinia somniorum.*

*Cælum intuers, de Regum imperio Deos quasi consulentes.*

*Festis præesse ludisque moderari.*

*In politicis Ephorum potestas penè tyrannica.*







autem vita Ephorum minimè congruens ciuitatis voluntati seu proposito.  
Ipsa enim remissa valdè est: In cæteris superat modum rigore.

Iam verò & in Helotas præcipuè Ephori vires suas exercue- In Helo-  
tas vires  
suos exer-  
cere ma-  
ximè.  
re. Nam vt Plutarchus refert ex Aristotele, recens magistratum  
hunc ingressi Helotis bellum tantum non internecinum denun-  
ciabant. Plutarchus Lycurgo: Αεισοτέλης δὲ μάλιστα φησὶ, καὶ τοῖς  
Εφόροις, ὅταν εἰς τὴν ἀρχὴν κατὰ τῶσι, παρῶτον τοῖς εἰλωσιν κατὰ γέ-  
λειν πόλεμον, ὅπως οὐαγὲς ἢ τὸ ἀνελεῖν, Id est, Aristoteles in primis ait,  
Ephoros inuito magistratu primum Helotis bellum indicere, ne piaculum sit  
eos interemisse. Ac hoc quidem bellum certis temporibus per de-  
lectos iuuenes exequabantur, interuenientes noctu quo suis ob-  
uios, vt supra quum Cryptiæ rationem in seruorum perniciem  
inuentam explicauimus, a nobis relatum est.

Iudicabant etiam Ephori quasdam controuersias ciuiles, ita De cōtro-  
uersiis quo-  
busdam ci-  
uilibus iu-  
dicabant.  
vt iporum saltem muneris esset eas decidere. Qua de re plura  
suo loco. Itaq; habebant in eum vsu ἀρχεῖον seu ἐφορεῖον, Id est,  
Curiam vel prætorium in foro, vt testatur Paulanias. Erantque iis sua  
δῖρα ἐφορεῖα, seu sella Ephorica, in quibus iudicantes confede- Ephorica  
sella.  
bant, vt videre est apud Plutarchum vita Agidis, qui locus iam  
pridem adscriptus est. Nec minus dilucidè idem patet ex Ælia-  
no lib. II. cap. xv. Var. historiæ, qui sellas eas θεσμοὶς vocat, vbi de  
Clazomeniis hoc refert. Clazomeniorum, inquit, quidam Spartam  
venientes per petulantiam & factum thronos Ephorum, in quibus seden-  
tes ius dicere, & Reipub. negotia transigere consueuerant. fuligine resper-  
serunt. Qua re Ephori cognita, non molestè tulerunt, sed vocato præcone  
publico, mandarunt vt publicè in ciuitatem proclamaret hoc mirandum: Li-  
ceat Clazomeniis indecorè facere. Quam historiam paulò aliter de-  
scribit Plutarchus.

Quin & Ephori ærarium in potestate habebant, postquam Ærarium  
in potestate  
habebant.  
publica pecunia coaceruari cœpit, inferente eam perniciem in  
Rempub. Lyfandro. Nam iis tradebatur pecunia publica, qui &  
eius, sicut reliquorum omnium, rationem exegerunt. Docet Plu-  
tarchus in Lyfandro, qui à Gylippo traditam Ephoris scribit pe-  
cuniam Athenis aduectam, eos denique apertis sacculis summæ  
rationes putasse.

Præterea temporum quoque ratio ab ipsis Ephoris pendebat. Temporū  
ratio ab eis  
pendebat.



*Annus  
Lacedæmo-  
nij à bru-  
ma inchoa-  
bant.*

*ἑπόρουμος  
Ephorus  
sive ductus.  
Et su rit-  
ne is sem-  
per præci-  
pius, an  
per vices.*

Nam ineuntibus iis magistratum annum suum inchoabant Lacedæmonij. Id verò fiebat tempore brumæ, quod discimus ex Thucydide lib. v. Vt quod scripsit magnus ille Scaliger, amicus meus, Græcos omnes à bruma annum inchoasse, id rectè de Lacedæmonis enunciârit. Quin usque ad eò tempora ad Ephoros relata, vt fastos suos, annorumque seriem, eorum nominibus digererent, & à principe Ephoro annum quemque quodammodo denominarent. Qui Ephorus eam ob causam *ἑπόρουμος* dictus est: sicut Athenis Archon Eponymus anno nomen dedit, & Romani per consules annorum rationem inierunt. Cuius rei meminit Pausanias Laconicis, qui scribit Ephoros ex se aliquē. *ἑπόρουμον παρέχεσθαι.* Et exempla suppetunt creberrima apud historicos Græcos. Cæterum an *ἑπόρουμος* hic semper fuerit princeps Ephorus, an verò per vices alij atque alij huic collegio præfuerint, non satis habeo dicere. Videor tamen mihi hoc postremum ex verbis Plutarchi colligere posse, quibus describit, quæ inter Agesilaum & Lacratidâ *τῶν ἐπορευῶν τῶν ἐφόρων* gesta sunt, quum inuenta esset oratio Lyfandri contra Heraclidas scripta. Nam quum scribit illum tum Ephoris præfuisse, indicare videtur aliàs alios præfuisse. Qua de re aliud mihi non obseruatum, vt ferè hîc mihi non liquere pronunciem.

*Ephorum  
potestatis  
summa.*

Denique vt in pauca hæc conferam, præcipua quæque Reipub. Ephorum curæ subiecta. Illi concionem populi regebant, bellum scisebant, pacem rogabant, fœdus inibant, exercitum mittebant, comæatum præbebant, præmiis & pœnis dignos afficiebant, καὶ τὰ ἄλλα διοικοῦσι πικρῆς μέλιτα ἀξία, ait Pausanias, Id est, *Omnia administrabant in quibus aliquid momenti situm erat.*

*Aduersus  
Ephorum  
potentiam  
remedium.*

Tanta itaque ipsorum quum esset potentia, quanta iam à nobis breuius exposita, vnum tamen inuētum remedium contra eos, videlicet mutua eorum inter se dissensio. Cuius ea vis erat, vt qua parte plures se eorum cõiunxissent, ea prævaleret. Quod hinc animaduertimus, quod Pausanias Rex suffragantibus ipsi tribus ex Ephoris, quum Lyfandro successum rerum inuideret, exercitum post eum aduersus Athenienses in Piræo rebellantes eduxit, vt est apud Xenophontem lib. 11. Hellenicôn. Itaque haud dubiè quātum potuit tribuni intercessio apud Romanos: tantum.



tantum valuit Ephorum dissensio apud Lacedæmonios.

Caterum mansit hic status Ephorum vsq; ad Cleomenem Leonidæ filium Reipub. statum conuellentem, qui eos interficiens sustulit. Quod eius factum ruina Reipub. cōsecuta, & non ita multò post, quæ Rempub. prorsus oppressit tyrannis exorta. Itaque sic expirauit celebris ille Ephoriæ magistratus, qui à nobis ad hunc modum descriptus sit.

## CAPVT V.

## De Beidiæis.

Ephoris adiungamus Beidiæos, qui ferè cum iis conueniunt. Exponitur autem nomen à Grammaticis, quasi ei insit gloriæ illustris significatio. Inquit enim Suidas, *Βειδιος ὁ ἐνδοξος*; unde haud dubiè *Βειδιᾶος*. Magistratum autem hunc Lacedæmonium fuisse testatur præter Eustathium Pausanias. Institutum verò eum arbitrari possumus à Lycurgo, eò quod Pausanias scribit ab eo leges dictas, de Epheborū exercitationibus & pugnis, in quibus Beidiæorum munus præcipuè versabatur. Nam dilucidè testatum facit nobis Pausanias, Beidiæorū muneris fuisse potissimum in regendis Ephebis. Ij enim Platanista dicta ludicra, & alia Epheborū certamina inspicientes moderabatur. Nam sic in Laconicis Pausanias ait: *τοῖς Βειδιᾶσις μὲν ὅτι τὰ τὰ πλατάνισμα καλεῖσθαι, ἢ ἄλλοις τῷ ἐφέβαιον ἀγῶνας πιδένει καὶ δέσνηει*. Id est, de Beidiæis constitutum erat, ut eis iniungeretur cura ludicrorum, quæ Platanista dicta, & aliorum certaminum, quibus se Ephebi exercebāt. Erant autem Platanista certamina, quæ fiebant in campo denso platanis confito, qui ob id *πλατάνιστᾶς* dictus, Euripo vndique circumdatus & pontibus iunctus. Pugnabāt ita in hoc campo, ut infestis manibus & calcibus insultantes, moribus etiam corpora fœdātes, & oculos sibi plerunque eruentes certarent. Ac bini quidem ad hunc modum congregiebantur, sed & totis agminibus imprefionem faciebant, atque vna acies alteram in aquam detrudere omni nisu contēdebat. De qua pugna plura libro sequente. Sed præter hæc videntur & Beidiæi præcipuè ius inter Ephebos dixisse, si quid controuersię inter eos incideret. Nam haud dubiè eo nomine curiam illam suam in foro habebāt. Pausanias enim

*Ephorum status quādiu manserit.*

*Beidiæi qui unde sic dicti.*

*A quo instituitur.*

*Munus Beidiæorū præcipuū.*

*Platanista certamina que fuerunt.*

*Beidiæorū aliud munus, ius inter Ephebos dicere.*

F



Βειδιεῖ  
quos sue-  
runt.

tum alia, tum καλεμμένων βειδιαιῶν ἀρχεῖον ὅτι τῆς ἀρχαῆς fuisse agnoscit. Fuerunt Βειδιεῖ numero quinque, sicut & Ephori, quod fortean eorū talis ferè potestas in Ephebos, qualis Ephorum in reliquos, ut idcirco videri etiam possit diligentissimus auctor utroq; coniunxisse. Inquit enim, τῶς τὲ ἐφόροις καὶ βειδιαιῶσι πέντε ἀειθρόν ἐκατέρωσιν εἶσι. Vbi quum hoc circa numerum pariter utrisque tribuisset, postea officia eorum discernit, quæque explicauimus, Βειδιαιῶσι assignat. Nec alia super his obseruare nobis licuit, quàm quæ iam ex huius vnus ferè auctoris scrinio complauimus.

## CAPVT VI.

*Quales fuerint qui nomophylaces dicti apud Lacedæmonios.*

Νομοφύ-  
λακες alius  
Lacedæmo-  
niorum ma-  
gistratus,  
unde dicti.

**N**omen νομοφυλάκων factum esse à diligenti legum custodia apparet. Quare eo ipso muneris quodammodo ratio etiam explicatur. Fuisse autem talem magistrum in Rebuspub. veteribus benè institutis, rectè sensit Columella. Qui libro XII. de re rustica cap. III. in fine, ita scribit: *In benè moratis ciuitatibus (inquit) semper est obseruatum, quarum primoribus atque optimatibus, non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Græci νομοφύλακας appellant.* Horum erat officium, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus: Eos autem qui non parerēt, pœna multare. Cicero autem Græcorum hūc fuisse in primis magistratum agnoscit lib. III. de Legibus in hæc verba scribens: *Legum custodiam nullam habemus. Itaque hæc Leges sunt, quas apparatus nostri volunt: à librariis petimus: publicis literis consignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentius: apud quos νομοφύλακες creantur. Nec hi solum literas (nam id quidem etiam apud nostros maiores erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesque reuocabāt.* Quum itaque ille benè moratis ciuitatibus, hic Græcis communiter hunc magistratum attribuat, par est Lacedæmoniis, qui in utrisq; meritò censentur, nomophylaces etiam suos dare. Quod eò magis faciendū, quia & Plato apud Cretenses eos etiam fuisse affirmat, qui Minoem dicit vsum nomophylace Rhadamantho & Talo. Verba eius, quibus de hac re agit, extant in Minoe circa finem. Rectè itaq;

Eorum of-  
ficium qua-  
le.

Νομοφύ-  
λακες Græ-  
corum in  
primis ma-  
gistratus.

Pausanias



Pausanias lib. III. qui etiam eos inter ἀρχοντας Lacedæmoniorū collocavit. Quamvis non diffiteor nomophylaces Athenien-  
 sium ex scriptoribus notiores. Fuit autem nomophylacum nu-  
 mus, ut ex superioribus discimus, & ex ipsa re percipimus, potissi-  
 mum ut legum curam gererent, earumque custodia ad Reipub.  
 utilitatem præessent, nec eas aboleri, mutari aut auferri à quo-  
 quam sinerent. Deinde id operam dabant, ne vis legum exole-  
 sceret, vel memoria obliteraretur: sed facta quæq; civium noran-  
 tes, & ad legum normam reuocantes, magistratus adigebant ad  
 eorum crebram obseruationem, & officij sui executionem, ut  
 est apud Harpocrationem & Suidam. ὅτι ἔστι ἐπιτακ-  
 τὰς ἀρχὰς τοῖς νόμοις χεῖρας. Quin & existimare possumus,  
 hos ipsos fuisse legum quoque interpretes, si quid fortè ambi-  
 guè positum, minusue intellectum in disceprationem veniret.  
 Postremò & rerum gestarum consignatio ad hos itidem perti-  
 nebat, ut extarēt monumenta publica, ad quæ recurrere liceret,  
 quum aliqua in re maiorum exemplum requireretur. Sed qua-  
 lecunq; tandem horum munus apud Lacedæmonios fuisse ien-  
 tiamus (neque enim satis dilucidè hoc traditum reperi) habue-  
 runt certè & suam ipsi curiam Spartæ. Nam Pausanias ut Epho-  
 rorum, & Berdæorum ἀρχία in foro Spartæ fuisse asserit: ita &  
 nomophylacum. Nec aliam obseruavi nomophylacū Lacedæ-  
 moniorum mentionem. Quæ apud Aristotelem sunt lib. IV. de  
 his & Probulis, ea pertinebant ad complures Respublicas, uti  
 ipse eo loci testatur. Quæ apud Platonem libris de Legibus, ea  
 sunt eius Reipub. quam ipse instituit.

Nomophylacum munus, Legum curam gerere.

Eisdem interpretari.

Rerum gestarum consignatio.

Nomophylacum Curia Spartæ.

## CAPVT VII.

## De Harmosynis.

Vnde factum sit nomen huius magistratus, qui ἀρμοσυών di-  
 ctus est, non obscurum. Nam ad verbum ἀρμόσιν, vel ἀρ-  
 μόσιν referendum, quod in Glossis Græcolatinis exponitur, con-  
 gruere, competere, artare, quòdque alij exponunt aptare, ada-  
 ptare, concinnare. Còuenit vtraque expositio Harmosynorum  
 muneri, qui moribus ad leges concinnandis & aptandis præfecti  
 erant. Ut sit idcirco Harmosynus, si latinum nomen quæras, mo-

Harmosyni qui aptantur unde dicti.



rum concinnator vel censor. Itaque censoris munus videtur hic magistratus apud Lacedæmonios gessisse. Etenim in mulierum præcipuè vitam & mores horū erat animaduertere : sicut apud Athenienses *γυναικόκομοι* in eandem curam incumbabant. Quare Heclychius Lacedæmoniorum ad hunc modum describit : *ἀρμόστωι ἀρχή τις ἐν λακεδαίμονι, ἑπὶ τῆς δὺσκομίας τῆς γυναικῶν*, Id est, *Harmosyni magistratus Lacedæmone ad mulierum decentem honestatem tuendam instituit.* Nec ferè aliud nobis de hisce obseruare licuit. Fuisse tamen hunc Sparta magistratum non est dubium, eumque (si diuinare nobis in re obscura docti permittunt) choris, ludis & gymnasiis etiam muliebribus præfuisse, vt omnia decorè fierēt, existimauerim. Quod magnoperè necesse, quum virgines nudæ etiam certamina sua & corporum exercitia haberint, vt inferius suo loco dicemus. Quamuis etiam vita morèsq; omnium in vniuersum fœminarum, horum etiam curæ ac censuræ subiecta fuisse videntur. Id quod, si vspiam alibi, magnopere Lacedæmone requirebatur, vbi corrupti & deprauati admodum mores fuere fœminarum, licentia earum nullis Lycurgi legibus repressâ. Quam morum peruersitatem in fœminis fugillans Aristoteles lib. 11. Politicorum cap. 9. ita ait : *ὄλλω τὴν πόλιν ὀνομοθέτης ἐστὶ βυλόμυθος καρτερικῶν, καὶ μὲν τοῖς ἀνδράσιν φανεροῦς ἐστὶ τοιοῦτος ὄν, ἑπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἄσημέλιος. Ζῶσι γὰρ ἀκολάσως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφεροῦς*, Id est, *Quum totam ciuitatem Legislator vellet duram & laborum patientem efficere, in viris quidem palam est, quod hæc consecutus sit. In mulieribus verò negligentior fuit. Viuunt enim dissolutè in quouis intemperantiæ genere, & delicatè.* Posteaq; inibi addit, aggressum quidem Lycurgum, emédare mores mulierum, verum illis obnitētibus destitisse. Cui tamen in eo non consentit Plutarchus : tamen & Plato lib. 1. de Legibus, exprobrari posse docet Lacedæmoniis *τὴν τῶν γυναικῶν ἀΐεσιν*. Hæc itaque quum ita essent, eò peruersitatis mores abierunt, vt etiam viris dominari fiducia opum suarum fretæ mulieres, non veritæ sint. Nam postquam diuitiæ honori esse cœperunt, ea, vtpote ad quas pleraque tandem patrimonia deuoluebântur, ita animos aduersum viros sumserunt, vt nec à Repub. abstinerint. Quæ item sunt apud Aristotelem, vbi dicuntur eo nomine *γυναικοκρατί-*

Fœminarū  
Lacedæmo-  
nicarum  
quanta mo-  
rum per-  
uersitas.



καταύδαροι Lacedaemonij. Qui & tandem addit: καὶ πολλὰ δε-  
κείτο τὰ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, Id est, Et omnino multa à  
fœminis administrabantur, quum Lacedaemonij rerum potiebantur. Vnde  
& Gorgo, quum obiiciebatur, solas Lacenas viris imperare, Re-  
spondit: & solæ viros parimus. Tanquã non dissimulans γυναι-  
κοκρατίαν; sed illam probans & laudi ducens. His itaque mori-  
bus, si emendator & censor Harmosynus institutus, prorsus id è  
re communi, & ex utilitate Reipub. fuisse apparet.

## CAPVT VIII.

## De Empeloris.

Sicut pauca tradita sunt de Harmosynis: ita & quales ij, qui  
Ἐμπέλωροι dicti fuerunt, magistratus apud Lacedaemonios, Empelori  
quis apud  
Lacedam.  
magistra-  
tus.  
nimio quam obscurum. Videntur tamen, sicut illi inspectores e-  
rant morum muliebrium: ita & hi, ne quid in foro indecenter  
vel iniquè fieret, aduertisse. Etenim circa forum eorum magi-  
stratum versatum intelligi potest ex interpretatione Hesychij.  
Exponitur enim ab eo ἀγορανόμος. Sic enim scribit, ἔμπέλωρος,  
ἀγορανόμος, λάκωνες. Vbi indicat omnino hunc Lacedaemonio-  
rum fuisse aliquem magistratum; sicut ἀγορανόμος apud Athe-  
nienfes, & ædiles apud Romanos. Itaque huius magistratus mu-  
nus videtur in eo situm, ne qui in foro versarentur, quibus id per-  
leges non liceret, vt iunioribus annis triginta & aliis. Deinde ne  
quid indecorè fieret, dum magistratus iuri dicundo vel aliis ne-  
gotiis publicis vacarent. Postremò rerum venalium in primis  
videntur inspectionem habuisse, videlicet ne venderentur alia  
quàm fas erat, nèue pretia rebus iniqua statuerentur, nec etiam  
pecunia recepta mutaretur & corrumperetur, ac tandem vt ar-  
cerent foro, prohiberentque eos commercii, quibus ius emen-  
di & vendendi publicè interdictum. Nam hæc omnia ad officia  
huius magistratus apud Lacedaemonios pertinuisse, si verè cum  
ἀγορανόμοις conuenit, existimandum est. Erant itaque hi ferè ta-  
les, quales in benè constitutis ciuitatibus, vt Vandalicis, Belgi-  
cis & aliis etiamnum hac tempestate creari magistratus solent,  
qui merces probatas certo pretio æstimant, prout æquum quo-  
que tempore visum. Ac tales magistratus requirit etiam in sua.

Quale mu-  
nus ipsorum  
fuerit.



Repub. Plato libro de legibus VI. Vbi quinq; eos numero creandos censet. Sed quot tamen fuerint Empelori apud Lacedæmonios non constat, nec item quomodo creari soliti sint. Nec nobis huius magistratus qui meminerit vllus alius ex veteribus auctor obseruatus præter Hesychium.

## CAPVT IX.

## De Pythiis.

Pythij magistratus  
vnde dicti.

Pythiorum  
munus.

Pythius aliquis  
semper fuit in  
Senatu.

Pythij à  
quibus creati.  
Pythij  
quos numero.

QVum nominis huius rationem quarimus, & qua ex causa Pythij dicti sint, indagare libet, occurrit facilè quo explicari possit. Nam aut à Pythio Apolline, aut à verbo *πιθύνεσθαι*, id deductum esse dicemus: quod est sciscitari & consulere, vtro modo dicatur, nominis ratio ipsum ostendit magistratus, seu maius sacerdotij huius, officium. Nam erat Pythiorum munus, vt ad Deorum oracula consulenda mitterentur, quum Respub. super aliqua re diuinum responsum desideraret. Ita enim Herodotus lib. VI. de iis scribit: *οἱ δὲ πύθιοι, εἰσὶ θεοῦ παρῶτος εἰς Δελφούς, σιτέομενοι μὲν τῶν βασιλέων τὰ δημόσια*, Id est, *Pythij sunt Deorum consultores, ad Delphos miti soliti, qui publicè cum Regibus cibum capiunt.* Xenophon vocat etiam eos *σοσιλώνους* seu *Regum contubernales*. sicut Cicero lib. I. de Diuinatione, Pythium assessorè Regum vocat, inquit: *Lacedæmonij Regibus suis augurem assessorem dederunt.* Nam Auguris nomine Pythius hic intelligendus est. Erat & in Senatu semper Pythius aliquis, vt eodem loco orator testatur. Sic enim addit: *Itémque Senibus* (sic enim consilium publicum appellant) *Augurem interesse voluerunt.* Qui itidem intelligendus Pythius, sicut superior. Herodotus scribit hosce à Regibus ipsis creari solitos. Quod consentaneum, quia vaticinia Regibus commissa. Erant autè Pythij quatuor. Nā Reges scribit, *πιθίας αἰρέσθαι δύο ἐκάτερον*, Id est, *utrinque duos eligere Pythios.* Et Xenophon idem scriptum reliquit, inquit: *ἔδωκε δὲ αὐτῷ σοσιλώνους δύο ἐκάτερον προσελέσθαι, οἱ δὲ καὶ πύθιοι καλεῖνται*, Id est, *Legislator utrique Regum permisit duos legere contubernales, qui Pythij vocantur.* Vt idcirco talem aliquam distributionem eorum fuisse conicere liceat: Affuisse videlicet semper vnum aliquem utrique Regi, vnum Senatui, quartum ferè occupatum circa oracula. Neque enim, quod



quod Herodotus sensisse videtur, Delphos tantum mittebantur Pythij: sed etiam ad Iouem Ammonem, & Dodonæum. Nam hos cōsuluisse Lacedæmonios eodem loco testis Cicero: *Iidem- que* (inquit) *de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut à Dodona patebant.* Et quidem Ioui Ammoni gratam fuisse Lacedæmoniorum *Εὐφημίαν*, quam *Εὐχὴν* seu *precationem* eorum Plato interpretatur, ad eò vt hinc felicitas eorum exiret in bellis, scribit idem Alcibiade II. Erat autem ipsorum precatio solemnis talis, qua rogabāt Deos, vt honesta bonis addendo cumularent. Qua de re plura ibi Philoſophus, & nos aliquid infrā dicemus.

## CAPVT X.

## De Proxenis.

**P**roxenorum magistratus etiam, sicut reliquorum serè omnium, nomen ab officio manauit. Sunt enim ideo dicti *προξένοι*, quòd hospitum curā gererēt, qui *ξένοι* Græcis sunt. Quamquam *ξένοι* Lacedæmonii hostes essent, vt testatur Herodotus. Quorū imitatione Festus ait, *Hostis veterem significationē apud Latinos fuisse usuratam.* Itaq; *προξένοι* tanquā peregrinis & hospitibus prapōiti. Hefychius ita eos describit: *προξένοι, οἱ προσάται τῶν ξένων, ὅτι ἐπιμελεῖσθαι τὰς ξένας ὑποδέχονται.* Id est, Proxeni, presides curā hospitum gerentes, aut hospites excipientes. Idē serè apud Suidā est. Nā inquit; *προξένος ἐκλεῖν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχασθαι τὰς ξένας ἐξ ἀλλων πόλεων ἡκόντας.* Proxenos vocabāt ordinatos ad hospites excipiendos venientes ab alijs urbibus. Creabātur Proxeni apud Lacedæmonios à Regibus ipsis, legebanturq; ad hoc muneris ex ciuibus quos illi volebant. Nā ita de Regibus scribit Herodotus in VI. *προξένος δὲ ποδηνύου τέτοισι προσκείσθαι τὴν ἀνέδλωσι τῶν ἀσῶν.* Id est, *is attributum fuisse ex ciuibus Proxenos creare quos vellent.* Quod in primis ita fieri conueniebat. Nam quum legatis ad Reges primum accedendum esset, & horum præter aliorum hospitum præcipuè cura esset Proxenis cōmissa, meritiò Reges sibi eos designabant, quorum opera hac in re vterentur. Erat itaq; Proxenorū officium, seu ipsa *προξενία*, vt quodammodo ex iam dictis intelligi potest, in his sita.



Proxenorū  
officiū.

Proxenorū  
aliud ge-  
nus.

Primum vt hospites publicè aduenientes exciperent, & de diuerforiis prospicerent. Deinde eorum etiam vt curam agerent, dum ibi degerent. Quamuis non dubitem etiam proxenos Lacedæmoniorum in hoc quoque incubuisse, vt viderent ne quid contagij à peregrinis in Rempub. penetraret, quod mores & disciplinam benè constitutam labefactaret. Id enim mali vix ciuitati poterit, commeantibus in urbem aliquam frequentibus peregrinis, nisi quibusdam magistratibus peculiariter hæc cura demandetur. Cæterum fuere præter huiusmodi Proxenos, quales hi erant Lacedæmoniorum, alij item Proxeni dicti; sed an etiam Lacedæmone non satis habeo vt affirmare auisim. Ij tales ferè erant. In magnis ciuitatibus quidam aliis ciuitatibus publicè quasi hospites & procuratores erant, omnium eorum curam gerentes, qui inde venerant, vt honorificè reciperètur: prouidentes etiam quo pacto ad populum introducerentur, & sedes in Theatris consequerentur. Ita enim ferè Pollux, cuius hæc verba: ὁ μὲν προσξενος, ὅταν πόλειως δημοσία προσξενῆ τις, ἐν ἄλλῃ πόλει ὄν, ὡς ὑποδοχῆς τῆς ἐκείθεν φροντίζειν, καὶ προσόδου τῆς πρὸς τὸν δῆμον, καὶ ἔδρας ἐν τῷ θεάτρῳ. Talis fuit Polydamas Lacedæmoniiis in Thesfalia, vt est apud Xenophontem lib. VI. Sed tales Proxeni, vt dixi, an aliqui fuerint apud Lacedæmonios non constat, etsi fuisse verifimilius est. Nam reperio fuisse priuatim multos, quibus cū Lacedæmoniiis ius hospitij erat, sicut Pericli cum Archidamo & aliis. Qua de re non hic dicendi locus.

## CAPVT XI.

## De Prodicto.

Prodictus  
vnde di-  
ctus.

Prodictus  
quis fuerit  
apud La-  
cedæmo-  
nias.

Prodictus exponitur ab Hesychio *συνήγορος*, Id est, Patronus. Sonat autem quasi ius alterius nomine defendens, vel alterius ius vsurpans, eaque significatione vulgò accipitur. Sed Lacedæmonij aliter nomine hoc vsi. Nam quum *ὑπίτροπος* in genere tutor vocetur: apud Lacedæmonios tamen *προδικος* tutor Regi datus dicebatur. Vnde Hesychius *προδικαῖν* etiam exponit *ὑπίτροπον*. Plutarchus itaque in Lycurgo Prodictos Lacedæmoniorum rectè describit, inquit: *τοὺς τῆς ὀρφανῶν βασιλείων ὑπίτροπους λακεδαιμόνιοι προδικούς ἀνόμαζον*, Id est, Regum pupillorum

rum



rum tutores Lacedemonij Prodicos appellabant. Talis fuit Lycurgus Charilao fratris filio, vt est apud Plutarchum in Lycurgo. Idemque munus gessit Pausanias impubere adhuc Leonida, vt est apud Thucydidem in I. Nec non Aristodemus item Agelipolidis pueri tutelæ ita præpositus fuit, vt est apud Xenophontem lib. iv. Hellenicon. Magnam autem fuisse hanc tutoriam dignitatem, vel solius Pausaniæ exemplo patet. Qui quòd tutorem Regis ageret, etsi leges multis modis transgressus, insuperque prodicionis suspectus esset, pœnas tamen in hoc officio constitutus euasit, nemine audente vel accusare vel damnare, vt est apud Thucydidem. Munus autè eius magistrarus in his præcipuè versabatur, vt res pupilli Regis tueretur, & ipsius educationi cõfuleret. In primis autè munus Regiû Prodicus pupilli sui nomine administrabat, ita vt, tùm alia, tùm etiã bella gereret, quæ pupillo si adultæ ætatis foret, iniuncta fuissent. Ita Pausanias tutorio nomine bellû Medicû aduersus Mardoniû confecit, potitus memorabili illa victoria ad Platæas, vnde salus extitit totius Græciæ. Vt nihil dicã de Aristodemo, qui aduersus Thebanos eorûq; socios itidem tutorio nomine rem gessit. Legebantur autè ad hoc munus Prodicti, proximi agnati Regum pupillorum, quibus regnum debebatur morte pupilli, vt quorum esset emolumentum spes, iisdem & onus incumberet. Quod exemplis superioribus apparet, in quo hoc vel maximè est admirandum, quod quum Prodicus omnia in potestate haberet, nullus ferè tamen eo munere fungens inuentus, qui pupillo suo insidias struxerit, vel ius suum ei interuertere conatus sit. Quod ad eò verum, vt Lycurgus, quum iam octo menses Rex fuisset, sponte se abdicarit, nato ex fratre filio postumo, cuius regnum erat. Nec passus est à matre nuptias & regnum offerente, & filio necem parante, nefario scelere sibi id tradi: sed pupillo superstiti regnum insigni iusticiæ exemplo conseruauit.

## CAPVT XII.

## De Pædonomis.

Pædonomi, seu pueris instituendis & regendis præfecti, etiam publicum officium gerebant. Neque enim Lacedæmonij, vt reliqui Græci mercenarios, vel emittios seruos, ad pueros suos

*Prodicti, siue, Tutorie dignitatis quantæ auctoritas.*

*Prodicti quale munus.*

*Prodictus vnde eligitur.*

*Lycurgus se natus ex fratre posthumo sponte abdicauit.*

*Pædonomi magistratus publici.*



Vnde le-  
gebantur  
pædonomi.

instituendos adhibebant; sed publici quidam erant horum magistri. Itaque Hesychius ait; παιδονόμος, ἀρχὴ τῆς παιδαγωγίας. Legebantur hi magistratus ex optimis quibusque viris, & quorum essent spectati mores. Quod Plutarchus Lycurgo docuit: παιδονόμος (inquit) ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐτίθητο. Id est, Pædonomus ex honestis & bonis viris creabatur. Quin Xenophon scribit, Pædonomos fuisse ex iis quorum erat maximos magistratus gerere. Ita enim ait: Λυκούργος ἀπὸ μὲν τῶν ἰδίων ἐκείνοις παιδαγωγῶν δουλοῖς ἐφιστάμενος, ἀνδρῶν ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧν περ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται, ὅς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. Id est, Lycurgus pro eo, quod alij seorsum singulis pædagogos seruos præficiunt, virum eis præesse voluit ex eorum numero, vnde magistratus maximus petuntur, qui vocatur pædonomus. Constat autem magistratum maximum ex virtute conferri:

Quos esset  
pædonomi.

itaque eadem ratio pædonomos creandi. Actalis quidem pædonomus vnus summus fuit, cui tamen suberant ex ipsis pueris prouectioribus lecti alij, tanquam inferiores pædonomi, qui tot erant, quot puerorum ἀγέλαι seu classes. Nam cuique classi vnus præficebatur, qui visus callidior & animosior reliquis. Plutarchus loco suprâ indicato: ἀρχοντα αὐτοῖς παρεῖπε τῆς ἀγέλης, τὸν τῶν φρονεῖν διαφείροντα καὶ θυμοειδέστατον ἐν τῇ μάχῃ, Id est, Horum (puerorum) cohorti cuiuslibet præfectum dedit eum, ingenio qui præcelleret, & in pugnis animosissimus erat. Xenophon scribit, τῆς ἴλης ἐκείνης τὸν τοῦ πατρὸς ἀρρένων (forte εἰρένων) ἀρχεῖν. Id est, cuiuslibet alæ acerrimum quemque euenum imperare. Inuenio autem apud Hesychium hunc puerum dictum βουάρορα. Ita enim in Lexico suo scribit: βουάρορα ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἀρχὼν παῖς, λακωνεύς. Itaq; hinc fiebat, vt pueri nunquam sine præceptore & monitore essent. Et quidem vt eò magis hac in parte consultum esset, cuiuslibet vitorum potestas erat eos reprehendendi, & monendi, tanquam communes essent omnium patres, & liberi communes.

βουάρορα  
apud Laced.  
quis dicitur  
esse.

Pueri ad  
Pædonomum  
quoto  
anno duce-  
bantur.  
Pueri vnâ  
educati nō  
priuatim à  
parentibus  
singulis.

Quod vterq; scriptor iam nominatus etiam testatur. Ceterum ad pædonomum septennes pueri ducebantur, ac statim in classes distributi cum aliis, vnâ cibum capiebant, & colludentes exercebantur. Nam ita legitima pueros educandi ratio exigebat, vt vnâ degerent, nec parentes poterant priuatim apud se eos alere vel instituere. Plutarchus Lycurgo: οὐδὲ δὲ μὴ ἐκείνῳ τρέφειν.

φειν.



φειν, οὐδὲ παρδύειν ὡς ἐβούλετο τὸν υἱὸν, ἀλλὰ πάντας δούλους ἐπίταετεις  
 ἡροιδόμους ἀδελφαιβαίων αὐτὸς (ὁ παρδονόμος) εἰς ἀγέλας κατελόγι-  
 ζε, καὶ πυνόμοις ποιῶν καὶ σωτῆροισι, μὴτ' ἀλλήλων εἰδιζε συμπαίζην  
 καὶ σχολάζειν, Id est, Non poterat quisquam pro arbitrio suo alere vel  
 instituere filium: sed omnes ut septimum annum excefferunt centuriavit  
 ipse (pædonomus) in classes, parique libertate, ὑπόque contubernio collu-  
 dere inter se, & studiis vacare docuit. Ac fuit hæc institutio admo-  
 dum rigida & seucra, cùmque dura castigatione coniuncta. Puerorum  
 institutio  
 rigida &  
 seuera.  
 Nam Xenophon addit de pædonomo ita inquit: τὸν κλέιον  
 ἐτίθεισε καὶ ἀθεοίζειν τοῖς παῖδας, καὶ ὀπισθοποιῶντα εἰπε βαδισυρροῖν,  
 ἰχυρῆς κολάζειν. ἔδωκεν αὐτῷ καὶ τὸ ἠβώντων μασηφόροισι, ὅπως τιμα-  
 εσίην ὅτι δέος, Id est, Penes hunc (pædonomum) esse voluit &  
 conuocare pueros, & si quem inspexisset negligentius viuere, in eum  
 grauiter animaduertere. Eidemque ex Ephēbis quosdam qui flagella ge-  
 starent adiunxit, ut quum res posceret pœnas eis irrogarent. Talis itaque  
 pædonomorum magistratus.

## CAPVT XIII.

## De Harmostis.

**H**armostæ nomen ab eadem origine est, vnde Harmosyni,  
 videlicet à verbo ἀρμόττω vel ἀρμόζω, ut suprâ diximus;  
 et si officij ratio longè diuersa. In Glossis exponitur ἀρμοστὴς apta-  
 tor: possumus & moderatorem dicere. Rationem nominis red-  
 dit Vlpianus, Scholiastes Demosthenis in orationē contra Le-  
 ptinein. Ita enim de iis scribens inquit: ἐνάλην ἢ αὐτοῖς ἔπει, ὅτι τὸ  
 ἀρμόζην τὰ ἠθῆ καὶ πολιτῶν τοῖς τὸν λακεδαιμονίων, Id est, Harmostis vo-  
 cabant, quod ciuium, quibus præerant, mores ad Lacedæmoniorū conforma-  
 rēt. Quod de prouincialib. harmostis tamen intelligendū. Nam  
 inuenio Harmostarū duo genera, vnū urbanū, alterū externum. Harmosta  
 qui est vn-  
 de dicti.  
 Urbanū Harmosten cōfert Halicarnassens cū Dictatore Roma-  
 no: qui tū (vt ait) crebatur, quoties Leges aut non satis tuebātur  
 iusticiam: aut qui magistratus & curationes Reipub. gerebant, ij  
 opē ferre legibus non poterant: aut quū tempus multa innouās,  
 amplecti cogeret instituta nō tam optima, q̄ ad præsentē rerum  
 statū accommodatissima, nō solū improuisis casuū aduerfitatibus,  
Harmosta  
 vni duo  
 gener. a.  
 Harmost  
 urbanus,  
 quis sue it  
 est cur ele-  
 ctus.



verum etiam in immodicis prosperitatibus, quæ bonâ Reipub. constitutionem corrumpent, celeremque ex vnius arbitrio correctionem postulant. Tum enim necesse erat Regias & tyrannicas potestates in medium proferre, cōuelatas honestioribus vocabulis. Tales Theſſali ἀρχαῖς, Lacedæmonij ἀρμοστῆς vocabant. Verebantur enim Reges & tyrannos nominare. Ad hunc modum ille. Iraque hîc auctor est, huiusmodi Harmostas etiam apud Lacedæmonios fuisse. Ac talis videtur factus Agesilaus, quum perplexa Respub. & consilij anceps ei legum potestatem faceret, ac vt de pœna Trelantum, quæ cum magno periculo publicæ salutis coniuncta erat, ille solus suo arbitrio decerneret, iussit. Atque hanc potestatem affectauit Agis, quum Rempub. ad leges Lycurgi restituere conaretur. Nam quum nouas tabulas & alia introducere vellet, eam tyrannidis mercedem appetere ipsum criminabantur. Vtrumque horum apud

*Harmosta  
externi qui*

Plutarchum. At Harmostæ externi erant, qui ad prouincias regendas mittebantur, aut victis ciuitatibus cum imperio præficiantur. Harpocraton: ἀρμοστῆς οἱ ὑπὸ λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπὸ ἰκόνους πόλεις ἀρχόντες ἀπεμπέμμενοι, Id est, Harmostæ sunt qui ad subiectas ciuitates à Lacedæmonijs mittebantur magistratus. Eodémque ferè modo Suidas. Hesychio dicuntur etiam ἀρμοστῆρες. Regebant autem Lacedæmonij, vt docet Plutarchus in Lysandro, & alij multi, ita prouincias & ciuitates, vt eas quidem liberas relinquerent; sed ad politiæ formam tamen aduocarent Aristocraticam, instituta decarchia, cui ex suis Harmostem tanquam Ducem præposuerunt. Perinde ferè vt Romani in municipiis passim Decuriones crearunt, & prouinciis suis proconsules aut propratores dabant. Sed enim uero & sociæ ciuitates quandoque Duces à Lacedæmonijs spontè petebant, quos etiam Harmostas seu σωφρο-

*Harmosta  
dati à La-  
cedæmonio  
sociis ciuita-  
tibus.*

νιστῆς vocarunt. Tanta de ipsorum uirtute apud omnes excitata opinio. Qua de re præclare Plutarchus in uita Lycurgi circa finem, ubi in hæc ferè uerba scribit: *Lacedæmonij non obedientiam, sed desiderium infundebant alijs ipsos sequendi & obtemperandi. Nempe postulabant per legatos ab ipsis non classem, non pecuniam, non copias: sed unum Spartiatam ducem. Quem nacti utebantur eo cum honore & metu. Ita Gylippo Siculi ὤσι, Brasida Chalcidenses, Lysandro, Callicratida, Agesilao,*



filio, omnes qui *Asiam* incolabant, appellantes illos *Harmostas* & *Sophronistas*, Id est, Rectores & moderatores populorum & magistratum. *Ceterum* semper civitatem *Lacedamoniorum* seu magistratum vel præceptoricem honestæ vitæ & compositæ Reipub. respiciebant. Hæc ille. Sed quum priores *Harmostæ* incerti temporis essent, posteriorum qui provinciales fuerunt, videtur fuisse magistratus in annum spacium lege constitutus. Id quod docere voluisse existimo *Xenophontem* lib. III. quum scribit, *Dercyllidæ*, exacto anno, in sequentem prorogatum fuisse imperium. Ac *Harmostas* habuisse exercitum, præsertim si provinciæ civitatesque in propinquo hostes haberet, *Thimbronis*, ac dicti *Dercyllidæ* exemplis, ut alia ferè infinita omittam, manifestum est. Porro id peculiariter de *Harmostis* notandum, quod qui mitteretur ad *Insulam Lacedæmoniorum Cythera*, diceretur proprio suo nomine *κυνεστίνης*. Ita enim *Hesychius*: *κυνεστίνης ἀρχὴ τῆς Ξερινῆς* *κυνεστίνης* *ἡ ἡγεμονία τῆς ἐν τῇ Ἰνσουλῇ τῆς Λακεδαιμονίας*. Nam ad ius dicendum, iis qui hanc insulam inhabitabant, magistratus hic quotannis mitebatur. Ea itaque *Ξερινῆ* illa *Hesychij*.

*Harmosta*  
rum annu-  
us magi-  
stratus.

*Harmoste*  
habuerunt  
exercitum.

*κυνεστίνης*  
quis di-  
ctus.

## CAPVT XIV.

*De officiis quibusdam militaribus, quatenus res urbanas administrarunt.*

PRÆTER magistratus iam explicatos, erant quidem alij militares dicti, quorum tamen aliqui, non solum belli muneribus vacabant: sed domi creati, inibi etiam officij sui aliquam partem exercebant. Hi erant *Hippagretæ*, & *Polemarchi*, de quibus paucis restat nobis dicendum. Et primum quidem de *Polemarchis*, qui & digniores.

*Magistra-*  
tuum alio-  
rum quorun-  
dam domi  
militariæque  
nomina.  
*Polemarchi*  
qui.

Fuerunt enim *Polemarchi* Regum per omnia quasi administri & vicarij. Sed eorum, quæ domi egerunt, præcipuum hoc fuisse obseruavi, ut tum moribus urbanis, tum etiam *Syffitiis* præessent, atque mitterent absentibus portionem quæ debebatur, si legitima ex causa non præsto essent. Quod tum licebat, si quis venatui operam dedisset, aut sacrificasset. Qui aliam temerè *Syffitiis* abfuisset, multabatur. Quæ discimus ex *Plutarcho* in *Lycurgo*, ubi de *Agide* hæc refert. Quum reuersus Rex

*Pol mar-*  
chiarum mu-  
nus domi.

*Syffitiis*  
abesse qui-  
bus de cau-  
sa licuerit.



Agis bello, quo Athenienses deuicerat, apud uxorem uellet cœnare, portionem postulanti non miserunt Polemarchi; cui, quod postridie solemnia sacra offensus non fecisset, Ephori multam dixere. Sed & alia multa iis commissa, quæ ad bellum pertinebant, ut arma publica, exercitia bellica, & alia: De quibus tamen nihil ferè ab auctoribus traditum.

Polemarchorum munia publica. Hippagretæ qui & uide sunt dicti.

Cæterum Hippagretæ, qui ἰππαγρέται etiam dicti, sicut apud Creteneses, quum habeant quidem nomen ab equis colligendis: equis tamen apud Lacedæmonios carebant, ut testatur Strabo. Quare & Hesychius eos à præfectura grauis armaturæ militum definit. Scribit enim sic: ἰππαγρέται ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ἐπιλέκτων ὀπλιτῶν. Id est, Hippagretæ magistratus delectus armatis præfectus. Erant autem Hippagretæ numero tres, qui legebantur ab Ephoris ex iis, qui virilem & adultam ætatem attigerant. Xenophon; αἰεθῶνται οἱ ἐφοροὶ ἐπὶ τῶν ἀκμῶν ζήτων τρεῖς ἀνδρας. οὗτοι δὲ ἰππαγρέται καλοῦνται. Præfecti hi fuere trecentis illis qui in ciuitate optimi habebantur, quos & hi quidem legebant, alium alij præferentes, addita censuræ suæ ratione. Vnde illi λογάδες dicti Herodoto. Quare & Xenophon de iis loquens superioribus hæc adiungit: τοῦτων ἑκατὸς ἀνδρας ἕκατον καταλέγει, δεσποφωίτων ὅπου ἐνεκα τῆς μὲν ἀρετῆς, τοὺς δὲ δοδοκιμάζει. Id est, Horum (Hippagretarum) quilibet centum viros legit, edisserens qua de causa, alios quidem in hoc honore præfert, alios repudiat. Vnde virtutis, ut idem ait, magna æmulatio extitit, quod quilibet in hoc numero censeret cuperet. Nam hic primus honoris gradus in ciuitate erat, ut scribit in apophthegmatis Plutarchus. De quibus intelligendum illud Pædareti scitum. Nam quum non allectus esset inter trecentos, hilaris ac renidens discessit. Reuocatus autem ab Ephoris, quum rogaretur, qua de causa risisset, Respondit: congratulor, inquiens, ciuitati, quod habeat trecentos ciues me meliores & præstantiores. Atque hi fortean etiam domi Regi operam dabāt, cùmque obseruabant. Nam in bello hos fuisse qui Regem semper stiparunt, infra dicemus. Et qui cum Leonida præfecti trecenti ad angustias Thermopylarum contra Persas obstruendas, mihi per suadeo etiam fuisse huius ordinis. Ab his deductus etiam Sparta honoris causa Themistocles, ut scribit Herodotus lib. vi. i. Sed & quod Herodotus & Hesychius meminere quorundam, qui dicti

Hippagretæ quot essent numero.

Quibus præfelli.

Trecenti viri ab Hippagretis lecti primus honoris gradus Lacedæmone. Pædareti scitum dictura.

cti



ἄγαθοεργοὶ quasi benefactores, vel re bene gesta emeriti, eos Ἀγαθοεργοὶ  
qui dicti  
sunt. existimo huc etiam pertinere. Quos describit Hesy chius, vt iam Herodotum prætermittamus, in hunc modum, inquit: ἄγαθοεργοὶ οἱ ἐκ τῆς ἰππέων ἑξίοντες πέντε ἐκάστου ἔτους, Id est, Agathoergi dicti qui ex equitum ordine egressi sunt, quotannis quini. Nam hunc ordinem, equitum nomine ab eo intelligi existimo, et si equis carebant, vt supra ex Strabone retulimus. Sed de his aliquid infra. Atque hæc nobis de magistratibus iam sint dicta.

DE REPUBLICA  
 LACEDÆMONIORVM  
 LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

*De Legibus seu institutis in genere.*

**T**ERTIVS hic liber dabitur Legibus Lacedæmoniorum, de quibus eò difficilioris operæ nobis videtur scribere, quòd ipsi scribi eas noluerint. Faciendum tamen, quandoquidem magistratus declarauimus, vt eis etiam leges suas tribuamus, quibus Rempub. gubernârint. Nam sine legibus magistratus munus nomen inane erit, nec quæ officij ratio satis intelligi poterit. Sed quum nullum extiterit hucusque corpus istarum legum, nec quisquam eas in tabulas digesserit, & tamen multis multæ earum laudatæ, visum nobis quas sparsim inuentas, & hinc inde collectas habuimus, in hunc quasi pandecten conferre, ex auctoritate veterum scriptorum addita earundem breui explicatione. Quod vt ordine fiat, distribuamus eas in duodecim quasi tabulas, ita vt qualibet Leges inter se quodammodo consentaneas, & eodem pertinētes comprehendat. Sed tabulas singulatim postea promulgabimus, dicturi prius hoc capite de iis, quæ nobis ad vniuersas facere videbuntur.

Existimamus autem quatuor esse, quæ potissimum de iis consideranda sunt, videlicet, à quo datæ & latæ sint istæ leges, ex

*Lacedæmonij Leges suas scribi noluerunt.*

*Sine legibus Magistratus nomen inane.*

*Lacedæmoniorum leges in duodecim tabulas distribuitur.*

*In legibus Lacedæmoniorum quatuor eò consideranda in genere.*



quibus fontibus petite, quales eæ fuerint, & quanta denique earum auctoritas. De quibus ordine videbimus.

1. *Quæ autem*  
107.  
*Lycurgus*  
*quis fuerit.*

Ac primò quidem auctorem harum legum, Lycurgum fuisse Lacedæmonium, Regiæ stirpis virum, Euonomi videlicet Regis filium, nullus non veterum scriptorum, tam sacrorum, quam profanorum, qui huius meminerunt, agnoscit. Nam & reliqua Reipub. constitutio ei tribuitur: & νομοθεσία seu legum ipsarum latio in primis illius fuisse perhibetur. Ante cum verò Regum arbitria pro legibus erant. Itaque sæpè motus, sæpè seditiones excitatæ, vt pessimè sit administrata Respub. quemadmodù testatur Herodotus. Ac quidem quum in tali statu fluctuaret Lacedæmonij, ex peregrinatione accersitus est Lycurgus, vt Rempub. capesseret, Regibus ipsis minimè aduersantibus. Acquisierat enim iam per magnam sapientiæ gloriam, ita vt etiam oraculi Delphici testimonio, Deo gratus, Deusque hoc nomine sit declaratus. Cuius oraculi meminere Plutarchus & alij, extatq; apud Herodotum lib. i. his versibus scriptum.

*De Lycurgo*  
*Oraculum.*

Ἡγεῖς ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πύονα νηδὸν  
Ζωὶ φίλος, καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δάματ' ἔχουσι.  
Δίξω ἢ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ καὶ ἀνδρα,  
Ἀλλ' ἐπὶ καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.

Quæ ita reddidit interpres.

*Ad mea venisti præpinguia templa Lycurge,  
Grate Ioui & cunctis, qui templa tuentur Olympi.  
Ambigo, vaticinor sis verum, vir ne, Deus ne:  
Sed multò magis esse Deum te, credo Lycurge.*

Hoc ornatus elogio, & quasi Lacedæmoniis commendatus domum rediit, & ad Rempub. accessit. Ac primùm de consilio constituendi Rempub. priuatim cum amicis communicat. Deinde adiunctis sibi ciuitatis primoribus triginta, forum armatis septum occupat, ratus ad grauem & diuturnum morbum, violento opus remedio. Quumque iam Respub. ei potestatem permisisset, νομοθεσίαν suã felici auspicio inchoat, instituto primùm Senatu, post redactos in ordinem Reges, deinde reliquis magistratibus. Quæ omnia sunt apud Herodotum, & Plutarchum in vita Lycurgi: & præter eos meminere Plato, Aristoteles, Xenophon,



phon, Isocrates & plurimi alij, vt ex multis eorum locis patet, quos partim infra adiecimus, partim superius adscripsimus. Facta est autem hæc Lycurgi νομοθεσία annis centum quinquaginta ante Olympiadum initium. Ita enim scribit Clem. Alex. lib. 1. Strom. λυκούργος δὲ μετὰ πολλὰ τῆς ἰλίου ἀλώσεως γεγονώς ἔτι, πρὸ ἡδ' ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑξαπεν πενήκοντα νομοθετεῖ λακεδαιμονίῳς. Id est, *Lycurgus natus annis multis post Ilij excidium, ante olympiadum initium annis centum quinquaginta Lacedæmonis leges tulit.* Quod ille postea eodem libro aliquatenus explicans, scribit ex Dieuchida, viguisse Lycurgum circa ceteresimum nonagesimum annum ab Ilij excidio. Hoc itaque initium legum Spartanarum. Cæterum non solus Lycurgus omnes, quibus Respub. vsa est, leges tulit: sed accessere multæ aliæ. Nam post eum, vt quique ad Rempub. emendandam adierunt, veteribus Rhætris seu legibus suas addiderunt De Regibus minimè hoc dubium. Nam Polydorus & Theopompus, vt scribit Plutarchus Lycurgo, hanc sanxerunt legem: Quæ præuè populus rogassit, ea Senatui Regibusque retractandi ius esto. Locus Græcè superius à nobis adscriptus est. Ita Agis, ita Cleomenes nouas Rhætras seu leges suas ad populum ferre conati sũnt, vt est apud Plutarchum in eorũ vita. Sed & Ephori aliquando etiam Rhætras aliquas populo sciscitante promulgarunt. Nam Epiradeus Ephorus legem de fortibus alienandis tulit, cuius infra mentionem facimus. De Harmostis qui instar Dictatorum erant, quod & illi potestatem legum habuerint, ex iis quæ supra de Agesilao retulimus notum esse opinor. Ac videtur ipse Lycurgus non dissimilis dictatoris fuisse, quum munus Legislatoris obiret. Itaque quatuor reuera auctores omnium legum Spartanarum, Lycurgus primus Legislator, Reges, Ephori, & Harmostæ. Præcipuus tamen & princeps Lycurgus; omnium legum ac institutorum ferè pater. Nec de aliis quicquam inuenio.

Deinceps dicamus, vnde leges suas petierit Lycurgus. Ac primum in Cretam eũ nauigasse, ac ibi leges Minois didicisse scribunt. Herodotus ait hoc ipsos Lacedæmonios fateri, quum inquit: ὡς δ' αὐτοὶ λακεδαιμόνιοι λέγουσι, λυκούργον ὅππῃ εἰσάσαντα λέωβώτῳ, ἀδελφιδέῳ ἑαυτῶ, βασιλεύοντος δ' ἀσπρηντέων, ἐκ κρήτης

G

Lycurgi νομοθεσία quando sit facta.

Leges Lacedæmoniorum non solus Lycurgus condidit, sed alij a ius adiecere. Reges etiã Lacedæmonis leges sanxere.

Itẽ Ephori.

Item Harmoste.

Legũ Spartanarum quatuor auctores.

2. Vnde petita Leges Lacedæmoniorum à Lycurgo. 1. A Cretensibus.



ἀγαγέσθαι ταῦτα, Id est, *Ipsi Lacedæmonij volunt Lycurgum, quum esset tutor & idem patruus Leobotæ Spartiarum Regis, è Creta hæc attulisse.* Sed quem Leobotem vocat Herodotus Lycurgi pupillum, alij rectius Charilaum dicunt. De Lycurgò idem testatur Plato lib. II. de legibus, vbi & hoc addit, Cretam & Lacedæmonem vti ἀδελφοῖς νόμοις seu fraternis legibus. Quod tùm alibi, tùm in Minoc, & libris de Repub. repetit. Sed copiosius persequitur hanc rem Aristoteles lib. II. cap. x. Qui demonstrat item in multis, vtranque conuenire Rempub. Quod Strabo etiam lib. x. prolixè facit, ac præterea historiam Lycurgi etiam refert, quæ ex his auctoribus deprompta luculentissimè à Plutarcho exponitur in eius vita. Habuit autem in Creta Lycurgus doctorem Thaletem poetam Lyricum, qui leges condebat, à quo didicit modum legum Rhadamanthi & Minois. Quem etiam ad sedandos Reipub. motus postea Spartam misit, interim dum ille peregrinaretur, vt testantur Strabo & Plutarchus. Deinde ab Ægyptiis etiam multa habuit Lycurgus. Ibi enim percipiens bellatores à reliquis corporibus diremtos, cum morem postea ad Lacedæmonios transtulit, segregans & abducens eos à sordidis & illiberalibus operis, vt scribit Plutarchus. Isocrates autem laudatione Busiridis, multa alia ab Ægyptiis accepta refert. Quem luculentissimum eius locum integrum huc adiicere visum est. Nam scribens adeò excellere Ægyptiorum Rempub. vt Philosophi qui de hac re disputant, eam cæteris anteponan, postea hæc addit; καὶ λακεδαίμονιους, μέγες π' ἴδ' ἐπέιδεν μισομήτοισι, ἀείσει διοικεῖν τὴν αὐτῆς πόλιν. καὶ γὰρ τὸ μηδένα ἴδ' μαχόμεον ἀνδρὶ τίς ἴδ' ἀρχόντων γνώμης δόποθ' ἰμεῖν, καὶ τὰ σοσῖπα, καὶ τὴν ἴδ' σωματῶν ἀσκησιν' ἐπὶ δὲ τὸ μηδενὸς ἴδ' ἀναγκαίων δπορουῶτας ἴδ' κοινῶν ποροσγμάτων ἐκ ἀμελεῖν' μήδ' ἔπι τῆς ἀλλοῦς τέχναις διατρέχειν, ἀλλὰ τοῖς ὀπλοῖς καὶ ταῖς στρατείαις ποροσχεῖν τὸν νοῦν, ἐπέιδεν ἀπαντα ταῦτα εἰλήφασι, Id est, *Lacedæmonios partem eorum imitatos, optimè Rempub. suam administrare. Nam vt militum nemo sine magistratuum venia peregrè abeat, & Syssitia, ac corporum exercitationem, prætereaque ne inopia rerum necessariorum coacti publica edicta negligant, aut aliis artibus occupentur, sed omne studium in armis & expeditionibus occupent, ab Ægyptiis hæc omnia petita sunt.* Sic Strabo quoque lib. x. testatur, Lycurgum

2. Ab Ægyptiis.



gum in Ægyptum commisse, & eorum instituta percepisse. Sed & in Ioniam transiisse fertur Lycurgus, ut Creticam austeritatem & tenuitatem, cum Ionico luxu & affluentia compararet. Ibi autem nactus Homeri poemata, ut sentit Plutarchus, que apud Cleophili posteros seruabantur, ea descripsit, ac in Græciam asportata euulgauit, quum antea rara quædam fragmenta eorum extarent. Obseruauit enim in iis contineri non solum oblectationem: sed ciuilem in primis prudentiam & eruditionem. Quamuis Strabo auctor est ipsum Lycurgum, uoluisse nonnullos, cum uiuo Homero in Chio insula congressum, consentiente etiam Cicerone Tusculana v. Quod quidem si ita est, potuit ab eo uiuo etiam poemata ista obtinuisse, & complura ad institutum suum pertinentia impetrasse. Itaque poemata Homeri sæpe laudata sunt à Lacedæmoniis, quod tamen instituto fiebat Ionico, non Laconico, ut scribit Plato lib. iiii. de Legibus. Fuitque beneficium hoc Lycurgi, tum in Spartanam Rempub. tum in omnes literatos permagnum, quod conseruari nobis Homerus. Præter has peregrinationes, ait Aristocrates Lacedæmonius, Lycurgum etiam Africam & Hispaniam iustrasse, Indiâque emensum, ubi ei usus fuerit cum Gymnosophistis. Sed hæc ait Plutarchus solum tradere Aristocratem, ut de eo subdubitare videatur. Id uerò apud omnes in confesso est, Oraculû Delphicum plurimum ad hanc nomothesian contulisse, siue Pythia Lycurgo exposuerit instituta, quæ Spartanis tradidit, ut sensisse quosdam scribit Herodotus in i. & Strabo lib. x. & Clemens lib. i. Strom. Siue etiam constitutio illa, quam mente agitabat, oraculo probata inde confirmabatur & Lacedæmoniis commendabatur, ut uult Plato, Xenophon, Cicero, Plutarchus & alij. Vtraque sententia eò pertinet, ut tam insignis Reipub. constitutio, non fuisse humani ingenij, sed diuinæ mentis opus existimeretur. Ideo enim & Deus agnitus Lycurgus, & diuini honores ei habiti, exstructo in eius memoriam delubro, ubi pro Deo colebatur, ut docet Herodotus, & refert Plutarchus ex Aristotele. Qui addit insuper familiares eius anniuersaria, & conuentum instituisse, qui longo tempore permanferit, diésq; quibus conuentus celebrabatur Lycurgidas, seu Lycurgi dies, di-

3. Ab Ionibus.

Homerus  
Lycurgi  
beneficio  
conseruatus.

4. Ab Africanis, Hispanis & Indiis.

5. Ab oraculo Delphico.

Lycurgus.  
Deus habitus.

Lycurgidæ, siue Lycurgi dies.

G 2.



ἄτος fuisse. Hi igitur in vniuersum fontes, vnde leges suas Lacedæmonij hauserunt. Iam quales eæ fuerint leges videamus.

*Leges Lacedæmoniorum quales.  
1. Ab omnibus Rerumpub. legibus diuerse.*

In primis itaque tenendum, fuisse hæcæ Lycurgi leges tales, vt ab omnium Rerumpub. legibus fuerint diuersæ. Id quod præ aliis luculentissimè testatur Xenophon libro de Republ. Lacedæmoniorum: vbi dicit Lycurgum non solū diuersā, sed & contraria plurimis sanxisse. Sic enim inquit: *λυκοῦργον μὲν τοὺς νόμους αὐτοῖς τοῖς νόμοις, οἷς παιδὸς μὲν οὐδ' αἰμὸνισαν, τέτον καὶ θαυμάζω καὶ εἰς τὰ ἔθνη μάλ' αὖτε σφόν ἡγοῦμαι. Εἰκὸς γὰρ ἔμμησάμηνος τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνοῖς τὰς πλείστας, παρὲν χροσσαν δὲ δαιμονία τὴν πατρίδα ἀπέδειξεν.* Id est, *Lycurgum quidem, qui eis (Lacedæmonius) leges tulit, quibus obtemperando felices euaserunt, ipsum tum admiror, tum summè sapientem fuisse existimo. Nam is haud quaquam alias ciuitates imitatus, immo etiam contraria plurimis statuens, vt patria felicitate præstaret, effecit. Quæ postrema disertissimi scriptoris verba ita intelligenda puto, vti Græcorum ciuitates nullas sit secutus Lycurgus in nomothesia sua: sed iis contrarias leges tulerit. Idem testatur etiam Plato de legibus, qui ait, Lacedæmonios & Creteneses, leges posuisse ab aliorum moribus prorsus diuersas. Et quidem Xenophon, eo quem dixi libro, totus in eo est, vt ostendat quomodo Lacedæmoniorum instituta, ab aliorum legibus fuerint diuersa. Quod tamen non per omnia ita sit: in plerisque*

*2. Non certis tabulis sed animis insculptæ. Legum Lacedæmoniarum uaria nomina.*

*Rhetra cur diuina sint.*

*Cur Leges Lacedæmoniorum non scriptæ sint.*

tamē reuera sic habet. Deinde & hoc singulare in hisce legibus, quod non fuerint tabulis certis scriptæ seu comprehensæ, sed in animis ex institutione hæserint. Vnde & instituta dicta seu *καθεστώτα*, vt vocat Iſocrates: seu *καθεστηκότα*, vt vocat Demosthenes: vel *ὀπιτηδέματα* vt Plutarchus. Quo nomine vt pote latius patente, & ad omnia se extendente, nobis etiam in iis appellandis vti visum est. Nam quod quædam Rhetra dicta sint, id ad diuinam promulgationem respicit, quamuis postea latius patuit nomen, eoque intelligebantur aliorum etiam leges. Ita enim Plutarchus: *τὰ μὲν οὐδ' τοιαῦτα νομοθετήματα ῥήτρας ἀνόμους ὡς πρὸς τὸ θεῶν νομιζόμενα, καὶ χροσμοῖς ὄντα.* Id est, *huiusmodi leges Rhetras vocauit, quod à Deo sanctæ fuissent, & quasi oracula essent. Ac videtur vna Rhetra hæc ipsa fuisse, ne scriberentur Rhetra. Sic enim accipio verba Plutarchi de non scriptis legibus. Cuius instituti rationem*



elegantissimis verbis reddit idem Plutarchus, quorum summa ad hæc ferè recidit. Quod legislator præcipua, & quæ maximè faciunt ad ciuitatis felicitatem & virtutem, moribus putârit, & institutionibus ciuium inhærere inconcussa. Deinde quod stabilem institutione reddi voluntatem existimârit, atque ita quasi fortissimum vinculum & necessitatem parendi animis ingenerari iudicârit. Tum quod ipsa institutio quasi *ἡγεσιον* seu habitum ipsius Legislatoris in animum inseruerit, circa quæque negotia. Postremò quod minuta quæque Legibus comprehendi non potuerint: sed pro tempore accessiones & decessiones accipere permiserit. Itaque summam & caput nomothesiæ suæ ad ipsam retulit institutionem. Atq; his de causis, vt ille sentit, Leges scriptæ nõ sunt. Quò pertinent & apophthegmata quæ sunt apud Plutarchum. Nam interrogatus Lycurgus cur scriptis legibus non esset vsus, Respondit: Quia rectè instituti & educati norunt vtilitatem temporis. Item rogatus Zeuxidamus, cur leges non scriptas seruarent, neque potius literis conceptas adolescentibus ad legendum proponerent: Quia inquit condocesciendi sunt, vt facinoribus fortibus potius animum aduertant, quàm scripturis. Verumtamen etsi vulgata, & ab omnibus recepta ea opinio, Lacedæmoniis leges scriptas non fuisse: inuenio tamen Terpædrum carminibus eas complexum, modulis & numeris concinnasse. Quod in primis testatur Clemens Alexandrinus i. libro Stromatum, vbi in hæc verba scribit: μέλος τε αὐτῶν ἐπιήθη τῶν ἑρπανδρῶν ὁ Ἀγπιδάμος, Id est, *Modos poematibus primus adrexit, & Lacedæmoniorum. Leges numerosis versibus reddidit Terpander Antissemus.* Meminit & Plutarchus, qui & versus eius quosdã adducit. Ac videtur etiam Tyræus, quæ ad res bellicas pertinebãt suis versibus inseruisse, vt indicat Plàto lib. i. de legibus. Postea fuit etiã hoc à Legislatore peculiariter in his legibus prouisum, vt pauca eæ essent, ne multitudo ipsa neglectũ & confusionem pareret. Quòd in nomothesiã sapiente & stabili magnoperè requiritur: Quãdoquidem ita contingit, quam paucissimas etiam esse ciuium inter se controuersias. Itaque & Isocrates Nicoclem instituens, exigit vt leges ponat, quæ paucas lites generent. Atq;

Terpander  
carminibus  
leges  
Lacedæmoniorum  
complexus.

3. Pauca  
fuerunt.



hoc instituto Lacedæmoniorum in primis consentaneum, qui semper paucis utebantur verbis. Huc enim apophthegma illud. Nā Charilaus interrogatus, cur paucas leges tulisset Lycurgus, Respondit: *Qui verbis non multis vrentur, non multas querere leges.* Plutarchus in Lycurgo, & Apophthegmatis. Deniq; verò & il-

4. *Tum alias virtutes, tum maxime è fortitudinem et voluptatibus contentum respexerunt.*

lud aduertendum in hisce legibus, quod ipsis maximè quasi proprium est, videlicet, quod tum ad alias virtutes relatæ sint, tum pleræque ad fortitudinem respexerint, & rerum inanum voluptatumque contentum. Propositum enim in primis Legislatore, ut ad militiae studium suos condoceretur, atque eò omnia referre voluit. Itaq; Plato dicit in hac nomothesia partem virtutis tantum spectatam, ut est lib. iv. de legibus. Et lib. i ait, omne studium ad res bellicas in his legibus conuersum fuisse. Sic enim ibi Clinias loquitur: *δουμάζω γέ μιν, εἰ τὰ τε παρ' ἡμῶν νόμιμα, καὶ ἐπὶ τὰ παρὰ λακεδαίμονα μὴ πάντων τιμῶν ἀπεδιδῶν τούτων ἐνεκα ποίηται,* Id est, *Miror sane, si nostræ & Lacedæmoniorum leges, de hisce non omni cura & studio prouiderint.* Loquitur autem de rebus bellicis. Ac eandem sententiam posterioribus libris sapiusculè repetit. Ut & in Lachete ait, Lacedæmonios præ omnibus nihil aliud studere, quàm quo modo bello reliquos antecellere possint. Idemq; Aristoteles lib. vii. Politicôn. cap. ii. sentit, ita enim scribit: *ἐν λακεδαίμονι καὶ κρήτη παρὰ τοῖς πολέμοις σιωπέταυται σχεδὸν ἢ τε παιδεία καὶ τὸ τῶν νόμων ἀλήθεια,* Id est, *Lacedæmone & in Creta, tum disciplina, tum legum multitudo ad rem militarem comparata est.* Quod quum controuersiam nullam habere videtur: id sanè in primis res ipsa ostendit, Rhetras fuisse de publico tantum iure latas. Nam priuatum ius in potestate magistratum, & præcipuè Ephorum, qui *αὐτογνώμονες* erant, ut ait Aristoteles. Caterum an certa forma verborum cõceptæ fuerint veteres Rhetrae, non habeo dicere. Quæ Rhetris postea sunt adscripta, ea verò suis quibusdam & solemnibus verbis ad nos relata peruenerunt, ut patet ex paucis iis quæ à nobis aliàs commemorata sunt.

Rhetrae de iure publico tantum latae.

4. *Legum Lacedæmoniorum auctoritas.*

Postremò de harum legum auctoritate nobis pauca dicenda, quibus maiorem, quàm vllis aliis tribui palàm est. Nam ut mitamus quod ad Deum Apollinem, ut auctorem referantur, sicut leges Cretenses ad Iouem, qua de re iam diximus: id non minus

eas



eas commendat, quod Oraculi elogio pronunciatum sit, clarif-  
 simam, eandemque felicissimam futuram Rempub. dum hisce  
 vteretur legibus, vt est apud Plutarchum. Quod & verum fuit.  
 Nam quoad disciplina publica viguit, laudatissimè est admini-  
 strata Respub. & principatum Græciæ semper tenuit Sparta. Sic-  
 ut enim Herculem fingūt pelle & claua orbem terræ peragraf-  
 se, vlciscentem passim sceleratos & tyrannos: ita hæc ciuitas ex  
 vna Scytala & Lana dominans in Græciam volentem & luben-  
 tem, obtriuuit iniustas in Rebuspub. potestates & tyrānides, bel-  
 lorum arbitrium habuit, seditiones compressit, crebrò ne vno  
 quidem moto clypeo, vno tantum legato missò, quem ilico om-  
 nes audiebant. Tanta enim effulsit huius ciuitatis disciplina &  
 iusticia, eaque opinio virtutis & potentia. Deinde & hoc ma-  
 gnopere harum legum auctoritatè illustrat, quod immotæ fue-  
 rint, nec temerè iis quicquam derogatum, nec aliunde additum:  
 sed tanquam sacrosancta oracula inuiolata stante Repub. sem-  
 per manserint. Quod ita fuisse, & simul quæ eius rei causa exti-  
 terit, Pausaniæ Plittonastis F. apophthegmate ostenditur. Nam is  
 interrogāti, cur de antiquo iure nihil Lacedæmone liceret con-  
 uellere, Respondit, id eò fieri: *Quia legum in viros, non virorum in  
 leges esset auctoritas.* Itaque & Lysander quum statum Regium in-  
 nouare in animo haberet, nihil prius aggredi tentauit, quàm o-  
 raculum consulisset, vt est apud Plutarchum in Lysandro. Sed  
 hoc, vt ita stabiles essent leges, ipsum Lycurgū, vt & cætera ma-  
 chinarum scribunt, idque hac ratione. Nam postquam præcipua  
 eius præcepta moribus iam fuerunt expressa, & satis adoleuisset  
 Respub. seque tueri per se & seruare valuit, accitis in concionem  
 omnibus ciuibus, demonstrauit cæteris partibus Rempub. satis  
 rectè ad felicitatem & virtutem comparatam: potissimum verò  
 & antiquissimum caput, priusquam cōsulisset Oraculum se iis  
 non editurum. Darent itaque operam, vt præsentibus legibus  
 inhererent, neque variarent & inflecterēt quicquam, dum esset  
 ipse Delphis regressus, recepitque se quod Deus iussisset, actu-  
 rum. Spondentibus cunctis, vbi iureiurando adegit Reges & Se-  
 natum, deinceps reliquos ciues, obseruatuos se, & vsurpaturos  
 formam illam Reipublic. dum Lycurgus remeasset, ita demum.

1. Quod Oraculi commendata.

2. Quod immota.

Qua ratione Lycurgus leges suas immotas statuerit.



*Lycurgus  
sibi mortem  
consciuit.*

*3. Quid e-  
qua omni-  
bus paren-  
di neces-  
sitate impo-  
sita, Re-  
spub. fuerit  
diuturna.  
Ciuitatis  
beate ser-  
minis.*

*Sparta quā  
diu mansit.*

*4. Ab o-  
mnibus  
laudate à  
paucis v.  
suspata.*

Delphos contendit. Vbi id ei redditum responsum, cuius antea meminimus. Postea ne ciues sacramento soluerentur, statuit nunquam redire: sed sibi ipsi mortem consciscere, quum id gratis esset, qua neque viuere, neque vitam deponere, pœniteret. Itaque mortem inedia sibi conciliauit, ratus virorum Rempub. tractantium nec mortem otiosam, nec inertem vitæ exitum esse debere. Atque ad hunc ferè modum scribit Plutarchus Lycurgum leges ratas & immobiles effecisse. Quæ historia documento est, insigni illum amore patriæ flagrasse, cui vitam & omnia posthabuerit. Fuere autem vsq; adeo stabiles leges, vt quatuordecim Reges nihil in iis mutarint, vt etiam est apud Plutarchū. Tertio verò harum legum vim & efficaciam id arguit, quod e qua omnibus parendi necessitate imposita, tanto tempore conseruarint Rempub. vt vix vlla fuerit tam diuturna. Nam reliquæ Græciæ Respub. & aliæ, sæpè lapsæ diuersas mutationes pertulerunt: Spartana verò longissimo tempore ne tantillum quidem mota. Quare si is terminus beatæ ciuitatis esse debet, vt eadem semper permaneat, *πῆγά δὲ μὴ*, vt ait Plato, disputans hac de re lib. iv. de Repub. Non est alia quæ hac in re Spartanæ præferri poterit. Nam prorsus ita comparata in omnibus huius Reipub. constitutio, vt sibi ipsi constaret. Nec enim amplificandæ potentie, sed potius conseruandæ salutis auctor Legibus suis Lycurgus esse voluit. Rectè itaque videtur Polybius hoc animaduertisse, legislatorem in sua nomothesia magis eò spectasse, vt Rempub. stabilem & validam potius ad depellēdos hostes faceret, quam vt potentem ad subiiciendos sibi alios. Sicut & dum suis contenta fuit, nihil est labefactata. Verum vbi affectare plura & aliena cœpit, contra naturam suam & leges positas, tum demum paulatim mutare cœpit, vt quò longius à legibus pristinis recederet, eò propius ruinæ instaret, donec prorsus corruiet. Itaque sæpè ab auctoribus repetitum, violationem tum legis de auro & argento verito, tum etiam aliarum causam extitisse, vt Respub. hæc cōciderit, ac minus aduersus hostes valuerit. Postremo hoc in primis, si quicquam aliud, præstantiam legum Spartanarum indicat, quod tum ab omnibus sanis semper sint laudatæ: tum verò à nulla tamen ciuitate sint prorsus imitando vsurpatæ. Nec enim



enim quisquam ferè est, qui eas vituperârit, quod constat, præter Polycratem, quem ait Iosephus lib. i. contra Appionem, hæc Rempub. sigillasse, vt Theopompum Atheniensium. Ita enim scribit: καὶ γὰρ ἑθνῶν πνὴς καὶ τῆς ἐνδοξοτάτων πόλεων ῥυπαίνεν τὴν ἀθλιότητα, καὶ τὰς πολιτείας ἐπέχεισαν λοιδορεῖν, Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων πολυκράτης, Id est, *Quidam etiam gentium, vel gloriosissimarum ciuitatum fœdore nobilitatem, & politia detrahere, tentauere: Theopompus quidem Atheniensium, Polycrates Lacedæmoniorum.* Itaque quum omnibus aliis honori fuerit hæc Respub. quæ leges eius vniuersas tolerare potuerit inuenta est ciuitas nulla. Quare vt quanq; ciuitatem in potestatem redegerunt Lacedæmonij, mutarunt quidem aliqua ad suam Reipub. constitutionem: sed prorsus ad eius leges illam conformare nequiverunt. Vnde Isocrates Panathenæico de subiectis ciuitatibus sic ait: Λακεδαιμόνιοι καθέστησαν ἑῶν ὁμοίαν τῇ παρ' αὐτοῖς, ἔτε τὰς ἄλλοις περὶ γρομῶναις, Id est, *Lacedæmonij constituerunt Respub. neque sua, neque aliorum Rebus, similes.* Quod intelligendum non minus de coloniis Lacedæmoniorum, quam aliis ciuitatibus prouincialibus. Quare nec Romani ab Lacedæmoniis leges mutuari voluerunt, quum tamen leges ab Atheniensibus acceptas vsurparint, si vera est sententia Augustini relata lib. ii. de ciuitate Dei cap. xvi. Quæ tamen doctis minùs probatur, vt pote contraria verbis Iustiniani initio institutionum, & rei veritati parum consentanea, si vtriusque Reipub. instituaturs comparatio. Qua de re plura hîc non addam, remittens studiosum lectorem ad Dionysium Halycarnass. & Hieronymum Magium in Miscellaneis cap. viii. lib. i. Atque hæc de legibus in vniuersum dicta nobis sint.

## TABVLA PRIMA CONTINENS LEGES SACRORVM.

### INSTITVTVM I.

*Omnes Dij Deaque colantur armati.*



VE MADM DV M reliqua huius Reipub. instituta, i. Legum ab aliorum legibus & moribus erant diuersa, vt iam diximus: ita circa cultum Deorum idem spectatum. Est Institutum. Dy armati colendi.



*Cur à Lacedæmoniis  
Dij armati  
colerentur.*

enim antiquitus ab eis obseruatū, vt Dij ipforum in armis conspicerentur, siue hoc ad commonitiones respiciebat, siue superstitionem eorum stabiliebat. Vtraq; enim de causa id receptum fuisse existimare licet. Primò enim videntur ideo Deos voluisse armatos ob oculos proponi, vt ab iis hanc virtutem petendam indicarent, ac quòd veram fortitudinem à Deo dari putarent. Quamuis aliter Charilaus, qui id factum autumat, ne quod in hominibus ignauia opprobrium esset, ad Deos etiam referri posset, si inermes essent. Ita enim ipsius habet apophthegma, quod extat apud Plutarchum. *Causam* (inquit) *scitanti cuidam à Charilao, cur spartæ omnia Deorum simulacra essent armata, Respondit: Ne quæ opprobria hominibus obiciuntur, ob ignauiam in Deos referamus, ac ne inermes nostri iuuenes Diis vota nuncupent.* Deinde si superstitionis fuit hoc institutum, vt Deos suos hac ratione ornarent, conueniebat præ aliis armorum ornatu in Deis suis Lacedæmonios vti, quod in armis summum decus ponerent. Hæ itaque rationes istius legis fuerint. Ceterum vsque adeò Spartani Deos armis indutos esse volebant, vt nec ipsa Venus ibi armis careret, aliàs vbique nuda, vel saltem sine armis culta. Quod qua de causa factum, narrat Lactantius lib. i. Diuinarum institutionum cap. xx. De qua re est etiam apud Pausaniam lib. iii. qui scribit eam Morphus nomine dictam fuisse. Sed & meminit eius Quintilianus lib. ii. cap. iv. Ac extant Epigrammata Græca lib. iv. Anthologix, quæ item armatam Venerem celebrāt, ex quibus reliquis ommissis vnum hoc adiicere placuit:

*Venus armata apud  
Lacedæmonios.*

*Καὶ κῦπρις ἀρτάς ἐν ἀσέσιν οἶατ' ἐν ἄλλοις*

*Ἰδρυται, μελαχρῆς ἑσάμυρα σολίδας.*

*Ἄλλα κ' ἑκάτος μὲν ἔχει κόρυα ἀντὶ καλύπτρας,*

*Ἀντὶ δὲ χροσείων ἀκρεμόνα κέμακα.*

*Οὐ γὰρ χεῖρ τευχέων εἶδ' ἴδρα τε ν' ὠδράκοιτι.*

*Θράκος ἐναλίου, καὶ λακεδαίμονίαν.*

Plutarchus auctor est, non solum Venerem armatam ibi cultam: sed omnes alios Deos, tam mares, quam fœminas hastatas Spartæ fuisse, tanquam omnibus virtutem bellicam habentibus, ut est in institutis Laconicis.

INSTI-



*Sacrificia quam minimo sumtu fiant.*

**R**eligionem non vult lex esse magnificam & sumtuosam, ne in externis rebus animorum deuotio occupetur. Id intellexisse quodammodo paganorum simplicitatem, ideoque damnaſſe eorum opinionem, qui luxum & opes huc adhibuerunt, ex aliis quoque patet. Notum quid apud Cicronem lib. II. legum, super hac re sancitum. Ita enim scribit: *Ad Diuos adeunto castè pietatem adhibento: opes amouento: Qui secus faxit, Deus ipse vindex erit.* Item postea: *Aurum & argentum in urbibus & priuatum, & in fanis inuidiosa res est.* Et præclare Satyricus aurum & argentum à sacrarum arcens:

*Dicite pontifices in sacro quid facit aurum?*

*Nempe hoc quod Veneri donare à virgine puppæ.*

Nec enim Deus hæc respicit: sed potius animum, vt præclare scripsit Plato Alcibiade II. vbi hæc eius verba: *καὶ γὰρ αὐτὸ θεῖον εἶναι, εἰ θεός, τὰ δῶρα καὶ τὰ θυσιάς ἀποβλέπουσιν ἡμῶς οἱ θεοὶ. ἀλλὰ μὴ θεός τιλὸν ψυχὴν ἀνθρώπου καὶ δίκαιος ἀνθρώπου, πολλὰ μᾶλλον, οἶμαι, ἢ θεός τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπὰς τε καὶ θυσιάς, ἀνὰ δὲ ἐν κοιλίῃ πολλὰ μὲν εἰς θεοὺς πολλὰ δὲ εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηρότητας, καὶ ἰδιώτων καὶ πόλιν ἀνθρώπων ἐπετελεῖν.* Id est, Etenim graue esset, si Deus ad donaria & sacrificia respiceret potius, quàm ad animum, vtrum iustus sanctusque sit: Ad quem equidem arbitror Deum magis attendere, quàm ad multi sumtus pompas & sacra, quæ nihil prohibent eum qui multa in Deum hominesque peccauerit, siue priuatus sit, siue magistratus gerat, singulis annis perficere. Itaque & Satyricus animum offerre iubet sincerum & sceleribus intaminatum, prioribus hæc subiiciens.

*Quin damus id superis, de magna quod dare lance  
Non poterit magni Messalæ lippa propago,  
Compositum ius, fasque animi, sanctosque recessus  
Menis, & incoctum generoso pectus honesto.  
Hoc cedo vt aduocam templis, & farre litabo.*

Pertinebat autem hoc institutum eò tantùm apud Lacedæmonios, vt sacrificia offerre cuius integrum esset, nec tenuioris



Lycurgi de  
eniguo cul-  
tu Deorum  
responsum.

fortunæ homines paupertate prohiberentur. Id enim respondit super hac re Lycurgus. Nam percontanti de hostiis, quid tam exiguas & viles præscripsisset, Respondit: *ne vnquam Deum intermitteremus colere.* Plutarchus in vita Lycurgi, item in Apophthegmatis.

## INSTITVTVM III.

*Votum omnium sit, vt Dij honesta ob bonas actiones dent, nihil-  
que amplius.*

3. Vota  
qualia esse  
oportuerit.

Εὐζυνία  
Lacedæmo-  
niorū Diis  
grata.

PRæcipuum cultum Dei rectam esse orationem, vnde cun- que edoctus videtur percepisse legislator, qui hoc institutum tradidit. Plato scribit solemnem quandam precationem fuisse Lacedæmoniorum, càmque ait dictam fuisse Εὐζυνίαν, quasi rectè & Deo gratis verbis fuerit cõcepta. Vnde & ei acceptam refert felicitatem apud Lacedæmonios, oraculi testimonio id comprobans, atque hanc super ea re veterem historiam commemo- rans. *Volo (inquit) aliud quippiam tibi commemorare, quod aliquando au- diui à viris atate prouectis. Quum inter Athenienses & Lacedæmonios dis- sidia & bella essent, contigit semper nostræ ciuitati, vt terra marique in- ferior esset, quoties pugna fieret. Nam nunquam potuit victoriam reporta- re. Itaque indignantes Athenienses, & anxij ecquam rationem præsen- tium malorum depellendorum inuenirent, re deliberata, rati operæ precium ad Ammonem mittere ipsum consulturos: ac præter hæc, quæsitum etiam quamobrem Dij Lacedæmoniiis potius victoriam largirentur, quàm sibi, qui omnium Græcorum (vt aiebant) plurimas & pulcherrimas hostias offe- rimus, & ita donariis ipsorum fana exornamus, vti nulli alij: Pompas insu- per sumptuosissimas & augustissimas quotannis celebramus, & impendi- mus plus pecuniæ, quàm ceteri omnes Græci. Lacedæmoniiis autem (inqui- unt) nihil horum curæ est: sed tam negligentes sunt circa cultum Diuinum, vt aliquando mutila offerant, & in reliquis non paulò parcius Deos hono- rant quàm nos, quum tamen à nostra ciuitate diuitiis non superentur. His dictus à Legato, interrogat, Quid facere oporteat, ad inueniendam præsen- tium malorum depulsionem, cui vates nihil aliud respondit (videlicet quod Deus aliter non sineret) quàm vt ad se accersitum renunciare Atheniensi- bus hoc iuberet. Ita Ammon dicit: Lacedæmoniorum Εὐζυνίαν sibi iucun- diorem esse, quàm omnia Græcorum sacrificia. Hoc tantum, nec plura Deum*

respon-



respondisse ferunt, *Mihi quidem igitur non aliud videtur Deus intellexisse*  
*δὲ φημίαις* voce, quàm precationem illorū. Illa enim multo alius est præstan-  
 tior. Hactenus Plato, cuius verba de iam relato voto seu preca-  
 tione intelligēda, quæ sola Lacedæmoniis legitima fuit. Quam-  
 uis Plutarchus refert adiaci solere ad hanc solemnem precatio-  
 nem, vt iniurias tolerare possent. Quæ digna prorsus Græcorum  
 humanitate precum appendix, magisque Christianorum con-  
 ueniens æquanimi- tati & mansuetudini. Ratio autem huius in-  
 stituti peti potest ex iis quæ sunt apud Platonem lib. III. de legi-  
 bus, vbi inquit: *ὅτι δὲ φημί δὲ χῆν γένεσσι σφαλῆσθαι ἔστι, νοῦν μὴ κεκτη-  
 μένον*, Id est, *Aio periculosum esse vt preces concipiat, qui prudentia non*  
*sit præditus*. Cum qua sententia conueniunt quæ disputantur apud  
 Iuuenalem Satyra x. quam ita concludit, vt tandem in fine do-  
 ceat, quid solum precari oporteat. Ita enim ait:

*Orandum est, vt sit mens sana in corpore sano.*  
*Fortem posse animum, & moris terrore carentem,*  
*Qui spacium vitæ extremum inter munera ponat*  
*Naturæ: qui ferre queat quoscunque labores,*  
*Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores*  
*Herculis ærumnas credat, seuosque labores*  
*Et venere & canis & pluma Sardanapali.*

## INSTITVTVM IV.

*Virgines & pueri sacra habeant communia.*

Gentilium profanitas eò progressa est, vt alios Deos vitis  
 propitios, alios fœminis existimaret. Itaque à quorun-  
 dam Deorum sacris viros, quorundam item fœminas arcebant.  
 Vnde eleganter Minucius Felix: *Quædam funa, inquit, semel anno*  
*adire permittunt, quædam in totum nefas visere est: quædam viro non licet,*  
*& nonnulla absque fœminis sacra sunt.* Quod verum est. Nam apud  
 Romanos sacris bonæ Deæ viri prohibebantur, deferentes hunc  
 honorem pudicitæ Faunæ, qua ad eò ea excelluit, vt nullus mas-  
 præter virum eam viderit, vel nomen audierit, vt ex Varrone  
 refert Arnob. lib. v. & Lactantius lib. I. c. xxii. & Macrobius Sa-  
 turnalium I. cap. xii. Et vicissim sacris Herculis non intermisce-  
 bantur fœminæ, quod sacerdotes bonæ Deæ ipsi aquam sacris

*Aliud vo-  
 tum præter  
 δὲ φημίαις.*

*4. Sacra  
 communia  
 virginibus  
 & pueris  
 sunt.*

*Bonæ Deæ  
 sacra apud  
 Romanos.*



vacantes denegassent, vt ait Macrobius loco iam dicto. Et Propertius lib. iiii. Elegiarum. Quod item in sacris Cereris & Vestæ fiebat, vt testatur Lactant. lib. iiii. At Lacedæmonij pueris & virginibus iisdem sacris vti non interdicebant, sed vt exercitia corporum pleraque vtrisque erant communia: ita & sacra eadem frequentare eas voluerunt. Nec enim prohibebat pudor, quod Spartæ flagitiis non facile locus pateret. Itaque rectè eadem sacra omnibus viris & scæminis, pueris & virginibus, ac eo magis coniugibus, quippe quibus intercedit diuini & humani iuris cõmunicatio, vt loquitur Modestinus l. C. D. de ritu nuptiarum. Id quod lege Romuli etiam apud Romanos sancitum, qui iussit marem & scæminam secundum leges iunctos, vt fortunas, ita & sacra communia habere, vt scribit Dionysius Halycarnassæus.

*Cur Sacra communia fuerint apud Lacedæmon.*

Cæterum iudico respexisse hoc institutum de communione sacrorum inter pueros & virgines, ad conciliandam mutuam amicitiam, quæ religionis vinculo tanquam nodo arctissimè constringitur, præsertim à teneris annis noticia intercedente. Vnde etiam postea publica concordia stabilitur, & coniugij occasio existere aliquando solet.

#### INSTITVTVM I.

##### *In vrbe mortuos sepelire fas sit.*

*4. De sepulchrali loco, qui fuit in vrbe. Sepulchrorum locus antiquitus qui fuerit.*

SEpulcra, tumuliq̃ue variis in locis antiquitus extruebantur. Sancti patres suos simpliciter in agris condebant, vt docent sacrae literæ. Romani itidem extra vrbe suos humabant. Id quod lege xlii. tabularum mandatum erat, vt est apud Ciceronem lib. iiii. de legibus. Etsi contra hanc legem, virtutis causâ, Poplicolæ & Tuberto concessum fuit in vrbe sepeliri, vt scribit Cicero. Itẽmque Fabricio & Valerio, vt auctor Plutarchus, si locus mendo caret. Sicut & ex triumphatoris mortui cadauere os defunctum, in vrbe humi defodiebatur, vt tradit idem Plutarchus in quæstionibus Romanis. Nam prætereo iam quæ Imperatores super hac re constituerunt, de quibus videantur l. iiii. D. de sepul. violat. & l. mortuorum C. de relig. & sumt. fun. Quod Athenienses, & alij plerique Græcorum vsurparunt, quibus solemne fuit suos extra vrbe in Demis seu pagis sepelire. Idq̃; ideo con-

sen-



sentaneum, quia ibi sacra etiam Atheniensibus sua erant. Spartani à reliquis gentibus plerumque moribus dissidentes in vrbe suos sepeliebant. Quod meo quidem iudicio ideo fieri voluerunt, vt ob oculos sepulcra habentibus quotidie fortium virorum memoria in animis recurreret. Itémque vt indies inter monumenta defunctorum versantes, mortem minimè sibi exhorrescendam putarent, postquam etiam viris suis constaret in vrbe honos. Quibus ferè consentiunt, quæ sunt apud Plutarchum in Lycurgo, vbi de hoc instituto agit. Et quidem siue his, siue aliis de causis, idem obseruabant Ægyptij: Saitæ tamen in Regibus suis hoc tantum vsurpabant. Christianis visum hac tempestate, aliis quidem in vrbe, aliis extra vrbem mortuos sepelire.

*Cur Lae-  
demonij se-  
pulcra in  
urbibus  
habere vo-  
luerunt.*

## INSTITVTVM VI.

*Monumenta defunctis iuxta templa fiant.*

Plutarchus institutis Laconicis hoc cum superiore coniungit, nos illa diuidenda existimauimus. Aliud enim in vrbe sepeliri, aliud monumenta ad templa esse. Loca autem monumentorum, quæ apud delubra & templa Deorum Spartaë erant, non dissimilia fuisse multum videntur Christianorum areis circa ædes sacras, & septis illis ædificiis vacuis, quæ κοινότητες ipsi dicta, quod eò inferre soleant cadauera mortuorum, mortiferæ quietis ad nouissimam resuscitationem capiendæ causâ. De quibus alio loco dicetur. Ac verisimile est voluisse Lycurgum sancire Spartanis hac lege iura sepulcrorum, vt ipsa sacra & sancta essent, sicut vicina templa. Qua ratione & templa custodiri, & tuta ab hostium aliorumque sacrilegorum ac petulantium hominum violentia monumenta præstari poterant. Et si ius sepulcrorum in ipso quodammodo solò est, quod iure omnium fere gentium, tum verò legibus Romanis est munitum. Quare in XII. tabulis lex est, quæ verat forum Bústumue vsucapi, vt ait Cicero II. de legibus; forum vestibulum sepulcri interpretans. Quam etiam legem secundum naturam esse inibi scribit. Atque itidem ius sepulcrorum defenditur iure ciuili. Nam D. de sepulcro violato, extat edictum prætoris, quo actio datur in sepulcri violatores. Et quidem institutum hoc Spartanum, quod ad omnes se

*6. De Mo-  
numentis  
iuxta tem-  
pla struen-  
dis.*

*Sepulchro-  
rum ius.*



extenderit, quodque omnibus concessum fuerit monumenta sua ad templa extruere existimo. Maleficij tamen alicuius conuictis & damnatis hoc honoris denegatum infra ostendemus.

*Monimen-  
torum in  
quibus fue-  
ri: denega-  
tum.*

## INSTITVTVM VII.

*Funere nemo polluatur.*

*7. Funere  
nemo sol-  
uebatur.*

**H**Oc institutū ex duobus præcedentibus quasi consequens. Nam si cadauera in vrbe sepeliri fas est, & monumenta ad templa extrui permissum, necesse etiam pollutiones tolli. Neque enim funera in vrbe procurari, vel sepulcra haberi poterunt, si contaminentur qui hæc contingunt. Apud alias tamen gentes funesta fiebat domus & familia, vbi mortuus aliquis. Itaque solebant lustrationes & purgationes adhiberi, & domus euerrebantur. tædæ circumferebantur, homines aqua abluebantur, aliaque plura fiebant, quæ gentilitiæ superstitionis profanitas tulit. Quorum sæpe mentio apud poetas & alios scriptores: & illustribus in primis locus est Æneid. vi. Ac eam ob causam Romanis institutæ feriæ Denicales, à numero denario dictæ, quod decimo die fieret purgatio, conditis antea cineribus ipso die nono, vt scribit Festus. Quæ omnia & alia huiusmodi repudiabant à suis moribus Lacedæmonij, nihil admodum atri & horrendi in morte existimantes, quam etiam ouantes & læti oppetebant. Nec enim qui per omnem vitam virtuti dediti fuerunt, eos consentaneum in morte maculam contraxisse. Quales Lacedæmonij plerique.

*Funeribus  
aliæ Gen-  
tes præte-  
Lacedæ-  
monios pol-  
luebantur.*

*Denicales  
feriæ apud  
Romanos  
quot.*

## INSTITVTVM VIII.

*Cum mortuo nihil inhumetur.*

*8. Sepultu-  
ra sine sum-  
ptibus fie-  
bat.*

**H**eraclides de politiis scribit, quod εἰτε λείψαι ταφῆς Lacedæmonij fuerint: Et Plutarchus institutis Laconicis refert statuisse Lycurgum, ne circa cadauer liceret adhibere magnos sumptus, quò ornatus illud conderetur. Quod non immeritò ita sanxit. Nam conueniebat eos qui in tota vita ab omni luxu abstinuissent, etiam in morte hanc tenuitatis laudem non aspernari, vbi nullus opulentia & ornatus vsus. Itaque apud Athenienses quoque aurum addi lege vetitum, vt scribit Cicero 11. de legibus. Et XII. tabulis, Rogum ascia polire non licebat, vt eodem



eodem loci tradit Orator. Coronæ tamen Romanis in mortuis ornandis postea vſitata fuerunt, nec non Græcis plerisque: à quibus tamen abſtinuerunt veteres Chriſtiani, quod beatus his non egeat, miſer nō gaudeat floribus, vt loquitur Minucius Felix. Antiquitus autem apud vtroſque aſperſiones fiebant, item vntura, quemadmodum apud Ægyptios & Iudæos. Sed illæ legibus etiam ſublata, vt ait Cicero. Lacedæmoniis nihil horum in vſu, ſed tantum in veſte punicea, & oleæ foliis compoſitum corpus cuiuſque eodem modo ſepeliri voluerunt, vt tradit Plutarchus in inſtitutis & vita Lycurgi. Reliqua ad ornandum non pertinere iudicarunt. Quum itaque in tam præſtantibus viris ſimplicitas humandi talis adhibita ſit, nonne ex his & aliis huiſmodi inſtitutis emendari mores corruptæ cuiuſque Reipub. magnopere conueniret?

*Sepeliendi  
mos Lace-  
dæmonio-  
rum.*

## INSTITVTVM IX.

*Eiulatus non audiatur.*

NON erat fortitudinis Spartana eiulare mortuo aliquo neceſſariorum, ita vt ſæmineum in modum lamentatio exaudiretur. Itaque Plutarchus ait, Legislatorem hoc etiam cauiffe. Quod ad eos moribus eorum inualuerat, vt ſæminæ quæ aliàs lacrymas habent in ſtatione paratas, vt ait Satyricus, neque ipſæ ſecus ac viri ab iis temperarint. Gyrtias, quum aliquando Acrotatus nepos ipſius ex quadam puerili pugna, in qua multas plagas acceperat, pro mortuo domum relatus eſſet, domesticis & familiaribus plorantibus, non tacebitis? inquit: oſtendit enim quo ſanguine ortus eſſet. Strenui non aliorum vociferatione, ſed meditatione opus habent. Item quum nuncius ex Creta de morte Acrotati veniſſet, Nonne, inquit, hoc omnino futurum erat, quum ad hoſtes veniſſet, vt aut ipſe occumberet, aut illos interficeret? Iocūdius autem eſt audire eum ſeiſo, ciuitaræque, maioribꝫq; dignā mortē oppetiiffe, quàm ſi per omne vitæ tēpus ignauè ſe gereret. Eodē modo mater Braſidæ audiens ipſum præ reliquis Spartanis cōmendari, tantum abeſt, vt luxui indulſerit vt potius affirmarit multos tales Spartæ viros eſſe. Qualia exēpla ſunt cōplura. Fletus igitur & cōploratio pro mortuis etſi

*9. Fletus  
aut eiula-  
tus non au-  
ditur pu-  
blicè.*

H



aliquando factus, publicè tamen exaudiri cum non licebat. De Regibus secus constitutum, vt suprâ retulimus, vbi de honore Regum mortuorum egimus. Idem & XII. tabulis veritum. Nam ibi Lex hæc extitit, vt auctor Cicero: *Mulieres genas ne radunto, nèue lessum funeris ergo habento*, lessum lugubrem eiulationem ex Lælio interpretans. Quales eiulationes & alias confimiles detestabilia lugendi genera, vocat Orator Tusculana sua III. *Detestabilia* (inquit) *genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, foeminum, capitis percussiones*. Hęc itaque fortes animos profus non decent.

## INSTITVTVM X.

*Luctus vndecim diebus finiatur.*

*Luctui præfinitum certum tempus.*  
**L**amentari & eiulare in publico non licebat, ex lege superiore: luctum tamen vel vestibus vel corporis habitu indicare, hac lege permissum. Sed ne animi diutius luctui indulgentes emollescerent, à legislatore, vt ait Plutarchus, certum tempus est præfinitum, videlicet vndecim dierum. Inde enim sacrificium fiebat. Ita Plutarchus in institutis, & in Lycurgo, vbi hæc refert: *ῥεῖον δὲ πένθοις ὀλίγον προσώρισεν, ἡμέρας ἑνδεκά· τῆ δὲ δωδεκάτῃ δίσαντας ἔδει δήμεναι λύειν τὸ πένθος*, Id est, *luctum vni die finiuit tempore, vndecim diebus: duodecimo sacrificare oportebat Cereri, & desinere luctum*. Quæ lex habet, vti decet, aliquid humanitatis. Nam vt non decet virum nimium dolori indulgere: ita stoicum est, nullo doloris sensu tangi. Vtrunq; ab homine alienum. Legibus Numę consimiliter certo temporis spacio luctus definitus erat, sed pro etatis ratione is aliquantum variabat. Qua de re legatur Plutarchus in vita Numæ. Vxori tamen ob maritum annuus erat indictus luctus, id est, decem mensium. Tantus enim annus ordinatione Romuli, vt scribit Plutarchus, & testatur Ouidius initio Fastorum, de anno Romuli agens *δεκαμῆνας*.

*Luctus annuus uxoribus præscriptus Romæ, mortuis maritis.*

*Annus Romuli decem menses.*

*De Monumentis in scriptis nisi qui in bello occubuerint, non habeant. Eius statuerentur, quicunque vellent: sed titulum inscribere, & honoris elogium addere, in eorum monumentis saltem licebat,*

## INSTITVTVM XI.

*Monumenta inscripta, nisi qui in bello occubuerint, non habeant.*

**E**rant quidem monumenta licita omnibus, vt ea necessariis suis statuere possent, quicunque vellent: sed titulum inscribere, & honoris elogium addere, in eorum monumentis saltem licebat,



licebat, qui in bello pro patria mortem oppetierant, ut docet Plutarchus in Lycurgo, & institutis Laconicis. Itaque quum funera eodem modo omnibus aliis fierent, ut ex Plutarcho retulimus, & testatur etiam Heraclides: militaribus tamen viris hic honos præ aliis tributus est, ut in scripta monumenta haberent.

Erat autem moris monumētis inscribere nomina, additis, ut arbitror, rebus gestis disticho saltem, aut aliis quàm paucissimis verbis conceptis. De nomine constat satis ex Plutarcho. Ita enim in Lycurgo scribit: ἑπιγράψαι τέτομα θάψαντας ἐκ ἑλίῳ τῆ νεκροῦ, πάλω ἀνδρῶς ἐν πολέμῳ, καὶ γυναικὸς ἰερός ἀποθανόντων, Id est, *Qui suos sepeliebant, nomen mortui inscribere (monumentis) non poterant, nisi viri qui in bello, itémque mulieris, si sanctè fato concesserant.* Tanquam memoria aliorum non fuerit ad posteritatem conseruanda, nisi quorum mors virtute & pietate fuisset commendata. Dignum profecto institutum, quod nobis exemplo præluceat, ne quemuis temerè monumentorum elogiis ornari sinamus. De rebus gestis passim sunt versus apud Historicos alios, & apud Plutarchum. Sed præter hæc addi solebant etiam scuta, & alia insignia in monumentis præstantissimorum quorumque. Inducor ut credam iis, quæ sunt in Epigrammate Græco de Leonida Spartano, quod sic habet:

Π·λὺ λεωνίδεω καπδὼν δέμας αὐτοδαίκτον·

Ξέρξης, ἐχλαίνε φάρει πορφύρῳ.

Καὶ νεκρῶν δὲ ἤχησεν ὁ τὰς πᾶρτας μάχας ἦρος.

Οὐδέ χρομαι περδὸταίς μισθὸν ὀφειλόμην,

Ἄσπίς μοι τύμβε κόσμος μέγας, ἔρρε τὰ περσῶν.

Ἡξω κ' εἰς αἶθρην ὡς λακεδαίμωνιος.

Quod ita vertamus:

Quando Leonideum vidit post fata cadaver

Xerxes, purpurea hoc induit ipse toga

At Rex Spartanus ex morte his vocibus infit:

Non capio infidis premia digna viris.

Mi scutum tumuli est ornatus, Persica tolle,

Namque adeò manes ut Lacedæmonius.

Vult sibi scutum Leonidas in monumento statui pro sepulcri ornamento, quasi hoc Spartanæ consuetudinis fuerit. Atq; inde

H 2

*Titulus, quo nomen & gesta mortui disticho vel paucis verbis comprehēbātur.*

*Clypeus & alia insignia.*



videri potest profectum, quod viris militaribus honos scuti in monumentis attribuat. Et si iam nimis ille honos vulgatus, indignis etiam multis communicatur.

## INSTITVTVM XII.

*Qui in prælio cæsi, an ad sepulturam domum ferendi sint, inspectis corporibus iudicent ipsæ matres.*

12. Cæsi in prælio  
varia se-  
pultura.  
Qui procul  
à patria ce-  
ciderant  
publica se-  
pultura hu-  
mabantur.  
Qui nō pro-  
cul à pa-  
tria cecide-  
rant, domū  
ad sepul-  
crum repor-  
tabantur.

Qui longè à patria occubuerant in prælio, eos plerumque inibi publica sepultura humare moris erat. Id quod videretur tamen aliquo cum discrimine factum, diuisis iis, qui cæsi fuerant, pro dignitatis ratione in diuersa sepulcra. Ita enim qui ceciderant Lacedæmonij in pugna aduersus Mardonium, tribus sepulcris conditi sunt, Sacerdotes vno, Ciues altero, Serui tertio. At qui non longè à patria cæsi fuerant, eos domum ad sepulturam reportare amicis licebat. Quod tamen non aliter fiebat, volentibus ita matribus, quæ si laudabiliter se gessissent, & aduersa vulnera plura excepissent, quàm auersa. Ita enim de hoc scribit Ælianus lib. xii. cap. xx i. cuius verba latinè reddita, huc adiacere placuit. *Lacedæmoniorum matres, inquit, quotquot audierunt filios suos in pugna cecidisse, abire solebant, & inspicere, vulnera, tam auersis, quàm aduersis corporibus insueta. Et si plura ex aduerso essent facta, exultantes cum graui & seuerò vultu, in patrum sepulcra filios deferrebant: sin alio modo vulnera accepissent, pudefacta inde, & lacrumantes, festinanter & clam discedebant relictis mortuis, ut in communi sepulcro humarentur, aut furtim surreptos in propria sepulcra deportabant. Quod mea opinione ideo in primis factitatum, ut vnusquisque sepulcri auti cupidus, fortius aduersus hostes pugnaret, ne fugiendo vulnus auerso corpore exciperet. Nam hoc timoris indubitatum iudicium, à virtute & fortitudine Spartanorum prorsus alienum, quibus mors potior vilo vel minimo dedecore.*

TABV-



TABVLA SECVNDA CONTI-  
NENS LEGES DE AGRO ET VRBE.

## INSTITVTVM I.

*Sortium numerus idem semper maneat.*

**D**IXIMVS initio quomodo Regionem totam tribuerit Secunde  
tabula.  
Lycurgus in certas sortes, videlicet triginta millium, 1. Institutū  
de seruand  
do sortium  
in m. c. r. o.  
quarum nouem millia ipsorum Spartiatarum facta. Hæ  
fortes vt manerent sanxit Legislator, nec plures earum ad vnum  
aliquem voluit transferri, ne pauciores fierent, vt scribit Plutar-  
chus in Agide & alibi. Sed nec licebat per partes secando, ita in  
plures sortes diuidere. Quod docuisse videtur Heraclides de  
Politiis, vbi ait: *νενομιάται τῆς ἀρχαίας μοίρας ἐδεδέχθησαν*. Ita enim  
hoc accipio, vt in minores & plures partes tribuere veteres  
fortes non permissum fuerit. Contigit tamen posterioribus Que lex  
posteriorib.  
temporibus  
labefacta-  
ta est.  
temporibus, vt lex ista labefactaretur, & penes paucos sortes  
omnes essent. Nam idem Plutarchus scribit, vix ex septingen-  
tis, post multa bella reliquis ciuibus, centum agrum & sortem  
habuisse. Et Aristoteles ait lib. 11. Sortes redactas ad mille tan-  
tum possessores. Deinde etiam multa sortium ad mulieres tra-  
ducta sunt, vnde magna earum in Repub. extitit potentia, vt ait  
Plutarchus. Aristoteles ait ex quinque partibus totius Regionis  
duas factas esse mulierū. Ex hac itaque mutatione sortium mala  
complura in Rempub. inuenta. Quibus Agis Rex occurrere vo-  
lens, veterem Lycurgi legem conatus est reuocare. Quod vt fa- Eam Agis  
studet reuo-  
care.  
cilius obtineret, ipse suas facultates in mediū contulit, matrē-  
que scēminam locupletissimam, vt idem faceret precibus impu-  
lit. Ac extat Rhetra eius super hac re ad populum lata, apud Plu-  
tarchum, cuius hæc capita inter alia sunt: obæratis æs alienum  
remittatur: Ager omnis diuidatur: Quod intra Passenem vallē,  
Taygetum, Maleam, & Sellasiam in quatuor millia quingentas  
fortes distribuatur: Quod vltra eos limites in quindecim mil-  
lia: Atque hæc finitimis qui arma ferre possunt diuidantur: Qui  
intra istos terminos sunt Spartiatis. Verumtamen hoc non effe-  
cit Agis, sed *ῥεωμοτία* & nouis tabulis introductis, ager non est

H. 3



*Sed re in-  
fecta neca-  
tur ab E-  
phoris.*

*Quorū sum  
pertineret  
lex illa de  
fortibus ser-  
uandis.*

diuisus, impediēte diuisionem Agesilao auunculo, quod ære obrutus, multum tamen agri possideret. Actandem ipse Agis quum Rempub. moribus prauis corruptam, & auaritia imbutam perturbasset, odio expositus potentiorum ab Ephoris est necatus, quum factum Sparta dignum suscepisset, inquit Plutarchus. Talis exitus alios etiam mansit, qui idem tentarunt veteri disciplina iam obsolescēta. Pertinet autem hoc institutum Lacedæmoniorum, ut ego arbitror, in primis ad frequentandam urbem ciuibus. Nam quum sortem eorum quilibet haberet, poterat eò melius subsistere ciuium numerus. Deinde etiam prohibendo hac ratione sortes plures ad vnum deuolui impedire voluit, ne vni alicui diuitiæ affluerent, qui posset potentiam sibi aliquam præ aliis acquirere. Quod postea accidit, quum non seruaretur fortium numerus, ut ex iis quæ diximus intelligi potest.

## INSTITVTVM II.

*Possessiones omnium sint æquales.*

*2. De Pos-  
sessionum  
æqualitate.  
Quorū sum  
hoc institu-  
tum.*

NON solum erat certus & definitus fortium numerus: sed erant possessiones & agrorum portiones omnibus æquales. Quod in primis conducebat ad Reipub. huius stabilitatem & tranquillitatem. Sicut Plato ait: *ἰσότης φιλότιται ἀπεργάζεσθαι*. Vnde Leon rogatus, quam in vrbe aliquis habitaret tutissimè, Respondit: *ubi æquales omnium ciuium possessiones essent, plurimumque haberet virium iusticia, minimum iniusticia*. Itaque æqualitas bonorum instituto Lycurgi potissimum quaesita, ut supra ostendimus. Testatur hoc manifestè Polybius lib. vi *πῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων πολιτείας ἴδιον εἶναι φασι, ὡς ἴσων μὲν τὰ δεξιὰς ἐργαίης κτήσεως, ὧν ἴδενι μέτεσι πλεῖον, ἀλλὰ πάντας τὰς πόλεις ἴσων εἶναι διὰ τῆς πολιτικῆς χάριτος*. Id est, *Reipub. Spartanæ hoc proprium esse aiunt, quod de fundorum possessionibus constitutum, ex quibus nemo altero plus tenet: sed oportet inter omnes ciues, ex æquo Reipub. regionem diuisam esse*. Idè docuit Iustinus lib. ii. vbi ita de Lycurgo ait: *Fundos omnium æqualiter inter omnes diuisit, ut æquata patrimonium neminem potentiorum altero redderent*. Sed tamen hanc æqualitatem non admodum obseruatam fuisse putat Isocrates, qui in Panathenaico scribit, Lacedæmonios non æqualiter agrum diuisisse: sed multitudini deterrimam

*Æquali-  
tas illa non  
bene obser-  
uata.*



terrimum partem attributam fuisse, unde vix magno labore acquireret, quantum ad vitam sustentandam necessarium. Verum minus hoc verisimile, quippe quod auaritiæ immunes prisca illi Lacedæmonij. Et cōueniebat maximè hæc lex ciuitati omnium maximè libertati deditæ, vbi & in omnibus aliis æqualitas quaesita, vt infra dicemus. Nec scio an non Reipub. huius solius fuerit hæc lex. Exitere quidem in aliis Rebuspub. vt & Romæ, qui possessionibus modum imponere, & quodammodo ad æqualitatem reducere conati sunt: sed agrè obtinuerunt, nec diuturna talis fuit legis obseruatio, cupiditatibus hominum semper in maius crescentibus.

## INSTITVTVM III.

*Emere vel vendere possessiones non liceat.*

**H**anc legem fuisse Lacedæmonijs scribit Aristoteles politico co 11. Quod testatur etiam Heraclides de politijs, qui ait: *πολεὶν γὰρ λακεδαιμονίῳσι ἀπέχον.* Ac necesse fuit talem aliquam poni, quum priores duæ de sortibus aliàs consistere non potuerint. Vnam itaque hanc rationem voluit legislator esse transferendi sortes agrorum, vt hæreditariæ essent, nec vendendo eas alienare liceret: filiisque patri vt succederet in fundis, si extaret aliquis, quemadmodum scribit Plutarchus. Quod etiam obtinuit vsque ad Epitadeum quendam, qui Ephorus factus contrariam huic aliam Rhetram obrogauit. Qua de re hæc sunt apud Plutarchum. *Vt Ephorus, inquit, fuit vir factiosus quidem, sed praefractus & acerbis moribus, Epitadeus nomine: simultate ei cum filio exorta, Rhetram promulgauit, ius vt cuique esset hæreditatem suam & sortem cuiuscunque vellet inter viuos donandi: & relinquendi testamento.* Quamuis Aristoteles indicare videtur, veterem legem fuisse, qua testamento relinquere cuius possessiones liceret. Ac tolerari hæc lex antiquitus facile poterat, quum nec pecuniæ copia esset, nec vfus diuitiarum: sed omnia quàm fieri poterant maximè ad communicationem mutuam referebantur. Porro consentit quodammodo cum hoc instituto Lacedæmoniorum lex Iudæorū, quæ vetabat agros assignatos à tribubus & familijs auelli, reuocabatque eos ad iustos possessores post annos legitimos termi-

3. De non emendis aut vendendis possessionibus.

Lex Iudæorū de possessionibus non auellendis à familiaribus.

H 4



no Iubilæi comprehensos. Qua ex causâ extra familiam etiam nubere non licebat, ne possessiones ad alios transferrentur, vt in sacris legibus refertur. Aliæ Respub. quæ huiusmodi institutis conformatæ non sunt, talem legem non ferebant. Et lex Iudæorum non verat prorsus alienationem, sed tempus tantû præfinit.

## INSTITVTVM IV.

*Qui Institutis se submittit peregrinus, particeps sortis fiat.*

4. De Ciuitate donatis ad sortium participatione receptis.

**Q**uius ciuitatis consequerentur peregrini, ad sortium participationem etiam vocabantur. Requirebatur tamen hoc, vt disciplinam Reipub. non repudiarent. Id instituisse etiam Lycurgum, auctor est Plutarchus institutis Laconicis, vbi hæc scribit: ἐνιοὶ δὲ ἔφρασαν ὅτι καὶ τῶν ξένων, ὅς αὖ ὑπομείνῃ ταύτῃ τῶν ἀσκησίων τῆς πολιτείας, καὶ τὸ βέλγημα τῆς λυκούργου, μετέιχε τῆς ἀρχίδου διετεταγμένης μοίρας, πωλεῖν δὲ ἐκ ἐξέω. Id est, *Aliqui inquirunt eos quoque peregrinos, qui institutorum Reipub. exercitationem paterentur, ex Lycurgi sententia portionis ab eo constitutæ participes fuisse: sed hanc vendere nō licuisse.* Qua autem ratione ad fortes agrorum peruenire poterint, facillè intelligitur, videlicet si vel connubio eas acquirerent, vel amicorum testamento caperent. Nam id licuisse suprâ dictum. De seruis manumissis, quid statui debeat, non patet. Mea sententia est, ad fortes eos non venisse: sed potius aliò missos vel in colonias, vel ad opificia, & viliorum artium opera redactos, quibus in seruitute assueuerant.

Sortes agrorum quomodo perceptorum peregrini.

## INSTITVTVM V.

*Sparta muros non habeat.*

5. De muris Sparta non cingendis. Prior huius instituti ratio.

**H**uius instituti duplex ratio reddi potest. Nam vetando legislator urbem muris circumdari, in primis virtutem animis accendere voluit. Hac enim potius fidendum censuit, quàm muris & fossis. Id indicatur verbis Lycurgi, quibus ait urbem nō carere munitione, quæ viris non lateribus cincta esset, vt est apud Plutarchum vita Lycurgi, & in apophthegmatis. Atq; huc pertinet etiam, quod apud Senecam suatoria I. I. fingitur dicere declamator nomine Laconis. Non est Sparta, inquit, lapidibus circumdata. Ibi muros habet, vbi muros non habet. Deinde voluit etiam Legislator hanc legem constituens, ne ex aris & focus  
Sparta-



Spartani contra hostes dimicarent : sed ut arma potius extra fines suæ regionis efferrent. Quod & semper factitatum à Lacedæmoniis , nemine ante Epaminondā annis ferè sexcentis ipsorum agros incurfante, ut est apud Plutarchum in Agefilao. Quò facit Apophthegma. Nam dicenti cuidam Atheniensī, Nos quidem vobis à Cephiso pulsīs sæpenumero institimus, Respondit Antaclidas: At nos vobis nunquam ab Eurota. Cui sunt confimilia alia, quæ idem probant. Quin semper Lacedæmonij vt ignavos despiciabant eos, qui muris ciuitates cinxerunt. Agefilaus monstrante ei quodam vrbis alicuius muros validè extructos, & quærente pulcros ne eos iudicaret? Respondit: Ita per Deos, inquit, sed non vt viri, verum vt mulieres intus habitent. Et Panthoëdas monstrantibus quibusdam murum probè munitum, eúmque commendantibus, Respondit: pulcrum esse Gynæceum. Hæ itaque causæ Spartanis non exstruendi muros, vnde illi animis confidentiores. Sicut est consentaneum, patentes vrbes habere, id animorum fiduciam in habitatoribus excitare. Meminit huius instituti Epictetus apud Stob. vbi hæc præclara eius extat sententia : *εὶ θέλεις τὴν οἰκίαν οὐ οἰκείσθαι μίμρον τὸν σαρπάτῳ λυκοῦρρον. Ὅν γὰρ τρόπον ἔτις ἐ τείχεσι τὴν πόλιν ἔφραξεν, ἀλλ' ἀρετῇ τοῖς ἐνοικοῦντας ἀχύρσσει, καὶ διαπειντὸς ἐπήρησεν ἐλευθέραν τὴν πόλιν ἔπει καὶ σὺ μὴ μεγάλλω ἀλλῶ πείβαλλε, καὶ πύργους ὑψηλοῦς ἀνίστα, ἀλλὰ τοῖς ἐνοικοῦντας δυνοῖα καὶ πίσει, καὶ φιλία σήειζε, καὶ ἔδει εἰς αὐτὴν εἰσελθούσεται βλαβερόν, ἐδὲ ἀπὸ τὸ σῦμπαν τῆς κηκίας ἀρξάξῃται σίρος.* Id est, *Si domum curis benè habitari, Lycurgum Spartanum imitare. Sicut enim ille non muris urbem munit, sed virtute ciues instruxit, & urbem perpetuò liberam conseruauit: ita & tu quoque non magnum vestibulum circumda, nec turres altas erige: sed potius inhabitatores beneuolentia, fide & amicitia confirmes. & nihil noxia domum ingreditur, ne si vniuersa quidem malitia turba ingruat.* Apud Tzetzem de eodem hi sunt versūs:

Πάλα μὲν σαρπάται, καὶ γῆν τῆν λακίωνων  
 Κάλλιστα λογιζόμενοι σφῆτῆ δαenoία  
 Ὡς ἄνδρες φύλακες τειχῶν, ἐ τῆν ἀνδρῶν τὰ τείχη,  
 Τοῖς ὀπλοῖς, καὶ τοῖς σώμασι, ταῖς μάχαις ἐπυργουῖτο,  
 Τὰ τείχη δὲ τῆν πόλεων πολλάκις παρηγεῦντο,



Μὴ ὡς θάρρους ἐπ' αὐτοῖς, ρασώνων χῶσιν ἵπλων.  
 Quæ ad verbum ita interpres reddit:

*Olim quidem Spartiæ, & genera (progenies) Laconum  
 Optimè ratiocinati sapienti cogitatione,  
 Quod viri custodes murorum, non virorum muri,  
 Armis atque corporibus, pugnis turres fabricabant,  
 Mœnia autem urbium sæpe despiciebant:  
 Ne forè fidentes in ipsis quietem haberent armorum.*

Meminit & Claudianus Panegyri in quattum consulatum Honorij his verbis:

--Sic arripotens Lacedæmon

*Despexit muros, rigido munita Lycurgo.*

Item libro de Manilij Theodori consulatu vocat hac de causa Lacedæmona nudam, de Lycurgo ita loquens:

*Ciuius & vetitis ignauo credere muro,  
 Tutius obiecit nudam Lacedæmona bellis.*

Sicut & Quid. lib. x. Metamorph. ea de causa immunitam Sparten dicit. Sed de hoc etiam aliquid supra diximus.

#### INSTITVTVM VI.

*Domus non nisi serra & securi extruantur.*

6. De domorum extruclione, in quibus sumtuosa & exquisita struclura pro hibetur.

**V**oluit legislator Dominum domui esse ornamento, non domum Domino. Itaque vetuit sumtuosam & exquisitam structurarum magnificentiam & ornatum. Plutarchus ait vita Lycurgi Rhetram vnã hanc fuisse, ita scribens: ἐτέρα δὲ πάλιν καὶ τῆς πολυτελείας, ὅπως οἰκία πᾶσα τὴν μὲν ὀρθρῶν ἀπὸ πελίκου εἰργασμῶν ἔσῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πελειῶνος μόνῃ, καὶ μηδενὸς τῆρ' ἄλλων ἐργαλείων, id est, Altera (Rhetra) aduersus luxum, vt quavis domus fastigium securi haberet fabricatum, fores serra: nec alio instrumento ullo.

Huius institutis ratio.

Huius autem instituti rationem reddidit ipse Lycurgus luculentam satis hoc suo apophthegmate. Nam sciscitantibus quibusdam, cur ad fastigium domus faciendum solã securi, ad ianuam sola serra vti, nullòque alio instrumento permisisset, respondit: *Vt ciues mediocritatem seruent in omnibus, quæ in domum inferunt, neque eorum quicquam possideant, quæ ab aliis magni fiunt.* Quam rationem legislatoris illustrioribus aliis verbis declarat disertissimus & lo-

cuple-



cupletissimus auctor Plutarchus vita Lycurgi ita scribens. Quod dixisse de mensa sua Epaminondam aiunt, tale prandium non capere proditorem: id primum in mentem venit Lycurgo, talem domum deliciarum & lauticia haud esse capace. Neque tam sui ineptus vel amens ullus, ut in penates humiles & vulgares, lectos argenteos instructos fulcris stragula purpurea, aurea pocula, & eum qui hæc comitatur inferat splendorem: sed comparandus est & æquandus edificio lectus, lecto vestis, huic reliquus cultus & apparatus. Hæc ille. Quare etiam contemptui habuerunt frugi illi veteres Lacedæmonij aliorum quorumcunque ædificiorum splendorem & ornatum. Leotychidas maior Corinthi cœnans, quum fastigium ædiuui magno sumtu structum & laqueatum cerneret, rogasse fertur hospitem, num in ea regione arbores nascerentur quadrangulæ: Vnde facile colligitur, ex rudi materia & lignis nihil dolatis, aut fabrefactis domos suas extruxisse Lacedæmonios. Atque hoc institutum respexisse videtur Epictetus istis sententiis:

*Ne tabulis & picturis domum tuam circumda, sed temperantia ipsam depinge. Illud enim alienum & oculorum tantummodo præstigiatio: Hæc verò indelebilis æternusque domui ornatus existit. Item, Operam quidem dare, ut domus incrustata gypso, atque albedine sua resplendens, in admirationem spectantes trahat, hominis est imperiti: ingenium verò commoda familiaritate lustiare, honestatis humanitatisque studium testatur.*

## TABVLA TERTIA DE IVRE CIVIVM.

### INSTITVTVM I.

*Civium numerus sortibus respondeat.*



VANDO QUIDEM fors vna in singula civium capita erat assignata, necesse est convenisse civium & sortium inter se numerum. Initio itaq; sub Lycurgo civium novem millia fuere, quot & sortes. Postea aliquando minor erat civium numerus, sicuti & aliquando haud dubie potuit augeri,

i. Civium numerus sortibus conveniat.



pro vt videlicet vel pax fuit vel bellum, quamuis potius minuebatur. Nam Demaratus oratione ad Xerxem ait: Spartam octo ferè millium virorum, vt est apud Herodotum lib. vii. Quod de ciuibus intelligendum, Aristoteles mille tantum sortes habuisse scribit. Plutarchus tandem redactos Spartiatis ad septingentos ait, vt lege i. superioris tabulæ diximus. Quæ tamen ruentis erant Reipub. & tolerabantur contra instituta vetera inuitis omnibus bonis. Nam mens legislatoris fuit, ciues vt equarent numerum sortium. Itaque si contigit ciuium plures esse, tum verò in colonias deducebantur, quibus quasi exonerabatur Respub. superflua multitudo. Quod ipsum neq; rarum fuit. Nam multæ Lacedæmoniorum colonix, ex quibus has potissimum nos obseruauimus. Tarentini in Italia, Plato, Iustinus, Pausanias: Cnidij in Lycia, Heracleotæ in Sicilia, Herodotus: Lepreatæ, Melij, Thucydides: Cyrenæi, Isocrates: Lycij in Creta, Aristoteles, Pausanias: Locri & Crotoniata in Italia, Iustinus: Magnesia in Asia, Velleius paterculus: Selge, Dionysij Scholiastes, & haud dubiè aliarum plures. Ex quibus facile videre est, non tulisse eos abundare Spartam numero ciuium. Sed vt ingenuè fateamur, hanc legem tam disertis verbis nusquam expressam inuenimus, vti nos posuimus, nihilominus eiusdem sententiæ aliquam fuisse ex iis quæ diximus, constare opinor. Plato certè lib. de Legibus certum numerum ciuium in sua requirit Reipub. atq; hoc minorem, haud dubiè exemplum à Lycurgo mutuatus. Sed quatenus aliis admittenda talis lex suo loco differemus.

#### INSTITVTVM II.

*Infans an tollendus sit, indicent tribules, atque probato sortem inter ciues assignent.*

*2. De infantibus aut exponendis aut inter ciues recipiendis.*

EXpositio infantum omnium ferè gentium fuit, sed & Græcorum plerorumque, exceptis Thebanis, apud quos lege vetitum infantes exponere. Lacedæmonij disciplinam cæteris rigidiores ab hac exponendi consuetudine non abhorruerunt. Nam maximi natu tribules, id est, qui eiusdem erant tribus, allatum ad se infantem, vel probabant si tollendus videretur: vel improbabant, si exponendus. Qui probatus fuerat, ei fors sua assignabatur,



gnabatur, atque ita ciuitatis ius conſequebatur. Qua de re plura ſuprà lib. i. Rationem autem explorandi infantum habitum atque robur, ſcribit Plutarchus in Lycurgo hanc fuiſſe: Infantes, inquit, à ſceminis abluebantur vino non aqua. Quod ideo fiebat, quia comitiales ferunt & morbidos à mero flacceſcere, ſalubres dureſcere & firmari habitu. Sed hæc lex quum videri poſſit aliis inhumana. Lacedæmoniis certè non fuit ingrata, qui in omnibus ad Rempub. potius, quàm ad ſe reſpexerunt.

*Infantes explorandi ratio.*

## INSTITVTVM III.

*Peregrini Sparta non commorentur.*

**P**Eregrini Spartam temerè non adierunt, nec quam diu lubuit, *Lex Eunuariac, vel 3. de Peregrinis quibus Sparta moram tra here non licuit.* ſibi moram trahere potuerunt. Qua de re Proxenis cura erat. Xenophon de Repub. Lacedæmon. Plutarchus vita Lycurgi, & institutis Laconicis, & alij, huius instituti referunt eam fuiſſe rationem, ne aduenæ nulla vtili de cauſa irrepentes in urbem, alius cuius noxæ doctores forent, nève mollicitem, luxuriam, diuitiarum cupiditatem ab iis ciues diſcerent. Atque hæc vna eaque veriſſima huius instituti ratio. Sed Pericles tamen oratione funebri apud Thucydidem lib. i. Lacedæmonios perſtringens huius conſuetudinis nomine vituperat, tanquam hac expulſione hoſpites diſcere vel ſpectare Spartæ aliquid noluerint. Quod tamen non videtur veriſſimile, & reprehèditur meritò à Plutarcho. Qui & in vita Agidis ſcribit, Lycurgum vita & institutis hoſpites potius exegiſſe, quàm peregrinos in ciuitatibus verſantes. Hæc itaque lex illa *ξενιας*, cuius nomine malè audierunt Lacedæmonij: ſicut & Iudæus Iosephus lib. i. cõtra Apionem *in fine*, exiſtimat eos culpa eximi non debere propter hoc institutum *ἀνεπιμύκτου πελιτείας*. Sed quod tantopere vitio dabatur, id meritò an immeritò factum, non dixerim. Herodotus lib. i. iudicare videtur, hanc ipsis conſuetudinem fuiſſe ante Lycurgum. Qua de re iam non diſputo. Fuerunt certè proſus aliis gentibus hac de cauſa inuiſi Lacedæmonij, quod eſſent *ἀεί τοις ξένικς ἀπάνθεοι*, id eſt, *circa hoſpites inhumani*, vt ait Suidas: ſicut e Athenienſes hoſpitalitatis laude apud omnes comendati.

*Lacedæmonij inuiſi propter ξενιας.*

*Athenienſes hoſpitalitatis laude apud omnes comendati.*



εἰς ἀρχὴν δειγμάτων τῶν πολιτικῶν νομίμων ἢ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις, ἥτις ἐπὶ χρηστῆ ξενιλασίᾳ, Λυκούργου τῆ το νομοθετήσαντος· ἵνα μὴ δὲ τῆ ξένων ὀπιμξίας διαφθείετο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἥθος. ὁ τοιοῦτος νόμος πρῶτα μὲν ἀρχὴ Λακεδαιμονίους. Ἀθηναῖοι δὲ τέταρτα καταφρονέσι, τοσοῦτον τῆς ξενιλασίας ἀφεισῶτες, ὥστε καὶ βῆμος ἐλέε πρῶτα παρ' αὐτοῖς· ἕτως ἐτοίμως τοὺς εἰς αὐτοὺς φοιτῶντας ὑποδεχόμενοι, ὅτι πολλάκις διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολῶς καὶ πολεμεῖν ὑπερ' αὐτῶν ἐκώλησαν. Id est, *Alterum exemplum iuris civilis præbet nobis Lacedæmoniorum ciuitas: quæ ex iure quod Lycurgus illis composuit peregrinos expellebat, ne immixtis peregrinis mores ciuium in deterius mutaret corrumpere videretur: Quod ius apud Lacedæmonios magna in veneratione est. At Athenienses penè irrident, qui adeò absunt ab expellendis peregrinis, ut etiam apud eos magno in honore sit ara misericordiæ, & tam officiosè eos qui ad se veniunt, excipiant, ut præ ingenti humanitate pro his sæpe bella gerere non sint veriti. Idem ferè Tzetzes scribit, ponens hac de re tales versus, Chilia: v 11 Hist. cxxx.*

Τοῖς Ἀθηναίοις νόμος ἦν, εἰς δέχεσθαι τοὺς ξένους,

ὄδον καὶ ὠνομάζοντο φιλόξενοι τοῖς πᾶσι.

Τοῖς Λακεῖσι δὲ νόμος ἦν, τοὺς ξένους ἀπελαύνειν.

Id est,

*Atheniensibus lex erat excipere hospites.*

*Vnde & nominabantur amatores hospitum ab omnibus.*

*Laconibus autem lex erat hospites abigere.*

Meminit huius instituti etiam Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum Sermone cxlv. vbi ita ait: ξένοις ἐμβισιῶν ἐκ ἐξέσιν ἢ σπάρτη. Sed hæc omnia ita intelligenda, ut tamen certis quibusdam diebus Spartam adire, ibique commorari hospitibus licuerit. Ita enim Suidas scribit: ἐκ ἐξέσιν ξένων πνὶ ἀεὶ τῆς σπάρτης ὀπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρεσ μὲν αἰς ἡμέρας, Id est, *Non licebat peregrinis quouis tempore Spartam accedere, sed statis diebus.* Quod & verum puto. In festis certè non abigebantur peregrini. Nam apud Plutarchum in Agesilao est, ciuitatem peregrinis refertam fuisse in ludis gymnics, quum nuncius cladis Leuctricæ veniret. Et commendatur Lichas apud Xenophontem i. memorabilem, quod hospitibus, qui in gymnopædiis Spartam accesserant, cœnam præberet. Sicut & Plato in sua Repub. certis quibusdam diebus

*Festis diebus peregrini non abigebantur.*



diebus concedit peregrinis ibi morari. Caterum hanc legem tandem, ut plerasque alias, neglectam & frequentibus exemplis violatam fuisse, scribit idem Xenophon. Et Pericles apud Thucydidem mittendos censet legatos ad Lacedæmonios, petiuros inter alia, ne Atheniensibus, sociisque, ac peregrinis aliis usu suæ urbis interdicerent. Verumtamen per diu mansit Lex, sicut prorsus isti Reipubl. necessaria fuit: neque aliter aboleri poterat, quin unâ cum illa conciderent multæ præterea aliæ, ut ex diligenti collatione intelligi poterit. Romanis non erat multò dissimilis lex Licinia & Mucia, cuius multa mentio, cum aliâs, tum etiam apud Ciceronem, qui eam scribit minus fuisse humanam.

*ἑνωστικὴ  
lex eadem  
neglecta.*

*Lex Licinia & Mucia apud Romanos.*

## INSTITVTVM IV.

*Ciuium peregrè, nisi belli causa, eat nemo.*

**F**Rustra præcedens lex lata fuisset, nisi & hæc adiecta. Nam quorsum opus fuit peregrinos arcere, ne mores ciuium ab eorum conuictu inquinarentur, si ciues ipsi ad exteros commearent, atque inde luxuriæ & reliquorum vitiorum documenta afferrent. Rectè itaq; & Lex constituta, ne ciues temerè ad quasuis gentes, uti libitum commearent. Est autem huius instituti ratio satis aperta & plana, videlicet ne peregrinitatem morum in urbem inueherent peregrinantes. Plutarchus institutis Laconicis: *Ἀποδημεῖν ἐκ Ἑλλάω αὐτοῖς ἵνα μὴ ἑτεροῦν ἔθων καὶ βίωσιν ἀποδεύσων μετέχουσι.* Id est, peregrinari ipsis non licebat, ne aliquos mores peregrinos & inscita vita instituta assumerent. Meminit idem & in vita Lycurgi & apophthegmatis. Ac prorsus Lacedæmonios decuit peregrinitatem nullam asciscere, quod id sine morum corruptela, & legum extrema pernicie fieri non poterat, à quibus solis Reipublicæ salus pendebat. Obseruandum autem quod Isocrates hoc ad viros militares tantum restringit, scribens *μὴδεὶα τῶν μαχίμων ἀλλ' οὐκ τῆς τῶν ἀζώντων γνώμης ἀποδημεῖν.* Vbi ait hoc ab Ægyptiis translatum. Qui locus extat in laudatione Busiridis: Quum Harpocraton tamen contrâ lexico x i i. Rhetorum, dictione *καθετος*, ex Aristotele referat hoc ad quosuis Lacedæmonios pertinuisse:

*4. De Ciuium peregrinatione prohibita, nisi belli causa.*

*Huius instituti ratio.*

*Hoc institutum viro- rum mi- liarium proprium.*



pertimuisse: ὁ Δαισοτέλης, inquit, ἐκ ἐξελυγῶν φησὶν ἀποδημεῖν τοῖς λα-  
 κεδαιμονίοις, ὅτι οὐκ ἐστὶν αἱ ἀλλαν νόμων εἰς φίλοι, τὲ μύθοι Ἰσο-  
 κράτους τοῖς μαχίμοις λέγοντος κωλύεσθαι ἀποδημεῖν, οἱ ὧρὶ Δαισοτέ-  
 λει, τοῖς πάντας λακεδαιμονίους φασίν. Quam magnorum istorum  
 auctorum dissensionem iam non disceptamus, etsi nobis Aristo-  
 telis verior videtur sententia. Meminit huius instituti etiam Ni-  
 colaus de moribus gentium apud Stobæum, qui ait non licuisse  
 ἀσπαρτάτας ξενισθῆναι. Cæterum quod de nihilo hoc institutum  
 non fuerit, documento esse poterit Pausanias, qui diutius patria  
 emanens, & cum Persis congrediens, prorsus eorum moribus  
 accessit, ut tandem patriæ & toti Græciæ seruitutem inducere  
 cogitaret. Ut taceam iam Leonidam, Lysandrum & totum eius  
 exercitum Athenis reductum, totumque exercitum Agesilai ex  
 Asia reportatum, quibus multa vitia diutina extra patriam com-  
 moratio affricuerat, ut tantum non Reipub. perniciem secum  
 aduexerint. Externi itaque mores non admittendi, si saluam ve-  
 limus Rempub. Notus versus ille nunquam satis laudatus:

*Moribus antiquis Res stat Romana vivisque.*

#### INSTITVTVM V.

*Si quis ex ciuibus institutionem puerorum non patitur, iura  
 ciuitatis non vsurpet.*

5. De Pue-  
 torum in-  
 stitutione  
 publica se-  
 renda.

**N**oluit Legislator quenquam ciuium exemptum communi  
 iure, sed omnes potius iisdem legibus subiectos esse. Qui  
 igitur in liberos indulgentior erat, quam ut eos cum reliquis pu-  
 blicæ institutionis disciplina educari pateretur, is ciuium iure  
 excidebat. Plutarchus institutis Laconicis: τῶν πολιτῶν ὅς ἀν μὴ  
 ὑπομείνη τελεῶν τῶν παιδῶν ἀγωγῶν, ἔμπεδον τῶν τῆς πόλεως διατάξεων.  
 Id est, Quicumque ciuium non patitur puerorum institutionem, iura ciuita-  
 tis non participet. Quod non ratione caret. Neque enim videbatur  
 idoneus ciuis futurus, ac cæteris par, qui non pari cum iis disci-  
 plinæ seueritate esset educatus. Et in parentibus ipsis habebatur  
 probum, si ita ignaui abiectione animi essent, ut liberorum a-  
 morem patriæ caritati, legumque patriarum obseruationi ante-  
 ponerent. Omnes itaque in vniuersum ciuium liberi publicè  
 eodem modo educari debebant, ne exceptis quidem Regiis li-  
 beris,

Ratio hu-  
 ius institu-  
 ti.



beris, si à regni successione alieni erant. vt exemplo Agefilai ex Plutarcho supra retulimus. Nam qui ad regnum educabantur, iis legis huius venia dabatur. Qua de re etiam ante dictum est.

## INSTITVTVM VI.

*Nisi qui ciuis sit, & quidem optimo iure, nemo publicum munus gerat.*

**P**eregrini magistratus non capiebant: in ciuitatem asciti, vt in reliquis participabant, ita & ius gerendi magistratus consequuebantur. Tyrtaeus poeta dux Lacedaemoniis fuit aduersus Messenios, sed prius ciuitate donatus. Plutarchus Apophthegmatis. *Pausanias* quærenti cur Tyrtaeum poetam Spartani donassent ciuitate? Respondit: *ne vnquam videremur peregrino vsi Duce.* Eodem modo & alij multi, Terpader, Thales, Pherecydes aduenę, quia eadem ac Lycurgus assidue canebant & tractabant, honores habuerunt Sparta eximios, ait Plutarchus vita Agidis. Quod prorsus decuit ita fieri. Nec enim conueniebat libertati Spartanorum, vt ipsis peregrinus dominaretur. Neque item peregrini leges & instituta nosse poterant, secundum quæ imperandum, nisi in Repub diutius versati, & ius vsurpandi ciuitatem nacti. Sententiæ tamen dicendæ ius peregrinos habuisse existimare licet. Nã Chileus Tegeata Ephoris consilium dans, eos in suam adducit sententiã, vt est apud Herodotum lib. vltimo. Nisi tamen & ipse prius ciuis factus, inter peregrinos autem ab Historico relatus, quod non natus ciuis, sed Tegeata. Nec satis erat ciuem esse, qui magistratum vel ducatum caperet: sed oportebat inter ciues primarum classium & potioris notę esse. Nam nimio quantum pauperes à publicis muneribus erant remoti, vt supra ex Aristotele retulimus. Quod etiam in multis aliis Rebus pub. obtinebat, in quibus per quam tenuis fortunæ qui essent, Rempub. nongubernabant.

*6. De muneribus publicis à peregrinis non vsurpatis.*

*Fuit institutio.*

*Peregrinos habuisse sententiã dicendã.*

*Pauperes à publicis muneribus remoti.*



TABVLA QVARTA DE  
LEGIBVS CONNVBIALIBVS.

INSTITVTVM I.

*Spartanorum nemo caelebs viuat.*

1. A cōn-  
uio abstinē  
tibus indi-  
citur pœna.



Pœna in  
cœlibes qua  
drupl. x.  
Prima pœ-  
na in cœ-  
libes.

Secunda  
pœna.

Tertia  
pœna.

Quarta  
pœna.

VI vita accepta à natura, alteri vitam tradere recusat, iniurius est, & naturæ ingratus. Non enim ei satisfacit, mutuum quod accepit reddens Hoc videns Legislator sapientissimus, iussit ciues suos omnes liberis operâ dare. Quod si qui verò à coniugio abhorrebant, eos propòsita pœna extimulabat. Erat autem hæc pœna in cœlibes quadruplex. Prima, quod media hyeme circumducebantur cœlibes per forum vestibus spoliati. Ita enim Plutarchus Lycurgo de his ait: τὴ χειμῶνος οἱ μὲν ἀρχόντες αὐτοῖς ἐκέλευον ἐν κύκλῳ γυμνοῖς περιέναι τὴν ἀγορὰν, Id est, *Bruma ex magistratum edicto iubebantur (cœlibes) forum vestibus spoliati obire.* Secunda pœna, quod in se probrum ipsi ingerebant, cantilenam de pœna sua concinentes. Plutarchus eodem loci: οἱ δὲ περὶόντες, inquit, ἦδον εἰς αὐτοὺς ἃ δὲ πῶς πεπομπὴν ἔδειξεν, ὡς δίκαια πάροισιν, ὅτι τοῖς νόμοις ἀπειθεῖσι, Id est, *Qui ita circumcubant, accinebant in se cantionem compositam, qua facebantur se iusta pati, quod legibus non parere.* Tertia pœna quod excluderentur à spectaculis gymnics, vbi virgines nudæ decertabant. Plutarchus apophthegmatis: εἶρξας δὲ τοῖς ἀγάμοις τῆς ἐν ταῖς γυμνοπαιδείαις θεᾶς, καὶ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, πολλὰν ἀπονομίαν ἐποίησεν τῆς παιδοποιίας, Id est, *Ludorum nudorum spectaculo interdicens cœlibibus. addensque ignominiam, accuratè prouidit, ut ciues liberi procreandis operam darent.* Quod & vita Lycurgi refert. Quarta pœna erat, quod honore Senibus debito itidem priuarentur. Plutarchus apophthegmatis & vita Lycurgi: τιμῆς καὶ θεραπείας τῶν νέων ἀποστερουμένους παρέχον, ἐπέεγοντο, Id est, *Honore & cultu quem iuuenes Senioribus exhibent, priuabantur.* Quapropter non est reprehensum, quod iuuenis quidam Dercyllidæ accedenti, Duci inprimis inclyto, exprobrans ἀτεχνίαν, de sede sua non cederet: *Neque tu mihi, inquit, cum qui cessurus sis, sustulisti.* Talis itaque illa δὴν ἀγάμια, cuius



cuius mentio apud Pollucem lib. 111. Atque hoc ἑπιτήμιον ἀγαμίμου, de quo est apud Clementem Alexand. secundo Stromat. & Plutarchum vita Lyfandri in fine.

## INSTITVTVM II.

*Matrimonia omnia legitimo tempore contrahantur.*

**N**Oluit Legislator ciues suos cœlibes esse, nec tamen permit-  
 tit cuiuis, quo vellet anno ætatis, vxorem ducere. Annus  
 autem qui fuerit non inuenio. Si diuinandum est in re obscura,  
 fuerit mea sententia, is paulo vltra illum annum, quo inter viros  
 re ferebantur, qui erat ætatis trigessimus. Sicut & apud Platonem  
 is annus præfinitus coniugiis. In fœminis autem minor, nec for-  
 tẽ citra vigesimum. Certẽ leges ad vtrosque pertinuisse viden-  
 tur: & auctores consentiunt, tum matrimonia Lycurgum suis  
 concessisse, quum corpora essent adulta, & ætate satis corrobo-  
 rata. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: *πρὸς δὲ τοῦτοις  
 καὶ ἀποπαύσας τὴν ὀπίωτε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἀγαδοῦ, ἕταξεν ἐν  
 ἀκμαῖς τῆς σωμάτων τοῦ γάμου ποιείσθαι, καὶ τὸ το συμφέρον τῆ δὲ γε-  
 νεῖα νομίζων.* Id est, Potestare adempta ne singuli vxores ducerent,  
 quum ipsis lubitum esset: iussit dum vigerent corpora, matrimonia contra-  
 herent, idque ad rectam procreandi rationem conducere putabat. Cum  
 quo conuenit etiam Apophthegma Lycurgi. Nam interrogatus  
 cur tempus ineundi matrimonij vtrique sexui constituisset, Re-  
 spondit: vt valida nascerentur ex perfectis corporibus. Sed vt  
 præfinitus annus erat, intra quem vxorem ducere non licebat:  
 ita nec ad prouectam ætatem proferri poterat coniugium.  
 Quare & δὲ ἐπιτήμιον ἀγαμίμου erat, cuius etiam meminit Pollux &  
 Plutarchus, itẽmque Clemens loco iam citato secundo Stro-  
 mat.

2. De Ma-  
 trim. 10. 107.  
 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Πᾶσα ὀφεί-  
 λει γαμῖν.

## INSTITVTVM III.

*Coniuges vt sint quodammodo inter se pares, provideatur.*

**T**Am sancta fuẽre coniugiorum iura, vt lex etiam require-  
 ret diligentem circumsp̄ctionem in eligẽda tori conforte.  
 Nec enim inæqualitatẽ magnam inter coniuges existere voluit,

3. De Coni-  
 ugiis 1. 1. 1. 1. 1. 1.  
 1. 1. 1. 1. 1. 1.



*Pœne usq;  
καταμιν.*

*Coniugiorū  
inæquali-  
tas que ha-  
bita fuerit.*

ne inde dissidia orirentur, neve sobotes minus produceretur ab imparibus generosa. Quamobrem erant & κακαγαμιν δίκαι, ut est apud Pollucem & Plutarchum. Et si Iosephus lib. II. contra Apionem, Lacedæmonios accusat ὀλιγαρίας ὡς ἐπὶ τοῖς γάμοις. Antea diximus Agidem multatum ab Ephoris, quod pusillam uxorem duxisset, quæ Regulos non Reges gigneret. Visum est impar coniugium, quod contrahentes statuta essent impares. Quæ exigua quædam inæqualitas. Maior autem inæqualitas indolis, morum, virtutis & roboris, quæ fortè idcirco magis etiam pœnæ obnoxia. In diuitiis certè non est reputata inæqualitas, neq; earum ratio in coniugiis habita. Itaque qui fidem dederat Lysandri filie, comperta post mortem patris eius paupertate, quum sponsonem factam irritam facere conaretur, ab Ephoris eo nomine punitus est. Neque enim Laconicæ integritatis existimarent, vel Græci animi, mortuo amico gratiam non præstare, & pactis fidèque diuitias potiores habere. Qua de re est apud Plutarchum in Lysandro, & Ælianus lib. VI. cap. IV.

#### INSTITVTVM IV.

*Qui tres genuerit liberos à custodia munere liber sit, qui quatuor ab omnibus oneribus.*

*4. De præ-  
miū propo-  
sitiū eis qui  
ciuitatem  
prole au-  
xissent.*

Sicut pœnæ constitutæ erant in cœlibes, ac serò vel perperam matrimonium contrahentes: ita præmia eis proposita qui ciuitatem prole auxissent. Aristoteles politico II hanc Spartiatis legem fuisse asserit à Lycurgo datam, qua exsuscitaret ciues ad procreationem sobolis numerosioris: βελόμνος ὀνομαδέτης, inquit, ὡς πλείους εἶναι τοὺς ἀαρπάτας, παράγεται τοῖς πολίταις ὅτι πλείους ποιείδεται παῖδας. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος τὸν μὲν γηνησάντα τρεῖς υἱοὺς ἀφευρεῖν εἶδ' τὸν δὲ τέτατον ἀτελεῖ πάντων, Id est, volens legislator quamplurimos esse Spartiatis, impellit ciues ad plurimos liberos procreandos. Est enim ipsis lex, eum qui genuerit tres liberos à custodia onere immunem esse, vel præsidij gratiam habere: Eum qui quatuor, ab omnibus oneribus liberum esse. Quæ lex relata est etiam ab Æliano lib. VI. variæ historiæ cap. VI. Quamuis is aliquantulum variat. Nam quod apud Aristotelem est quatuor liberorum parentibus tribui immunitatem, eam Ælianus quinque liberis concedi ait.

Con-



Conueniunt autem cum hac lege quodammodo iura Romanorum.

## INSTITVTVM V.

*Virgines sine dote nuptum dentur.*

**S**uperioribus prorsus est consentanea hæc lex, ne dos in coniugibus respiciatur. Nam si dos spectetur, cœlibatus non vitari poterit, eruntque quædam mala, quædam fera coniugia, ut mittam alia absurda contra leges, quæ vitari non poterant. Verum itaque dotis dationem à legislatore sublatam fuisse, virtutemque solam, cum generosa indole & bene compositis moribus, pro dote eum esse voluisse. Quamuis apud Aristotelem est, mulieribus amplas fuisse datas dotes. Ælianus lib. v. i. paucissimis verbis hanc legem concipit, scribens iussisse Lycurgum *ἡμῶν ἀδοξίκοις*. Ratio autem huius legis reddita ab ipso apud Plutarchum in Apophthegmatis. Nam interrogatus cur virgines sine dote nuptum dari iussisset, Respondit: ne vel ob inopiam aliquæ manerent innuptæ, vel propter opes expeterentur, sed quibus in mores puellæ intuens, virtutem in delectu sequeretur. Iustinus huius legis vim & causam in alia re collocat. Ita enim scribit lib. i. i. *Virgines sine dote nubere iussit, ut uxores eligerentur, non pecuniæ; seueriusque matrimonia sua viri coerceret, quum nullus dotis frenus tenerentur*. Vtrumque horum haud dubiè respexit legislator. Certum enim sublatis dotibus virtuti in coniugiis magis locum esse, & insolentiam muliebrem minui, si dote pecuniaria careant. Notum quid hac de re Iuuenalis Satyra v. i. scribat, vbi inter alia mulierum etiam ex dote superbiam perstringit.

## INSTITVTVM VI.

*Uxores raptu ducantur, & à pronuba adornentur.*

**U**xores quidem rapiebantur ex hoc instituto, non tamen prorsus inuitæ, neque inuitis parentibus: sed iam antea patæ & sponsæ, ut existimo. Neque enim aliter conueniebat, ne naturæ leges transgredierentur, & multas dissensiones, odia intestina, infinitas cædes concirent rapientes. Quod prorsus contra coniugij finem. Erat nihilominus raptus secundum legem

5. De dote non querenda in virgibus.

Ratio huius instituti.

6. De uxore raptu, non tamen inuito.



vsitatus. Ita enim Plutarchus Lycurgo : ἐγάμου δὲ δὲ ἀρπαγῆς ἔμνεσθαι ἐδὲ αἰώρου πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἀμωζῶσας καὶ πεπαιγένας, Id est, uxores ducebant rapti, non pusillas atque immaturas, sed adultas & maturas. Quæ postrema addit, vt intelligatur non fuisse raptum tantum imbecilliorum, sed etiam adultiorum & robustiorum.

*Ratio huius vsitui*

Pertinere autem legem eò existimo, vt assuefierent Spartani in hoc, sicut in reliquis ferè omnibus raptui. Deinde conueniebat quodammodo hoc verecundiæ muliebri, vt ad tam familiarem conuictum cum viro, non nisi raptæ perducerentur. Ac fortean etiam boni ominis existimabant vxores sibi rapere, sicut Romani Sabinas rapientes. Porro ornatus sponsæ qui fuerit, docet idem Plutarchus Lycurgo. Raptam, inquit, abducebat pronuba, capillos eius cute tenus circumtondebat, inde tunica virili, & calceamentis induebatur, tum in toro sine lumine sola collocabatur. Quæ quamuis ridicula videri possunt, habebant tamen peculiarem suam significationem, vt ego opinor. Rasura status quasi mutationem designabat, vt cogitaret sponsa se in aliam domum migrare, dominumq; idcirco commutare, aliisque moribus viuendum esse. Vestis virilis, vel bonorum communicationem notabat, vel fortean sumèdum animum virilem ad certamen venereum. Quod lumen extingueretur, de verecundia commonefaciebat, quæ sola custos pudicitia. Sed de his liberum cuique suum facio iudicium. Id sanè per quam laudabile, quod non voluerit legislator sponsam magnifico & exquisito cultu exornari, sed simplici potius & vulgi ferè in modum.

*Sponse ornatus qui fuerit.*

#### INSTITVTVM VII.

*Nouus maritus furtim ad sponsam accedat, breuique ad suos redeat.*

*7. De pudore virorum circa coniugia.*

Sicut verecundia muliebris superiore lege sanciebatur: ita & viros circa coniugia ingenuum quendam pudorem gerere, hæc lex vult. Non enim facit potestatem sponso, vel nouo marito, commeandi ad sponsam seu nouam nuptam, quando cunque vellet, aut quamdiu libebat commorandi: sed noctu tantum peracta iam maxima diei parte apud cæteros coartaneos, ad quos statim etiam redeundum erat. Quod tam à nouis maritis, quam



quàm etiam sponsis ipsis requirebatur, quod & ipsos, ad sponsas suas sobrios clam ingredi oporteret, itidemque egredi. Ita enim scribit de sponsis Plutarchus: *ὁ δὲ νυμφίος ἔμεθύειν ἔδει θρυπόμενος, ἀλλὰ νήφρων, ὡπερ αἰεὶ δεδαιτυνηκῶς ἐν τοῖς φειδιπείοις παρεισελθὼν, ἔλυε τὴν ζώνην, καὶ μετῴνυξεν ἀεὶ ἀμυδρὸς ὅππῃ τὴν κλίνην. σὺ δὲ τείλας δὲ χροῖον ἢ πολλῶ ἀπῆει κοσμίως, ἔπερ εἰώθει τὸ πρότερον καθύδατον μὴ τῆς ἄλλων νέων.* Id est, Sponsus nouo vino grauius, nec deliciis confectus, sed sobrius quum solito more in Phiditius cœnatus esset, latenter ingressus sponsa cingulum soluebat, eamque tollens in lecto transferebat. Nec longo tempore ibi commoratus, abibat modeste, dormiturius ubi solitus cum reliquis iuuenibus. In nouis maritis id itidem obseruatum docetur ab eodem. Nam de iis intelligenda, quæ post superiora adiungit: *καὶ τὸ λοιπὸν ἕτως ἔπραττε, τοῖς μὲν ἡλικιωταῖς σὺ δὴ μερῶν καὶ συναναπαύεινος, πρὸς δὲ τὴν νύμφην μετ' ὀυλαβείας φοιτῶν, ἀμυδρὸς καὶ δεδουκῶς μὴ τίς αἰδοίτο τῆς ἐνδον. ἀμα δὲ καὶ τῆς νύμφης ὅππῃ χρωδρῆς καὶ σὺ δουπεύσης ὅπως αὐτὴν ἐν κρητῶν καὶ λανθάνοντες ἀλλήλοις συμπορεύοιντο. καὶ τῆς ἔπραττον ἐν ὀλίγον χρόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ παῖδας χυρέσθαι ἐνίοις πρὶν εἰς ἡμέραν δεῖσασθαι τὰς αὐτῆς γυναικας.* Id est, Deinceps idem faciebat maritus, ac transigebat cum coetaneis dies & noctes. Ad sponsam presèd commeabat cum pudore & metu, ne quis ex familia perciperet, unâ machinante sponsa & oportunitatem suppeditante, quòd tempore insidiis aliis congregarentur. Neque verò ad modicum temporis ita agebant, sed aliqui etiam liberos prius tulerunt, quam viserent uxores suas interdū. Ita legislator pudorem virilem limitibus hisce circumscribere voluit. Sed præterquam quod pudoris esset hoc <sup>Huius instituti causæ.</sup> institutum, vt intelligi potest ex iis quæ diximus, iudicat ipse Lycurgus etiam id ad alia multa conducere, vt explicat hoc apophthegmate. Nam miranti cuidam cur nouo marito concubitu cum sponsa interdixisset, ac iussisset eum maiorem diei partem, totamque ferè noctem cum æqualibus degere, cum sponsa autem furtim & cautè congregari: *Εὐ, inquit, hæc tendunt, vt validi corporibus manean, neque satietas incessat, & amor semper sit recens proleaque eorum valida.* Quæ causæ etiam adducuntur loco superius adducto ex vita Lycurgi. Meminit huius instituti etiam Xenophon, qui ferè easdem rationes adfert, sic scribens: *ἐπὶ γὰρ μὲν γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι, ὅρῳν τινὲς ἄλλοις τὸν προῖον τῆς χροῖκος ἀμέτρως*



ταῖς γυναιξὶ συνόντας, καὶ τούτῃ τ' ἐναντία ἔχων. ἔθνη γὰρ αἰδ' εἶδαι μὲν εἰσὶν τὰ ὀρθλιῶν, αἰδ' εἶδαι δὲ ὄξιοντα. ἔτι δὲ συνόντας, πεποιητέρος μὲν ἀγάγη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐρρωμυέστερα δὲ γήγειται εἰ τι βλαστῆνοιν ἔτι μᾶλλον εἰ ἢ ὄξιοι ἀλλήλων εἶεν. Id est, iam ubi ad virum dicit mulier, quod alios videret initio præter modum cum vxoribus consuescere, hac etiam in parte quiddam diuersum statuit. Nam sanxit pudore virum præpediri debere. quo minus ad vxorem vel accedens, vel discedens ab aliis conspiciatur. Hoc modo si consuescant, maiori eos desiderio teneri necesse est, & foetus si quos procreent fieri valentiores, quàm si fatietas inter eos irreperet. Erat itaque hoc institutum tum pudoris, tum sobrietatis & castitatis quædam meditatio.

## INSTITVTVM VIII.

*Uxor senis adolescenti à marito dari poterit, qui partum sibi vendicer.*

8. De vxorum communicatio-  
ne, senis cū  
adolescētē.

Ratio hu-  
ius insti-  
tuti.

**H**Æc lex in alia quacunque Repub. videri posset absurda vel profinitio, quam bonæ leges alibi pœna afficiunt. Sed Spartani tamen ab hoc probro alieni, facilèq; id institutū tolerabant, qui tantum ab vxoribus prole requirebant, non voluptatem. Quapropter etiā Reipub. causā non recusabant vxores, quas ipsi imprægnare vel per atatē, vel per inualetudinē non poterant, aliis tradere. Quod eò tolerabilius ipsis factu, quod liberos non sibi ipsis, sed Reipub. procrearet. Nā huc institutum in primis pertinebat, vt ciuitas sobole amplificaretur. Quamuis videri potest etiam eò respexisse legislator, vt cautiores ciues suos redderet in legendis vxoribus, ne videlicet eas ducerent, quas postea aliis tradere necessē esset. Tribuitur autem hoc institutum Lycurgo à Xenophonte lib. de Repub. Lacedæmoniorum, vbi sic scribit: εἴτε μὲν τοῖσι συμβαίη γεραῖῳ νέαν ἔχειν, ὅθεν τοῖσι πηλικούτοις φυλάσσονται μάλιστα τὰς γυναικας, τ' ἐναντία καὶ τέτρα ἐνόμισε. τὰ γὰρ πρεσβύτη ἐποίησεν, ὅποιος ἀνδρὸς σῶμά τε καὶ ψυχὴν ἀγαθὴν, τὸτον ἐπιγρομύῳ τεκνοποιήσασθαι. Id est, quod si usu veniret, vt vetulus iuuenem vxorem haberet, quia complures esse, qui vxores diligentissimè obseruent, videbat, etiam hac in parte contrarium quiddam statuit. Iussit enim, vt senex cuiuscunque viri animum & corpus admiraretur, eo ad vxorem adducto, sobolem



*sobolem susciperet.* Plutarchus Lycurgo idem tradit verbis nō minus elegantibus quàm Xenophon τοσαύτω, inquit, τοῖς γάμοις ἐπισησας αἰδῶ καὶ τάξιν, ἐδὲν ἥτιον ἐξέβαλε τῶ κενῶ καὶ γυναικῶ δὴ ζηλοτυπίαν, ἐν καλῇ καταστάσει, ὕβριν μὲν καὶ ἀταξίαν πᾶσαν εἰργεῖν ὀπὸ τῆ γάμου, παίδων δὲ καὶ τεκνώσεως κοινωνίαν τοῖς ἀξίοις, κατὰ γελῶν τῶ ὡς ἀμικτα καὶ ἀκοινῶντα ταῦτα μεπόντων σφαγαῖς καὶ πολέμοις. ἐξελῶ μὲν γὰρ ἀδρὶ πρεσβυτέρῳ νέας γυναικὸς εἰ δὴ τίνα τῶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀσάσαιτο νέων καὶ δοκιμάσεν, εἰσαγαγεῖν παρ' αὐτῶ καὶ πλῆσαντα γυναικῶ ἀέρματος ἰδίον αὐτῆς ποιήσαι δαμ τὸ γυνὴ δὲν, Id est, Postquam matrimonio imposuit verecundiam & temperantiam, vanam illam & muliebrem zelotypiam seu emulationem abegit, honestum existimant, petulantiam & confusionem omnem excludere, liberorum verò & procreationis communicationem concedere, improbens videlicet eos, qui hæc velut seclusa & ab communi usu abstracta, cadibus & bellis persequuntur. Nam vivo grandiori natu, cui florens ætate erat coniux si quem probum & honestum carum haberet probaretque, ius erat eam huic iungere, & quum impleta esset egregio semine sibi vindicare partum Hęc ille. Sed ab hæc lege excipiebantur Reges, quorum vxores ab Ephoris custodiebantur, vt suprâ diximus.

*Vxores Reges hac lege excipiebantur.*

## INSTITVTVM IX.

*Uxorem fecundam à marito petere bono viro liceat.*

**E**T hæc etiam lex in aliis Rebus pub. habere non minus absurditatis videri poterat, quàm superior. Vbi enim hoc lex aliqua permisisset, uxorem à marito vt petere liceret? Obtinuit hoc tamen Sparte, Lycurgo itidem institute, vt testantur Xenophon & Plutarchus. Quorum vterque rationem huius instituti aliam reddiderunt. Xenophon enim id eò refert, vt confunderetur eorum orbitati, qui ab vxoribus abhorrebāt. Eius verba hæc sunt: εἰ δὲ τις αὐ γυναικὶ μὲν σιωπεῖν μὴ β'λοῖτο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοῖν, καὶ τὰ το νόμιμον ἐπίσειεν, ἵνα τίνα αὐ δουτεκνον καὶ γυναικῶν ὀρέσῃ, πείσαντα τὸν ἔχοντα ἐν ταῦτης τεκνοποιεῖσθαι, Id est, Quod si quis fœminæ contubernium auersaretur, ac nihilominus egregie sobolis cupidus esset, etiam hoc sanxit, vt quamcunque fecundam & generosam videret, ex ea persuadendo marito, vt liberos liceret ei procreare. Plutarchus autem iudicat magis hoc ad præstantiam sobolis perti-

*ἄ. Aliud institutum de fecundarum vxoribus communicatione.*



nuisse, vt ex lectissima quavis & egregia habita fœmina susciperetur. Ita enim ille super hac re scribit: *ἔτι δὲ πάλιν ἀνδρὶ γῆρας ἔτι δὲ ὑπέκνων πνα καὶ σωφρονῶν θανμάσαντι γυναικῶν ἑτέρω γῆρα μηδὲν, πείσαι τὸν ἀνδρα σωελθεῖν, ὡσπερ ἐν χώρᾳ καλλιῶν ῥῶν φυτεύοντα καὶ ποιῶν κτῆδος ἀγαθοῖς, ἀγαθῶν γυναικῶν καὶ σωφρονῶν ἑσομῶν.* Id est, *E diuerso liberum erat bono viro, si qua ei casta mulier, quæ elegantes pueros ederet cordi esset, agere cum viro persuadendo, vt cum ea congrederetur, atque ita tanquam frugiferum aruum conferere, & gignere liberos probos, qui proborum futuri consanguinei & propinqui esset.* Quod institutum tamen non solum ad ciues, sed etiam ad peregrinos referre videtur Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum. Ita enim ille scribit, *ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ ὄφθαλμοῦνται, ἐν τῶν δευδεσάτων κτετα καὶ ἀσῶν καὶ ξένων.* Id est, *Mulieribus suis permittunt prolem suscipere ex formosissimis, cum ciuium tum peregrinorum.* Porro fontem huius legis ait Plutarchus eum esse, quod legislator vellet liberos non esse priuatos parentum, sed communes ciuitatis. Itaque noluit ex turmalibus, sed ex præstantissimis generari ciues. Vnde reliquos notauit legistatores, vt oppido infulsos & vanos, qui canes & equos ad optimos admissarios agant, idque gratia vel pretio contendant à dominis: coniuges verò inclusas, quas ex solis volunt ipsis parere, custodia sepiant, siue amentes sint, siue decrepiti, siue valetudinarij, quasi verò filij, si ex prauis editi sint, non ipsis præcipuè, in quorum sunt potestate & auctoribus, sint prauis: Et contra probi, eam si nacti originem fuerint. Atque hæc quum ita instituta fuerint, adulterij tamen probro profus caruerunt, quod fierent ea omnia, non voluptatis causa, ad exsatiandam libidinem: sed vtilitatis, ad procreandam multiplicem & generosam sobolem. Adulterium enim Sparta nullum, neque ferè vnquam auditum, quod illic adulterij quisquam damnatus. Memorabile hæc quod de Gerada Spartanò narratur. Nam hospite quodam scienante, quæ esset poena Spartanis in adulteros constituta? Respondit Geradas: adulter, hospes, non inuenitur apud nos. Quo subiciente, quod si inuentus sit? Taurum, inquit, luit ingentem, qui capite traiecto Taygetum, bibat ex Eurota. Obstupescente illo ac licente, quæ existat bos tantus? Ridens Geradas, quæ, inquit, adulter existat

*Ratio huius instituti.*

*Adulterium Lacedæmonie inauditum.*



existat Lacedæmone? Quæ historia extat apud Plutarchum vita Lyncurgi & Apophtegmatidis. Quod si itaque illa ad hunc modum habuerunt, quemadmodum tradunt magni auctores, ut hæc sic vsu obtinuerint, nec tamen zelotypia vel adulterij nota secuta, est quod mirari merito possimus sapientiam legislatoris. Nam instituendo ita animos civium ad vxorum communicationem, iam ferè nihil superesse potuit, quod non commune esset. Et quum hæc vtrò citròque fierent cum benevolentia, quid iam restabat ex rebus humanis, inter quas omnium carissima vxor esse debet, cuius causâ suscipiendæ inimicitia & contentiones? Itaque concordia etiam fuit hoc institutum. Etenim eo obtinente diuortium non necessarium, sicut nec voluntarium diuortium Sparta factum legimus. Qua in re leges Atheniensium, Romanorum, aliorumque minus bene constituta. Nam quod apud Herodotum est lib. v. 1. de Aristone, fecisse eum diuortium: id forte Regi tributum, ex quo desiderabatur filius regnum suscepturus, in aliis non fuisset toleratum.

Diuortia  
Lacedæmo-  
ne iustitia.

Aristonis  
diuortium  
cur toleratum.

## INSTITVTVM X.

*Unam tantum vxorem intra legitimis gradus  
Spartanus ducat.*

Quod Spartanis non licuerit nisi vnâ habere vxorem, ex his liquet, quæ sunt apud Herodotum lib. v. Nam quum retulisset historicus, quo pacto Anaxandrides priori vxori alteram super induxisset, ait tandem hoc Spartanum non fuisse. Verba eius hæc sunt: *μετὰ δὲ γυναικας ἔχον δύο διζαὲ ἰσίας οἷας, ποτέ οὐδαμῶς σπαρτιακή.* Quod itaque apud Clementem est, fuisse apud Spartanos *ἐπιμίμον μονογαμίαν*, eius loco existimo legendum *κακογαμίον*, ne magno auctori Theologus aduersari videatur. Sicut & hæc tria coniunguntur apud Pollucem, *ἀγαμίον, κακογαμίον & ὀψιγαμίον.* Idque eo magis, quia apud Clementem additur etiam *ἐπιμίμον* fuisse *μονοδιαίτησιαν*, qua verita vitæ solitaria. Nisi forte illud velimus intelligere, pœnam constitutam ei qui mortua priore vxore alteram duxisset. Sed prior sententia probabilior. Deinde quod certis gradibus consanguinitatis apud Lacedæmonios constiterint

10. De vna  
tantâ vxore ducenda, intra  
legitimos  
gradus.

Clementis  
locus emendatus.

Gradus  
consanguinitatis intra quos apud Lacedæmonios matrimonium constituitur.



mattimonia in dubium est. Inter ascendentes & descendentes, vt loquuntur, nulla intercessisse coniugia legimus. Inter collaterales tamen cōcedebatur ducere sororem vterinam. Ita enim scribit Philo Iudæus libro de specialibus legibus, quæ pertinent ad duo præcepta Decalogi, sextum & septimum: ὁ μὲν οὖν ἀθηναῖος σόλων ὁμοπατεῖοις ἐφίεις ἀγεῖν, τὰς ὁμομητεῖοις ἐκώλυσεν· ὁ δὲ λακεδαιμονίων νομοθέτης εὐπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογασεῖοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τοῖς ὁμοπατεῖοις ἀπέπειν, Id est, Solon Atheniensis sorores consanguineas seu eodem patre natas concedens ducere, vetuit vterinas: At Lacedæmoniorum legislator vterinarum nuptias admittens, interdixit nuptias consanguinearum. Hic itaque proximus erat gradus. Sororis deinde etiam qualiscunque filiam ducere licuit. Nam Anaxandrides, cuius iam fecimus mentionem, sororis filiam uxorem habuit, vt scribit eodem loci Herodotus. De vltioribus itaque gradibus minus dubitandum.

## TABVLA QVINTA DE VICTVS RATIONE.

### INSTITVTVM I.

*Spartanorum liberi extra fascias rigide cura nutricum  
educuntur.*

i. De puerorum pauperum & diuitum à nutribus educatione.

**V**OLVIT legislator recens in lucem editos infantes, confestim excipere seueritate disciplinæ Laconicæ, vt ab incunabulis assuefieret ad quod nati erant, id est, ad dura quæque & aspera patienda. Itaque sic educabantur sub nutricibus, vt nihil ipsis indulgeretur. Fasciis enim seu inuolucris non illigabantur: sed soluti & nudi seruabantur, & tamen arte quadam membra eorum ad concinnitatem & decus conformabantur. Plutarchus Lycurgo: ἡ δὲ πρὸς τὰς τέρας ἐπιμέλειά τις μὲν τῆς τέχνης, ὡς αὐτὸν ἀναρξάνων ἐκπρεφίσας τὰ βρέφη, τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς εἰδεσι ἐλάττωμα ποιεῖν, Id est, Erat & de nutricibus, cura, vt arte quadam sine fasciis infantes educarent, conformantes eos membris & reliqua specie corporis, ad habitum libero homine dignum. Addit deinde idem auctor, assuefieri etiam solitos infantes, ad facilem

&



& parabilem victum, itémque ad ieiunia, nec non vt intrepidi essent ad tenebras, imperterriti ad solitudinem, & nescij illiberalis morositatis atque vagitus. Heraclides etiam testatur, pueros ita nuttiri, vt citra satietatem cibum eis præbendo ad famem alluefacerent: τρέφουσι, inquit, τὰ τέκνα, ὡς μηδὲ ποτὲ πληροῦν, ἵνα ἐδίξωνται δυνάσται πεινῶν. Scholiastes Græcus Thucydida annotat lib. II recens natos in scuto poni solitos, atq; addi hastam, ac deinde adiici vocem vsitatam, ἢ τὰν, ἢ ὅπι τὰν. Eius hæc verba: δούδ' ὡς ἐτίκτετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεισαν αὐτὸ, καὶ δόρυ πλησίον, καὶ ἐπέβῳαν ἢ τὰν, ἢ ὅπι τὰν. De qua acclamatione infra dicemus. Ex his igitur intelligi poterit, quam rigida fuerit ipsa puerilis educatio, qua & alimentum aliquando negabatur, aliquando in tenebris soli infantes relinquebantur, & tamen hoc patientes vagire & eiulare prohibebantur. Educatio profus virilis, & quæ Spartanos in primis decuit. Atque ita quum edoctæ essent

*Nutrices  
Lacænas  
exteri re-  
quirebant.*

Lacæna fuisse.

## INSTITVTVM II.

*Pauperum & diuitum liberi eodem modo alantur.*

Primò sub nutricibus consimilis erat educatio pauperum & diuitum: Deinde etiam sub magistris publicis idem victus. Vtrobique seuera & rigida viuendi ratio, & durities pro ætatis ratione aïa aliam excipiens. Nec indulgebatur plus diuitibus quàm pauperibus, quippe, vt iam aliquoties diximus, nulla diuitiarum habita ratione. Aristoteles politico IV. cap. IX de pueris Lacedæmoniorum loquens: ομοίως (inquit) οἱ τῶν πλυσίων τρέφονται τοῖς τῶν πεινήτων, καὶ πεδύονται τὸν τρόπον τῆτον, ἐν αὐτῷ δυνάμει καὶ τῶν πεινήτων οἱ παῖδες. ομοίως δὲ καὶ ὅπι τῆς ἐχρημύνης ἡλικίας, καὶ ὅταν αὐτοὶ ἤδην γίνονται τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔδεν γὰρ ἀδελφός ὁ πλεῖστος καὶ ὁ πένης. Id est, Similiter aluntur filij diuitum & pauperum, & instituntur modo hoc, quo possunt pauperum filij. Quod eadem ratione se habet in ætate, quæ sequitur hæc: Et quando viri facti fuerint eodem modo. Nulla enim re distinguitur diuis à paupere. Thucydides etiam initio historiæ suæ scribit, quod πρὸς τοῖς πολλοῖς οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι, ἰσοδίατοι μεί-

*2. De puerorum & diuitum sub magistris publicis victu.*



λιτα κατέστησαν. Idem tradit & Iustinus lib. III. qui ait, neminem epulari opulentiùs, quàm alterum, ne imitatio in luxuriam verteretur.

## INSTITVTVM III.

*Adolescentes saltem carnibus vescantur.*

3. De adolescentium obsonio ne pe. carnibus.

**A**Dolescentibus quidem inter se iidem erant cibi, sed discreti tamen cibi eorum à cibis adultiorum: illis carnes, his pulmentum seu ius dabatur. De quo paulo post. De carnibus iuniorum scribit Plutarchus: μήτε κρεάδης δ' εἶδοσι τοὺς πρεσβυτέρους, ἀλλὰ ὡδὴ χωρεῖν τοῖς νεανίοις, Id est, Carne non indigere seniores voluit, sed concedere iunioribus. Item Iustinus ait, puberes sine pulmento degisse. Solum itaque obsonium Lacedæmoniorum pueris caro, neque vllæ lautitiæ ipsis aliæ. Quare nec piscatores, nec salamentarij, nec cupidinarij, vel vlli gulae aut luxuriæ magistri tolerabātur, sed solummodo carnis coqui. Ælianus lib. XI V. C. VII. ἔδει ὀφθαλμοῖς ἐν λακεδαίμονι εἶναι κρέως μόνα. ὁ δὲ ὡδὴ τὸ ὄπισθ' ἀμυδρὸς ἐξηλαύετο τῆς σάρκους, ὡς τὰ τῶν νοσοῦντων καὶ θάρασα, Id est, Lacedæmone coquos non esse alios quàm carnis licebat. Qui verò præter hanc artem nouisset, eiiciebatur Sparta perinde atque ægrotantium expiationes. Extat de expulsō coco illustre exemplum in Mitheco apud Maximum Tyrium oratione VII.

## INSTITVTVM IV.

*Adolescentes simul turmatim somnum capiant.*

4. De adolescentibus vnâ turmatim somnum capturi.  
Lectos ex qua materia si irararent adolescentibus hyeme & astate.

**A**Dolescentes simul instituebantur, vnâ comedebant, vnâ quoque dormiebāt, prout in classes distincti erant. Quod erat totum quasi militaris vitæ rudimentum. Sed æstate durius, hyeme melius & mollius, quamuis nec tum admodum delicatè. Plutarchus institutis Laconicis: ἐλάθειδον οἱ νέοι ὁμοῦ κατ' ἴλην καὶ κατ' ἀγέλην, ὅπισθ' ἀδάσας αὐτοὶ συνεφέροιν, τὰ ὡδὴ τὰ δευτὰ πεφυκότος καλάμου, τὰ ἀκρα τὰς χερσὶν ἀνὸ σιδήρου κατὰ κλάσαντες ἐν δὲ τῶν χειμῶν τοὺς λεγομένους λυκόφωνας ὑποβάλλοντο καὶ κατεμήγνυσαν τὰς σβάσι, δερμαντικὸν ἔχειν π τῆς ὕλης δοκούσης, Id est, Somnum simul capiebant adolescentibus turmatim & gregatim, in toris quos ipsi sibi fecerant, congerentes arundines in Eurota nascentes, quibus summam



nam partem manibus sine ferro defringebant. Sed hyeme quos vocant Lycophonas substernebant, torisque permiscebant, quod aliquam calefaciendi vim illa materia habere videretur. Non itaque illis alij lecti, quam tōri ex arundinibus & Lycophonis. Quin Iustinus hos ipsos toros etiam eis adimit. Scribit enim lib. III. Statuisse Lycurgum, nihil ut somni causa substerneretur. Sicut & Plato lib. I. de legibus tribuit eis *ἀσχοτάριον*. Voluit itaque Legislator hoc instituto efficere, ut adolescentes paucissimi essent somni, & semper alacres se præstarent ad quævis officia. Ac commendatur eo nomine Agefilaus, quod somno non ut Domino vteretur, sed cum haberet actionibus suis obedientem.

Agefilaus  
somo v-  
sus obediens.

## INSTITVTVM V.

*Omnes impransi ad publica syssitia conueniant.*

**D**iximus quædam lib. I. de Syssitiis seu Phiditiis Lacedæmoniorum, quæ hic repetere nihil attinet. Frequentabant ea, ut ibi scripsimus, quicumque virilis sexus erant, legitimæ tamen ætatis. Qui emanerunt multabantur, ut exemplo Regis Agidis docetur. Liberum tamen domi esse ei, qui sacrificasset & venatus esset. Qui sacrificasset, ut deuotioni suæ vacaret: Qui venatus fuerat, ut quietem caperet. Conuenit autem hoc institutum Syssitorum quodammodo cum conuentibus, qui apud inclytam gentem Helueticorum celebrantur, Sumpht dicunt. Sicut multa alia sunt ipsis inter se similia: Multa Helueticis meliora, ut pote erga exteros longè humanissimi. Caterùm pertinebant hæc Lacedæmoniorum Syssitia eò, ut discumbentes in armis, sicut Helueticj cum gladiis, ad magistratum iussa exequenda parati essent, ut ne priuarim conuenientes contra Rempub. aliquid machinarentur. Ita enim Lycurgus ipse de his sentit, ut est in ipsius quodam apophthegmate. Nam interrogatus cur instituisset phiditia ista, ciuésque ita diuisisset, ut pauci armati simul discumberent, Respondit: ut promptè mandata capessant, & si quid rerum nouarum moliantur, ad paucos id pertingat. Quamuis & hæc causa etiam fuit, ut vitaretur ea ratione luxuria, quæ in publico non tolerata fuisset. Ita enim Iustinus libro tertio. *Connuari, inquit, omnes publicè iussit, nec cuius diuitiæ*

s. De Syssitiis frequentibus.

Syssitorum institutio ratio.



vel luxuria in occulto essent. Quæ ratio etiam probatur Plutarcho, qui ita de iis scribit: ὀπιδέσθαι δὲ τῆ τρυφῆ καὶ τὸν ζῆλον ἀφελέσθαι τὸ πλεῖτον ὄξενονδεῖς, τὰ σασίτια εἰσηγήσασθε. Id est, *ut luxuriam inhiberet, & diuitiarum studium tolleret, syssitia instituit.* Xenophon addit præterea & hanc causam, ut essent syssitia quasi scholæ, quo cōuenientes adolescentes audirent à Senioribus præclara facta commemorari. Erat enim moris, gestorum narrationem audientibus adolescentibus ibi fieri. Xenophontis verba hæc sunt: λυκοῦργος ἐν τῇ πᾶρτη ἀνέμιξε παιδ' ἄεσθαι τὰ πολλὰ τοῖς νεοτέροις ὑπὸ τῆς τῆς γεραιτέρων ἐμπειρίας. καὶ γὰρ δηὲν ἔπιχόμενον ἐν τοῖς φιλιπείοις λέγεσθαι ὅ, τὴ αὐτὴ κελῶς τις ἐν τῇ τέλει ποίηση' ὡς' ἐκεῖ ἦν ἴσαι μὲν ὕβριν, ἦν ἴσαι δὲ παρσνίαν, ἦν ἴσαι δὲ αἰχρ' αὐργίαν καὶ αἰχρ' αὐλογίαν ἐγγίγνεσθαι. Id est, *Lycurgus Sparta sic omnia miscuit, ut iuniores pleraque dicerent à Seniorū experientia. Nam patrio more usitatum erat commemorare in Phiditiis, quicquid in Repub quisque præclara fecisset. Quo fit ut istuc minimè vel atrox iniuria, vel ex vino perulantia, vel factum turpe, vel turpe dictum interueniat. Itaque hæc quasi virtutis officinæ, ubi & corpus cibo recrearetur: ita & animus virtutis studio imbueretur.* De Silëtio cuius in iis etiam commonefiebant, supra diximus. Porro quod impransī accesserint, tradit idem Plutarchus paulo post: παρεφύλαξε δὲ ὡςτε μὴ οἴκοι προδραπνήσαντας ἄξεναι βαδίζεν ὄπι τὰ σασίτια πεπλησυσμύροις ἐτέρων ἐδεσμάτων ἢ πομάτων. Id est, *præcauit etiam leg. stator, ne domi prius liceret cœnare, ac ita venirent repleti cibo & potu ad Syssitia. Nam hoc profus apud eos magnæ erat intemperantiæ, & cum probro coniunctum. Quare etiam non edentem bibentemque secum reliqui culpabant ut intemperantem, ac qui ob mollitiem victus communis esset impatiens, ut idem ait.*

#### INSTITVTVM VI.

*Victus omnibus tenuis sit & viri iure nigro sint contenti.*

6. De victu, qualis senibus qualis iunioribus. **H**uius instituti etiam supra facta est mentio. Conueniebat id autem obseruari, ut tenuis victus esset, aliàs Syssitia non frugalitatis & temperantiæ, sed luxuriæ & gulæ quasi scholæ futura. Sicut videmus iam ferè receptum, ut in conuentibus publicis luxuriæ magis, quàm in priuata vita tribuatur. Quod contra



contra fiebat apud Lacedamonios. Nam cibus eis vt tenuis e-  
 rat, ita in Syffitiis certo modo erat definitus, ac quidem omni-  
 bus a qua mensura. *Ælianus lib. III. cap. XXXIV. ὅτι λάκα σι καὶ*  
*ῥωμαίοις νόμος ἐστὶν, μὴ δ' εἶναι πρὶ ὀφανεῖν, μήτε ἀβύλεται, μήτε ὅσα βέ-*  
*λειται. προσέτατον γὰρ δὲ τῶν ἄλλων σωφροεῖν τοὺς πολίτας, καὶ δὲ*  
*τῆς τραπέζης οὐκ ἦν ἵεσα, Id est, Lacedamonis iuxta ac Romanis lex e-*  
*rat, ne cui licitum esset obsonare quicquid vel quantum ipsi liberet. Nam*  
*quum per alia ciues ad temperantiam reuocare voluerunt, tum non mini-*  
*imum per rationem mensa. Idem docet Xenophon rationem eius*  
*addens, dum ita scribit: ὅτιν γε μὴν ἔταξε τοσοῦτοι ἔχειν τὸν ἀρρε-*  
*να, ὡς ἑαυτοῦ πωλησιμονῆς μὴ μήποτε βαρυώδεσται, τῷ δὲ εἰς δεσφίους δὲ*  
*ζειν μὴ ἀπείρους ἔχειν νομίζων τοὺς οὕτω παιδευομένους, μᾶλλον μὲν*  
*ἀνδρώεσται, εἰ δὲ ἴσθην, ἀσπίσαντας ἐπιπενῆσαι, μᾶλλον δὲ ἀνδρῶν,*  
*ἢ ἀνδραγαθείην, ἀπὸ τῆ ἀπὸ σίτου πλείω χρόνον ἐπιπενῆσαι, ἢ τὸν*  
*δὲ ἀνδρῶν δίδου, ἀνδραγαθίαν πρὸς πᾶν ἔχειν ἕσθημα, καὶ ἰσχυροτέρους*  
*δὲ ἀνδραγαθίαν, καὶ εἰς μικροὺς ἀνδραγαθίαν, τῷ βραδύ τῶν σάματα ποιῶ-*  
*σαν τερφῶν μᾶλλον συλλαβαίνων ἠγίστατο, ἢ τῶν δὲ ἀπὸ πλάττων σιν τῶν*  
*σίτω. Quæ rationes etiam redduntur à Plutarcho institutis La-*  
*conicis. Verborum autem vtriusque auctoris summa huc re-*  
*cidit, primò quod hæc σιτοδεία, seu victus tenuitas instituta*  
*fit, vt esset affluenti ad tolerandam famem, quum ita o-*  
*pus in bellis & alibi, vt nihilominus labores tolerare pos-*  
*sent. Deinde eum vsum habuit, vt obsonio quàm minimo*  
*egerent, & escam quamuis admitterent. Postea profuit et-*  
*iam ad sanitatem parco cibo vti. Tum etiam talem victum*  
*conducere existimarunt ad proceritatem, vt corpora ad agi-*  
*litem potius essent expedita, quàm pinguedine dilataren-*  
*tur. Postremo putabant hoc etiam venustatis esse. Sic A-*  
*gesilaus ipse Rex quum esset, tenui tamen victu contentus*  
*erat, vt scribit de eo Plutarchus. Qui rogatus de causâ tam*  
*tenuis victus, Respondit: se ex tali semente vitæ libertatem*  
*metere. Quæ causâ etsi longius perita, eodem tan en reci-*  
*dit quò priores. Nam qui ita vitam instituit, vt tenuis ei vi-*  
*ctus sufficiat, is haud facillè voluptatibus seruus fit, nec hos-*  
*stibus succumbit. Lysander etiam eodem instituto ed etus*  
*Ionias delicias contempsit, vt est apud Ælianum libro tertio*

*Ratio in-*  
*stitutæ huius*  
*de cuius us*  
*tenuitate.*

K



cap. xx. Quò pertinent quòd Thaliis offerentibus lauticias, eas repudiauit & seruis distribui iussit Agesilaus, addens colentes virtutem non admittere tales gulæ delicias. Aliena enim à liberis esse, quibus serui alliciuntur. Hæ itaque huius instituti causæ de quibus physicorum more philosophatur aliquantum Plutarchus in Lycurgo. Cæterum fuit viris suum obsonium præcipuè in iure nigro situm, quod μέλας ζωμός dicebatur. Testatur hoc Plutarchus Lycurgo, & institutis Laconicis: Ἐπὶ δὲ ἵψων εὐδοκίμει μέλιτα παρ' αὐτοῖς μέλας ζωμός, ὥστε μήτε κρεάδου δεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ ὄψα χωρεῖν τοῖς νεανίσκοις, αὐτοῖς δὲ ζωμοῦ κατατηγμένους ὄσιᾶσθαι, Id est, inter opsonia prima laus erat iuri nigro: quare carnibus non indigebant maiores natu, sed eas permittebant iunioribus, ipsi decuriati iure vescerantur. Nam vt supra attigimus, in classes seu ordines certi numeri distributi recumbebant. Coniicio autem ius hoc nigrum confieri solitum, ex sale, aceto, sanguine & fortè frustulis carniū. Quod indicare videtur illud quod est apud Plutarchum de tuenda valetudine, vbi scribit Lacedæmonios solitos coco ad parandam cœnam sal & acetum tradere, reliqua ex victima iubere petere Quod si verum est, non dissimilis paratur apud nos cibus, qui haud dubiè apud maiores visitior, quum nondum exquisitæ ciborum lautitiæ mensas occupassent.

*Virorum  
obsonium,  
Ius nigrū.*

*Ius nigrum  
ex quibus  
conficeretur.*

#### INSTITVTVM VII.

*Nisi sitis causa nihil bibatur.*

*7. Institutū  
de Potu  
Lacedæm.  
Græcorum  
luxus in po-  
tationibus.  
Pergræca-  
ri unde di-  
ctum.*

**C**Reditum est, Græcos reliquos vino deditos fuisse: Itaque ob luxum & perpotationes malè audierunt. Vnde in ipsorum opprobrium Latini verbum finxerunt pergræcari: sicut & Cicero eos ebrietatis nomine notat. Hoc si ita est, vt de iis qui in magna Græcia vixerunt Sybaritis & aliis, itémque de Græcis Asiaticis non dubitatur, fuerunt certè ab hoc vitio immunes Lacedæmonij. Nam iis non licebat nisi sitientibus bibere. Conuiuia sanè apud eos nulla, vbi computationibus opera dabatur: sed in sÿssitiis suis sicci & sobrij versabātur. Plato lib. i. de Legib. scribit Spartæ legem fuisse, qua Ebrietas, & quæ eam sequuntur, petulan-



petulantia & lasciuia pffigatę erant, ac cōpotationes prohibite. *El'rietas Lacedæm. prohibita.*  
 Ita enim inquit: ἔτ' αὖ ἐπ' ἀγρῶν ἰδοίς, ἔτ' ἐν ἀσεισιν ὅσων σαρπη-  
 ταις μέλει, συμπόσια οὐδ' ὅπυσα τούτοις συνεπέμμενα, πάσας ἡδυνας  
 κινεῖ κατὰ δυνάμιν. Idem etiam testatur Xenophon de Repub.  
 Lacedæmoniorum: καὶ μὲν τῆ πότου δότοπαύσας τὰς οὐκ ἀναγκάσας  
 πόσεις, αἱ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας, ἐφῆκεν ὁ-  
 πότε διψῶν ἕκαστος πίνειν· οὕτω νομίζων ἀβλαβέστερον καὶ ἡδίον ποτὸν  
 γίνεσθαι, Id est, sublati potationibus non necessariis, quæ tūm corpora,  
 tūm animos labefaciunt. potestatem bibendi tantūm fecit, ubi quisque si-  
 taret. Nam hac ratione putabat potum minimè noxium & longè suavis-  
 simum fore. Pertinet huc apophthegma Leotychidæ: Nam in-  
 terrogatus cur paucis potu vterentur Spartani, Respondit in-  
 quiens: Ne aliis de nobis consultent, sed nos pro aliis. Perinde  
 ac sani consilij ratio eis constare non posset, qui non sobriij  
 semper essent. Quare & Cicero Tuscul. 1. 1. ait, Lacedæmonio-  
 rum iuuentutem exerceri esuriendo & sitiendo.

## INSTITVTVM VIII.

*Sine face domum eundum.*

**D**iximus iuniores vnà cubare solitos: sed aduiores domum  
 quisque suam commeabant. Nec tamen ad lumen ince-  
 dere licebat, quacunq; via noctu redeundum esset, verante  
 hac lege. Cuius rationem Plutarchus ait fuisse, vt assuefient  
 in tenebris intrepidè incedere. Ita enim scribit in institutis: *Ratio hu-  
 ius instituti.*  
 πόντες οἱ λάκωνες ἐν τοῖς σασιπίοις μετρίως ἀπίασιν δίχα λαμπρά-  
 δος. οὐ γὰρ ἔξεισι πρὸς φῶς βαδίσειν, οὔτε ταύτην, οὔτε ἀλλήν ὁδὸν,  
 ὅπως ἐδίλωνται σιότοις καὶ νυκτὸς ὀδυροσῶς καὶ ἀδιῶς ὀδεύειν, Id est,  
 Lacones postquam in Syssiis modicè biberint, domum absque face redeunt,  
 Neque enim vel hoc, vel aliud iter, præcunte lumine conficere illis licet:  
 vt in tenebris & noctu audacter & sine vllō metu incedere consuefiant.  
 Quod in vita Lycurgi idē auctor repetit. Xenophon verò po-  
 tius alias causas fuisse autumat, & in primis hanc, vt ea ratio-  
 ne magis vino abstinerent, ne forte lubrico ex vino incessu  
 ad terram inter eundum prosternerentur, quod fax ipsis non  
 præluceret. Eius verba hæc sunt: ἀγαθὰ γε μὲν ἀπεργάζεσθαι  
*A' terra  
 causa.*



καὶ τὰδε ἢ ἕξω οἴκῳ. ὡς πατεῖν τε γὰρ ἀγαθὸν ζοῖται ἐν τῇ οἴκῳ ἀφ' ἑσθίου, καὶ ἔτι τὸ ὑπὸ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ὅτι μελεῖται, εἰδὼτα δ' οὐκ εἰδότερ' ἐδέπνου κατὰ μῦθον, καὶ τῆ ἰρφή ὅση ἡμέρα χερσέων. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ βανῶ τὸν ἐπιέμφορνον ἕξει πορεύεσθαι. Quæ verba nos ita exponimus. Alia præterea bona effecit cœnatio extra domum. Coguntur enim in reditu ambulare. Deinde etiam, quum sciant sibi non manendum ubi cœnarent, tenebrisque in reditu tanquam luce utendum, necesse habent proficere ne vino titubent vel collabescant. Tum verò ad excubias militares obeundas condocentur, in quibus neque cum luce incedere permissum.

## T A B V L A S E X T A D E H A B I T V.

### I N S T I T V T V M I.

*Pauperes & diuites eodem modo vestiantur.*

Sexta ta-  
bula i. In-  
stitutum.  
De vestitu  
pauperum  
& diuitum  
pari.

**S**ICUT victus consimilis erat pauperibus & diuitibus, ita & vestitus. Vtriusque ea ratio, quam supra reddidimus ubi de victu egimus. Hoc autem de vestitu ita obtinuisse testatur Aristoteles lib. i v. cap. i x. Politicorum, ubi quum de victu locutus esset, de vestitu ita ait: καὶ τὸ ἐδῆται οἱ πολλοὶ τοιαύτως, οἷαν ἀπὸς πῶς πικρὰ δάσαι δυνάτο καὶ τῷ πτωχέων ὁσίτω, Id est, vestem gestant diuites eiusmodi, qualem quisque pauperum parare potest. Meminit & Iustinus, qui ait Lycurgi instituto neminem cultius quàm alterum incedere. Quare quod Clemens Alexād. pædagogi lib. iiii. cap. ii. scribit Laconicam pudicitiam veste, luxu & externa pulcritudine corruptam, id non de Helena tantum: sed de posterioribus etiam temporibus poterit intelligi. Verba Theologi hæc sunt: σωφροσύνην διέφθειρε λακωνικὴν ἐσθῆς, καὶ χλιδῆς, καὶ γέλλος ἁράων. Exemplum illustre in Pausania,



fania, qui ad reliquos corruptos mores hoc etiã addidit, vt præter consuetudinem Lacedæmoniorum stolam Medicam gestaret. Cæterum quod modica fuerit Lacedæmoniorum vestis, vt facillè vtrisque potuerit esse similis, docet Thucydides lib. 1. initio ita scribens: *μετρία δ' αὖ ἐδῆται καὶ εἰς τὸν νῦν τρέπεν παρῶν Ἰλακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο*, Id est, *Modica autem veste & ad huius ætatis consuetudinem primi vsi sunt Lacedæmonij*. Idem testatur Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum inquit: *ἀλλὰ μὴ ἐδ' ἰματῖα γέ ἐνεκα χρηματισίον. ἢ γὰρ ἐδῆτος πολυτελεία, ἀλλὰ σώματος δεξιά κοσμιώταται*, Id est, *Nec vestitus causa pecuniam quærere necesse est. Nam illi non pretiosa veste, sed corporis egregia constitutione ornantur*. Vestis itaque omnibus vilis erat, ac tantum quæ extremum frigus depelleret, non quæ corpori ornatum adderet. Ac tali quidem veste Agesilaus ipse Rex induebatur, quo nomine derisus ab Ægyptiis & aliis. Fuit enim prorsus Lacedæmoniorum frugalitas circa cultum & vestitum omnibus admirationi. Lysander pretiosas vestes à Dionysio Tyranno filiabus ipsius missas repudiavit. timens ne iis induta deformiores viderentur, vt scribit Plutarchus in Apophthegmatis. Itaque meritò Clemens Alex. refert 1. Stromatum, neque purpuræ apud eos vsum permissum. Poëticum itaque est, quod purpuras Laconicas dicit Horatius lib. 11. Oda xviii. nisi de vestibus militaribus intelligatur.

*Agesilaus rex veste tenui usus.*

*Lysander missas filiaribus pretiosas vestes repudiavit.*

## INSTITVTVM II.

*Pueris tunica detur, adolecentes autem vnico in annum pallio sint contenti.*

**N**ON tãtum precium vestibus ademit Legislator: sed & certam formam modumque eis præscripsit, pro ratione ætatis. Nam vestem interiorẽ seu tunicam, egressis annum ætatis duodecimum veruit gestare. Supra hanc eratem pallium cuique dari permisit, idque quotannis vnum tantum. Plutarchus vita Lysurgii: *ἡρόδοτος δὲ δωδεκαετείς, ἀπὸ χιτῶνος ἤδη διετέλου, ἐν ἰματίον εἰς τὸν αἰαντὸν λαμβάνοντες*, Id est, *vbi attingerunt annum duodecimum, iam sine tunica agebant, vnum accipientes quotannis pallium*. Quæ idem reperit institutis Laconicis. Xenophon de hoc quoque ita ait: *καὶ ἀπὸ γὰρ τῶν ἰματίων δὲ ἕκαστος παρῶν*

*2. De vestium pro ratione ætatis forma & modo. Tunica prohibita ætatis annum duodecimum egressis. Pallium vnum singulis annis cuique dari permissum.*



διζέσθαι νομίζων ἔπειτα καὶ πρὸς ψύχην, καὶ πρὸς θάλασσαν ἀμεινον αὐτῶν ὀφθαλμοῦ ἀσάσθαι, Id est, Pro eo quod in vestibus luxuriarentur, statuit ut ad unum vestimentum toto anno sese assuefacerent. Existimans eos hac ratione; tūm ad frigora, tūm ad calores rectius instructos fore. Iustinus quoque scribit iuuenibus non plus vna veste uti toto anno permillum. Quod autem hæc ipsa vestis tenuis fuerit, indicat Hefychius, à quo χιτῶν λακωνικὸς exponitur λεπτή ἐσθής. Voluit itaque Legislatores hac veste etiam domi suos condocerere, ut imbres, pluias, tempestates, niues, & frigora tolerare possent, tenui semper uti veste domi assuefacti.

Ratio huius instituti.

INSTITVTVM III.

*Absque calceis pueri incedant, reliqui, quum opus fuerit, utantur.*

3. De calceis quibus pueri non utebantur. Huius instituti ratio.

**C**Alceis pueri non utebantur, quippe quod non admodum iis necessarij, qui in communibus contuberniis totos ferè dies consumebant. Itaque scribit Plutarchus assue fieri Lacedæmoniorum pueros βαδίζειν αὐτοπόδητοις. Sed & de eo, reddēs huius instituti rationem, ita Xenophon ait: αὐτὴ γὰρ μὲν τὰ ἀπαλωφύη τοὺς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξιεν αὐτοπόδησια κρατύνειν νομίζων εἰ τὸ ἀσκήσαν, πολὺ μὲν ῥᾶον αὐτοπόδησια τε βαίνειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρᾶνῆ καταβαίνειν, καὶ πεδῆσαι, καὶ ἀνδορεῖν, καὶ δραμῆν θάπτον, αὐτοπόδητον εἰ ἠσκητικὸς εἴη τοὺς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένον, Id est, Pro eo quod alij calceis pedes emollirent, iussu ut discalceati pedes duriores efficerent. Existimabat enim si in eo se exercitarent, futurum ut multo facilius ardua loca conscenderent per declinia descenderent, exsilirent, profilirent, current discalceati, siquidem pedes assuefecissent quam calceati. Atque ita quidem de pueris institutum. Cæterum Ephebos & adultiores, puto calceos vsurpassē, quum ita necessē esset, quippe quibus quotidie magis pedibus eundum erat, & noctu sine face, aliquando in agros & venationem commeandum. Horum autem calceos inuenio dictos propriè Lacedæmoniorum vocabulo ἐννηισκόλοις. Ita enim Hefychius, ἐννηισκόλοι, ὑποδήματα λακωνικῶν ἐφέων. Idemque tradit alios calceos Laconicos fuisse, qui ἀμυκλάδες dicti.

Calcei adultioribus concessi.

Calceorum proprium vocabulum Laconicū.

INSTI-



*Pueri cute tenus rasi sint, reliqui comam nutriant.*

**P**veros radi solitos fuisse cutem vsq; testatur Plutarchus Ly-  
curgo. Nam quod disciplinam rigidam seruauerint Lacedæ-  
monij. pueros ἐν ῥῶν κείεσσι τῶν ἰβι sribit. Quod videtur necessa-  
rium quodammodo, quando quidem pueri plerumque extra æ-  
des parentum degebant. Reliqui autem adultiores comam nu-  
triebant. Qui tamen ipsi olim erant tonsi, si credimus scribenti  
hoc Herodoto lib. 1. vbi refert hoc institutum in Argiuorum in-  
uidiam æmulatione quadam introductum. Nam quum prælio  
ad Thyreas inferiores fuissent Argiui, deuouerunt se ne prius  
comam alerent, quàm Thyreas recuperassent, quum ante fuif-  
sent comati: Ac e contra Lacedæmonij statuerunt, vti comam  
alerent, quum antea tonsi essent. Itaque Herodoto auctore hæc  
prima causâ Lacedæmoniis alendi comam. Quem tamen Plu-  
tarchus Lyfandro redarguere in hoc non dubitauit. Videtur ta-  
men confirmari narratio Historici à philosopho in Phædone,  
vbi se iuraturum ait Socrates, vti Argiui, non nutriturû comam  
antequam vicisset simmiam & cuberem. Postea verò seruatum  
vetus institutum in pueris tantum, reliquis comam simul & bar-  
bam nutrientibus. Quod quidem quasi laxamentum legum ipsis  
indultum fuit. Xenophon lib. de Repub. Lacedæm. ἐφῆκε δὲ κο-  
μαὴν τοῖς ῥῶν τῶν ἡβητικῶν ἢ λιγύων, νομίζων ἄτο καὶ μείζους αὐτῶν ἐλδύ-  
δελωτέροις καὶ γοργυτέροις φανέσθαι, Id est, *Permisit etiam eis comam*  
*alere, qui pubertatis annos excessissent: Existimans eos hoc pacto grandio-*  
*res, magis ingenuos & terribiliores apparere.* Idem tradit Plutarchus  
Lycurgo & apophtheg. vbi refert Legislatorem existimasse, co-  
mam formosis pulcritudinem augere, deformes autem reddere  
terribiliores. De barba idem intelligendum. Nicander quæren-  
ti cur comam & barbam alerent Spartani, Respondit: *Quia vi-*  
*rum maximè ornat, & minimo sumtu constat proprius ornatus.* Laco qui-  
dam alius præclarè etiam de barba respondit. Nam interrogatus  
cur tam prolixam aleret barbam, inquit, *ut canos videns, nihil iis in-*  
*dignum in me admittam.* Quod quum aliàs fieret quoties liberet, ta-  
men prælium inituri potissimum id obseruabant. Ita Plutarchus

4. De Co-  
ma, quam  
pueri ra-  
dere, adu-  
latores au-  
tem nutri-  
re debebāt.

Ratio hu-  
i. instituti.

K 4.



Lycurgo: μάλιςα παρὶ τοῖς κινδύοις ἐδιδραπέδον τὴν κομὴν, λιπαρὰν τε φαίνεσθαι καὶ δὲ κεκεκριμένῳ, Id est, Potissimum imminente periculo concinnabant comam, vt nitida appareret & discriminata. Quod testatur etiam Demaratus apud Herodotum lib. v. ubi huius instituti illustre est exemplum, in iis qui se ad mortem obeundam pro Græcia cum Leonida parauerunt. Fœminarum coma etiam proluxa, sed sparsa in humeros, tantumque nodo relegari solita, vt intelligi potest ex Virgilio lib. i. Æneidos. Vnde & Horatius lib. ii. Oda x. Incomtum Lacænae nodum vocat. Sed præter superiores quas attulimus eius instituti causas, & hanc vnam fuisse puto, vt ea ratione possent dignosci faciliè ab aliis, etiam mortui Lacedæmonij. Cæterum quod mentum tamen radere aliquando soliti fuerint adulti, Ephoris, quum magistratum ingrederentur, ita iubentibus, testatur Plutarchus in Agide, qui scribit hoc eo factum, vt in minimis etiam parere assuescerent.

Coma fœminarum qualis.

Mentum radere aliquando iussit adulti.

## INSTITVTVM V.

*Squalidi corpore balnea & vnctiones non vsurpent.*

Comam quidem barbâmq; pecebant & ornabant Lacedæmonij, squalidi aliâs & horridi. Non enim balnea & talia, nisi stas temporibus iis vsitata. Plutarchus Lycurgo: ἀρχιμεινὸν τὰ σώματα καὶ λείπον καὶ ἀλειμμάτων ἀπειρεσι, πλὴν ὀλίγας ἡμέρας πινὰς τῆς ἐνιαυτῆς, τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας μετεῖχον, Id est, Squalidi corpore balneorum & vnctionum nescij, tantum paucis diebus per annum gustabant eas lauitias. Etenim lotiones ipsi & balnea nulla præterquam in Eurota. Id enim Scholiastes Thucydid. lib. ii. de Iuuenibus Lacedæmoniorum notat: οἱ δὲ αὐτοὶ ἕτως ἐπιπόνως ἵσσοι, ὡς μηδὲ λείπον ἀέχεσθαι, ἀλλ' ἀρειῖσθαι τὰ δρεράτα ποταμῶν πρὸς τὸ λούσασθαι, Id est, Ita molestè & laboriosè adolescentes exercebant, vt nec balnea ferrent, sed sufficere illis Eurotam fluium ad lauandum voluerunt. Falsum itaque haud dubiè, quod apud Iosephum est lib. ii. contra Apionem, ubi dicuntur esse λιπαροὶ καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσπουῦντες. Idem de vnguentis, quod ab iis quoque abstinerint, testatur Clemens Alexand. i. Stromatum, ubi monet vitandum luxum superuacaneum, & delicias exemplo Lacedæmoniorum: καθάπερ, inquit, τὸ μῦθον καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ

De balneis & vnctionibus non vsurpandis à squalidis corpore.



λαιοὶ Λακεδαιμόνιοι, δολερά μὲν τὰ εἴματα, δολερά δὲ τὰ χεῖματα  
 ὑπολαμβάνοντες ὀρθῶς καὶ ὀνομάσαντες, Id est, Ita vitandus luxus su-  
 perfluus, sicut Lacedæmonij veteres vnguentum & purpuram repudiabant,  
 dolosas vestes, & dolosa vnguenta rectè existimantes & nuncupantes. I-  
 taque & vnguentarij perinde ac alij inutiles quasque artes exer-  
 centes Sparta etiam eiiciebantur. Seneca naturalium quæst. lib.  
 1 v. in fine. Vnguentarios, inquit, Lacedæmonij vrbe expulerunt & pro-  
 perè cedere finibus suis iusserunt, quia oleum disperderent. Quæ ratio tam-  
 en friuola est, potiusque mollitiem & luxum videntur ita vrbe  
 eiicere voluisse Lacedæmonij.

Vnguen-  
 tary Spar-  
 ta eiecti.

## INSTITVTVM VI.

*Pugnaturi vestibus induantur purpureis.*

**R**etulimus ex Clemente Alexandrino, vetitam Lacedæmo-  
 niis fuisse purpuram, quod ita accipiendum, vt tamen in  
 bello vsurpata sit vestis purpurei coloris: sicut multa ibi alia con-  
 cedebatur, quæ domi prohibita. Cæterum quod purpuram mi-  
 litarem vestem voluerit Legislator, eius hanc rationem reddit,  
 quod viris conuenientissima, belloque talis vestis aptissima. Xe-  
 nophon de Repub. Lacedæm. εἰς γε μὲν τὸν ἐν τοῖς ὀπλοῖς ἀγῶνα  
 τοῖα δ' ἐμνησανήσατο. σολὴν μὲν ἔχει φοινικίδα, καὶ χαλκίῳ ἀσπίδα. τοῖ-  
 αὐτῶν νομίζων ἡκιστα γυναικεία κοινῶν εἶναι, πολεμικωτάτων δὲ εἶναι. καὶ  
 γὰρ τέχιστα λαμπρύνεται καὶ χολαῖότατα ῥυπαίνεται, Id est, Ad ar-  
 morum certamina huiusmodi quædam excoGITauit. Stulam eos purpuream  
 habere voluit, & scutum æreum. Existimabat enim genus hoc vestis, mini-  
 mē cum muliebri commune quicquam habere. Nam & celerrimē splendi-  
 dum redditur, & sordes tardissimē contrahit. Valerius autem Maximus  
 lib. 11. cap. v 1. ad occultandum vulnerum sanguinem hanc ve-  
 stem adhiberi existimat. Ita enim scribit: *Idem* (Lacedæmonij)  
 ad dissimulandum & occultandum vulnerum suorum cruorem, punicis in  
 bello tunicis utebantur: Non, ne ipsi aspectus eius terrorem: sed ne hosti-  
 bus fiducia aliquid adferret. Vtriusque causæ meminit & Plurarchus  
 institutis Laconicis. Punicis, inquit, vestibus in bello uteban-  
 tur, quod color ille fortes viros deceret, & ob eius similitudinē  
 cum sanguine, maiorem imperitis formidinem afferre videretur.  
 Quin etiam si quis ipsorum vulneratus fuisset, id non facilē

6 De ve-  
 ste militari  
 purpurea.

Ratio hu-  
 ius instituti.

Altera eue  
 Valerio.



ab hostibus deprehendi, sed ob coloris similitudinem latere, vtile erat. In eandem ferè sententiam scribit Ælianus lib. vi. cap. vi. variæ historix. Hæ à magnis illis auctoribus causæ redditæ.

*Alia est iam ratio.*

Sed mihi videtur vestis talis pertinuisse etiam ad discernendum Lacedæmonios, ab aliis quibusvis Græcis & Barbaris. Nam supra diximus vestibus etiam dignosci Lacedæmonios. Quod quum ita sit, mirum est, quod ille qui de Leonida fecit Epigramma Græcum, fingit eum purpuram repudiare, tanquam non deceret Lacedæmonium.

#### INSTITVTVM VII.

*Instructa acie quibus corona caput cingat.*

*7. De coronis à quouis instructa acie. sicut mendis.*

Coronæ rariis domi vsurpatæ, in bello ante prælium ab omnibus sumebantur, ita edicente Rege. Plutarchus Lycurgo: ἦδη δὲ πωτε ταχυδύτης ἀμα τῆς φάλαγγος αὐτῆς καὶ τῆς πολεμίων παρέχοντων, ὁ βασιλεὺς ἀμα τὴν τε χιμαιραν ἐσφαγίζετο, καὶ σφραγίζουσαι παρρηγέλλε πάνσι. Id est, *Instructa iam acie eorum, quum adesset hostis, Rex simul capellam immolabat, edicebat: que ut omnes coronas sumerent.* Idem tradit Xenophon, qui dicit legem fuisse: μηδένα λαικεδαιμονίων ἀσεβάνων εἶναι. Quod vetustum valde videtur. Nam eò existimare licet Homerum respexisse, quum *καρνηκόμωντας ἀχαιοὺς* dicit: Lacedæmonios haud dubiè in primis intelligens Achæos. Sed quæ huius instituti ratio fuerit, neuter horum tradit. Equidem existimo voluisse eos fiduciam hac ratione animis pugnantium addere, ut coronam iam tanquam victoria potiti gestantes fortius agerent, ne præmium victoriæ multi perderent. Erat enim Corona apud omnes Græcos victoriæ præmium. Itaque qui illud ante victoriam præsumsissent, eis necessariò quodammodo elaborandum fuit, ne per dedecus vicissim amitterent.

*Καρνηκόμωντες ἀχαιοὺς cur ab Homero dicit. Ratio huius instituti*

#### INSTITVTVM VIII.

*Annulus in digito tantum ferreus sit.*

*8. De Annulis in digito ferreis.*

Ferum fortes decuit. Itaque Lacedæmonij non aureo, sed ferreo utebantur annulo. Auctor Plinius lib. xxxiii. cap. i. ubi adimens antiquissimis Romanis, tum Regibus videlicet præter Numam & Seruium, tū & aliis annulos, miratur Tarquiniorum



niorum statuas etiam sine annulis esse, quum ij ex Græcia, unde & annuli, locum adscribere non pigebit. *Hoc* (inquit) *in Tarquinis maximè miror, quorū è Græcia fuit origo, unde hic annulorum usus venit, quanquam etiam nunc Lacedamone ferreo videntur.* Hæc ille. Quod quidem non poterat apud Spartanos non esse antiqui instituti, aliàs corruptis moribus & laxata disciplina civitatis, ad hanc frugalitatem non venturos. Tribuit idem tamen Romanis veteribus etiam ferreos annulos, quos ait bellicæ virtutis insignie fuisse. Unde discere licet, fuisse Lacedæmonis quoque ferreos annulos pro virtutis & fortitudinis documento, potius quàm pro corporis ornamento.

*Annuli  
veterum  
Romanorū  
ferreos.*

## INSTITVTVM IX.

*Virginum vestes citra genua finiantur.*

VT de virorum habitu sanxit Legislato: ita & mulierum vestitum non præterit. Ex itaque instituto veteri vestes supra genua decurtatas ferebant. Unde *φανομηνίδες* dictæ sunt ab Ibyco poeta, vt testatur Plutarchus, tanquam quæ femora nuda ostenderint. De virginibus id non dubium, docente Clemente Alexand. lib. i i. Pædagog. cap. x. qui in illis aliisque fœminis hunc habitum damnans ait: *ἐδὲ γὰρ ὑπὲρ γόνυ, καὶ δὲ πρὸς τὰς λαχάνιας φασὶ παρθενοῖς, ἐσολίδια καλόν. ἐδὲν γὰρ μέγας ὀπίθην ἄπο γυνῆσθαι γυναικὸς ὀπίθην.* Id est, *Neq; enim decorum stolas finire citra genua, vti Lacænis virginibus in usu. Nullam enim partem nudam fœminas ostendere conuenit.* Quod tamen à moribus Lacedæmoniorum non abhorrebat. Nam voluerunt virgines ludis & certaminibus quibusvis exerceri, sicut iuuenes, ad quæ breuiore hac veste prorsus erant expeditiores & aptiores. Unde & *χίσις χιτῶνας* eis Pollux tribuit. Idemque locus Virgilij supra à nobis allegatus docet.

*9. De vestibus virginum.  
φανομηνίδες dicitur cur sint Lacænae.*

*Ratio huius instituti.*

## INSTITVTVM X.

*Aurum & pictas vestes matronæ non gestent, sed tantum meretrices.*

IN aliis Rebus pub. multa mulieribus concessa, quoad ornamentum & cultum. Spartæ cogebantur simplici & frugi vestitu

*10. De vestibus matronarum.*



esse contentę. Aurum gestare non licebat honestis fœminis: sed gestantibus probro erat, & turpis quæstus indicium: sicut & vestis præter morem preciosa & speciosa. Heraclides de politijs: ἥ ἐν Λακεδαιμονίῳ γυναικῶν κόσμος ἀφήρηται, οὐδὲ κομᾶν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν, Id est, *Lacedæmone ornatus omnis mulieribus interdictus, neque eas ornari licet, nec aurum gestare.* Quod institutum prædicat in primis quoque Clemens Alexand. pædagog. lib. 11. cap. x. ἀγαμα ἥ ἐν Λακεδαιμονίῳ τῷ πόλει τῷ παλαιῷ ἡ μόναις ταῖς ἑταῖραις ἀνδραῖς ἑορῆται, καὶ χρυσοῦ κόσμον ἐπέτρεψε φορεῖν, ἀφαιρουμένη ἥ δούμων γυναικῶν τῷ φιλοκοσμίῳ, τῶ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταῖρῶσιν, Id est, *Laudo veterem Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, aureumque mundum gestare permisit, probis mulieribus ornatus studium interdicens, eò quod solis meretricibus concederet ornari. vbi ἀνδραῖς vestes pictas & versicolores interpretor.* Et hoc quidem merito ita obtinuit. Voluerunt enim semper Lacedæmonij ornatum muliebrem in bono & firmo corporis habitu, inque pudicitia & modestia, non externo cultu situm. Itaque huius etiam cura Ephoris, & fortean Harmosynis commissâ, qui quotidie de omni vestitu & habitu inquirebant. Ita enim de Ephoris Ælianus scribit, lib. x. v. c. vii. ἐπίθεντο δὲ καὶ φεροντίδα οἱ ἐφοροὶ καὶ ἐκάστω πολυπραγμονεῖν τὰ περὶ τῶν σολῶ, εἰ ἕκαστος αὐτῆς μὴ δαπολείπηται τὸ κόσμου τῷ δέοντος, Id est, *Curam gerebant Ephori, ut quotidie multum diligentèrque considerarent quæ ad vestitum pertinent, num aliquid circa vestes à decenti & debito ornatu deficeret.*

*Ratio huius instituti.*

*Ephoris cura vestium commissâ.*

#### INSTITVTVM XI.

*Virgines detectæ, mulieres velatæ in publicum prodeant.*

*11. De mulieribus in publicum prædituris velandis, virginibus autem deregendis. Ratio huius instituti.*

**H**Æc lex superiori ita respondet, vt prorsus cum ea concordet. Nam quorsum attinebat ornari mulieres, si velatæ faciem in publicum prodeuntes agnoscere non poterant? voluerunt itaque Lacedæmonij inornatas mulieres, & simul facie cooperatas. Huius autem instituti Charilaus rationem à nuptiis petiit. Nam interrogatus, cūr Spartani virgines detectas, mulieres velatas in publicum emitterent, Respondit: *quia, inquit, virginibus quaerendi sunt viri, mulieribus opera danda, vt seruent maritos.* Sed videtur

tur



tur tamen hoc etiam fuisse modestiæ & castitatis, ne videlicet alij in eas oculos conicientes, illiciti amoris flammæ conciperent. Quod & hodierno die quædam gentes obseruât, rationem hanc potissimum secuta.

## INSTITVTVM XII.

*In pompis & certaminibus, tum pueri, tum virgines nudæ sint.*

**V**irginibus & pueris quales vestes fuerint, iam explicatum: 12 De Virgibus & pueris in pompis & certaminibus nudandis. atque iis quum alias induerentur, in pompis tamen & certaminibus nudi comparebât. Fuit enim hoc Lacedæmoniorum institutum, quippe ab iis primò inuentum, vt qui certarent vestes in publico exuentes nudarêtur. Thucydides lib. I. de vestitu Lacedæmoniorum loquens: ἐγυμνάσειαν τε παρθοί, καὶ ἐς τὸ φανερόν ὄποδῶτες λίται μὲν τὴν γυμνάσειαν ἠλείφαντο, τοδὲ πάλαι καὶ ἐν τῶν ὀλυμπιακῶν ἀγῶνι διεζώματα ἔχοντες παρὲς τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο, Id est, Primi (Lacedæmonij) corpora certaturi nudauerunt pro palam se exuentes, oleoq; unxerunt, quum olim etiam in olympiaco certamine Athletæ subligacula circum pudenda habentes pugnarent. De Athletis autem legatur scholiastes Græcus, & Clemens Alexand. lib. I. I. pædagog. cap. V. Refert idem institutum & Plutarchus Lycurgo his verbis ἀφελῶν τὴν θρόψην καὶ σμιατερίαν καὶ δηλύτητα ἴσταν, ἐδὲ ἦτον εἰδίσει τῆν κόρον τὰς κόρας γυμνάς τε πολιδεύων, καὶ παρὲς ἰεργίς πὸν ὄρχησθαι ἀδῖν τῆν νέων παρῆντων καὶ θεωρῶν, Id est, Remoris delicias, vmbatili vita, & mollitia omni fœminea, assuefecit iuxta puellas atque adultos nudos in publico versari, certisque solemnibus saltare & cantare, assistentibus atque spectantibus iuuenibus. Rationem autem huius addit postea idem auctor in hunc modum scribens: ἡδὲ γυμνωσις τῆν παρθέτων ἐδὲν ἀχρῶν εἶχεν, αἰδοῖς μὲν παρῶσης, ἀχεσίς δὲ ὀπόσης: ἀλλ' εἰδίση ἀφελῆ καὶ ζῆλον οὐξίας ἐνεργάζετο, καὶ φρονήματος τὸ δηλυ παρέχεν ἐκ ἀγῶνις, ὡς μηδὲν ἦτον αὐτῶν καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοπρίας μετουσίαν οὐσαν, Id est, Detestioni virginum nihil inerat obscœni, cum qua coniuncta verecundia erat, aberat libido: sed simplicem assuetudinem & studium boni habitus conciliabat, gustumque fœminæ præbebat. Spirituum non inertium, quod societate nec ipse virtutis & gloriæ excluderentur. Quò pertinet etiam quod est in Apophthegmatis Lycurgi. Nam reprehendentibus qui-

Huius instituti ratio



busdam virginum in pompis solemnibus nudationem, causamque eius requirentibus: *At, id à se institutum, vt eadem cum viris exercentes studia, neque viribus corporis & sanitate, neque animi contentione & virtute eis cederent, popularémque opinionem de se despicerent.* Hæ itaq; causæ nudationis. De exercitiis autem communibus pueris & virginibus infrà dicitur.

## TABVLA SEPTIMA DE DISCIPLINA ET MORIBVS.

### INSTITVTVM I.

*Nemini liceat ex suo arbitrio viuere, sed ex legum præscripto similes mores discant.*

*De moribus, ex legum præscripto formandis.*

**L**ibertas quidem summa fuit Lacedæmoniis: sed non tamen faciendi, nisi quod legibus & institutis ipsorum consentaneum. Quare sic instituebantur, vt omnes maiorum disciplinam eodem modo seruarent. Erant enim legibus prorsus mores omnium adstricti, vt consimiles iidemque omnibus essent. Nam ita Lycurgus initio de disciplina sanxit. Testatur Cicero in Bruto, vbi scribit disciplinam Lacedæmoniorum à Lycurgo legibus adstrictam. Docet item Plutarchus Lycurgo: *ἔδειξεν δὲ ἀπειμῆτος ὡς ἐβούλετο ζῆν, ἀλλ' οἶον ἐν στρατοπέδῳ τῆ πόλει καὶ διαίταν ἔχοντες ὡρισμένῳ, καὶ διατεθειμένῳ πρὸς τὰ κοινά. καὶ ὁλως νομίζοντες ἔχ' αὐτῶν, ἀλλὰ τῆς πατρίδος ἐστὶ, διατέλλου.* Id est, *Nemini licebat pro suo arbitrio viuere, sed in vrbe, sicut in castris lata lex vitæ erat, & in Repub. occupatio: prorsusque in animum induxerant, patriæ se, non sibi ipsis esse natos.* Quod in primis ita conueniebat. Nam quorsum eundem victum, eundemque vestitum præscribere at-  
*Ratio huius instituti.* tinebat, si mores dissentirent? Mores diuersi & contrarij, animos in contraria ducunt. Meritò itaque id etiam de moribus sanxit, vt omnes ad easdem leges & maiorum disciplinam eos conformarent.

INSTITVTVM



*Maiorum imperium libenter pati omnes assuefiant.*

**A**Nte omnia sic crudiri vniuersos Lacedæmonios voluerūt, vt obedientiam superioribus præstarent. Nā sine ea inanes leges & magistratum irrita iussa, quomocunque benè constituta Republica. Hoc itaq; si vspiam alibi, Sparta certè quam maximè operam dabant, vt parendi studium omnium animis infereretur. Vnde existimant Spartam à Simonide *δαμασίμβροτον* appellatam, quod maximè per assuetudinem obtemperantes legibus ciues, mansuetosque, sicut equos mox à prima ætate domitos redderet, vt testatur Plutarchus in Agesilao. Quare hæc prima institutio, vt imperium pati discerent, tum vt labores tolerarent deinde etiam vt vincerent vel occumberēt, vt ait idem Plutarchus, de quorū posterioribus suo loco agemus. Caterum intelligendum hīc imperium non solum magistratum, parentum, magistrorum: sed etiam quorumuis ætate maiorum. Nam monita quorumuis horum accipere decuit, nec vlli eorum obedientiam detrectare licuit. In obediendo enim iudicabant prorsus salutem Reipub. sitam potius, quam imperando. Et reuera Reipub. conducibilius habere ciues ad parendum institutos & promptos, quam magistratus ad imperandum idoneos. Nam *πειθαρχία* seu parendi necessitate, & extorta obedientia qui vrgentur, si non frænum sensim vbi conuenit laxetur, tandem id rumpunt. Rectè itaque Theopompus. Nam dicente quodam, Sparta salutem inde proficisci, quod Reges ad imperandum haberet idoneos, Respondit: *eam non esse causam, sed quod ciues obedire nossent.* Plutarchus Apophthegmatis, & de ciuili institutione, & vita Lycurgi. Quod non solum in hac, sed in omni Republica verum. Nam vt artis equestris est equum placidum & obsequentem reddere: ita superiorum in primis hoc munus, subiectos ad spontaneum parendi studium adducere.

<sup>2</sup> De omnibus ad obedientiam spontaneam informandis.

*δαμασίμβροτον* cur appellata sit sparta.

Ratio huius instituti.

Obedientia illa debita, nō solum magistratibus, sed quibusuis ætate maioribus.

INSTITVTVM III.

*Seniores à iunioribus quouis modo honorentur.*

**M**agistratibus in primis honos habitus, tū parentibus, quos natura iubet reuereri: post eos autē p vt ætate quisq; pro-

<sup>3</sup> De Senioribus honorandis à iunioribus.



uectior, ita & honoratior. Nam diuitias & potentiam non tam magnificiebant Lacedæmonij, quam ætatem. Iustinus lib. III. de legibus Lycurgi loquens: *Maximum, inquit, honorem, non Dimittum & potentiam sed pro gradu ætatis senum esse voluit.* Nicolaus de moribus gentium apud Stob. Ser. CXLV. *ταῖς γέροντας ἀρχαίοντα ἔχοντων τοῖς πατέρας, Id est, Senes reuerentur non minus quam parentes.* Exhibebatur autem honor iste externa reuerentia tribus modis, cedendo Senibus de viâ, consistendo dum transirent, & de loco eis assurgendo. Plutarchus institutis Laconicis: *καὶ ταῖς νέους δὲ, ἢ μόνον τοῖς ἰδίοις ἀδελφαῖ πατέρας καὶ ὑπηκόους τούτοις εἶναι, ἀλλὰ πάντας τοῖς πρεσβυτέροις ἐπιτασσάμεναι, καὶ ὅταν ὑποχωροῦνται, καὶ καθ' ἑδρας ὑπεξιστάμενοι, καὶ παρόντων ἡσυχάζοντες.* Id est, *Opportebat etiam iuniores, non solum suos patres reuereri eiusque obedire: sed omnes Seniores obseruantia prosequi, ita ut & de via illis decederent, & de sedibus assurgerent, & quietos se continerent, dum illi transirent.*

Senioribus honor à iunioribus haberi quot modis sole-  
ret.

#### INSTITVTVM IV.

*Senibus liberos cuiusuis monendi ius sit.*

4. De Senū auctoritate in monendis cuiusuis libervis.

**D**iximus suprâ liberorum quasi communionem Sparta fuisse, ita ut parentes Reipub. eos esse potius, quam suos existimarent. Vnde facillè cōsequitur hoc, ut cuius in pueros omnes animaduertere liceret. Quod tamen Senioribus in primis compete-  
bat, qui id ita vsurpabant, ut paternum animum declararet, ac perinde erga alios affecti erant, uti alios in suos. Item se gerere vellent. Itaque quilibet prouectiorum non suos modò, sed aliorum quoque liberos quocunque loco monere, & erudire poterat, tãquam qui illis præfesset ætatis quadam prærogatiua. Xenophon de Repub. Lacedæm. ὁ λυκούργος κατασκευάσας βουλόμενος ὡς ἀν' ἑαυτὸν βλάπτοντες ἀπολαύσειν πῶς οἱ πολῖται ἀλλήλων ἀγαθόν, ἐποίησε παίδων ἑκάστων ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ, καὶ τῷ ἀλλοτρίων ἀρχαίον ὅταν δὲ τις εἰδὴ ἢ ὅτι πατέρες εἰσὶ τῶν παίδων ὧν αὐτὸς ἀρχαί, ἀνάγκη ἔστω ἀρχαίον ὡς περ' αὐτὸν καὶ τῷ ἑαυτοῦ ἀρχαίον βλάσσειν. Id est, *Lycurgus quum efficere vellet, ut cuius nullo sibi iniucem damno dato, etiam commodis quibusdam opera mutua fruerentur, instituit ut quisque perinde suis ac alienis liberis imperaret. Quod si quis autem sciat, eos pueros, in quos imperium ipse vsurpet, parentes habere, necesse est sic illud vsurpet, quemadmodum vsurpari*



pari velit etiam in suos imperium. Quod ab eo sumtum Plutarchus institutis Laconicis etiam retulit his verbis: ἦρχον ἑκάστος ἕχ ὡσπερ εἰ ταῖς ἀλλαῖς πόλεσι τῆς ἑαυτῆ τέκνων καὶ δοῦλων καὶ κτημάτων, ἀλλ' ὡσπερ τῆ ἑαυτῆ, καὶ τῶν τῆ παλαιοῖον, ὅπως ἴτι μάλιστα κοινῶσι καὶ φροντίζωσι, ὡς ἰδίων. Id est, Præerat unusquisque non ut in aliis urbibus, liberis suis duntaxat & servis, & bonis: sed & iis quæ vicini erant, non minus quàm suis: ut maxima esset inter eos communio, propter quam alienarum rerum tanquam suarum quisque curam gereret. Sed quod ille ad rerum communionem & curam mutuaam refert, id latius patuisse non videretur. Nam haud dubiè hæc potestas omnibus concessa, ne vlllo in loco monitores & doctores iuventutis deessent, ut in hac ratione quam optimis moribus assuefierent, semper præsto habentes, quorum timerent reprehensionem.

## INSTITVTVM V.

*Quicumque senum delinquentem puerum videns non increpat, eadem pœna cum delinquente teneatur.*

NON solum liberum erat cuius, iuniores monere & reprehendere: sed officium hoc sub pœna requirebatur. Nam qui negligens increpando fuisset, puniebatur hoc nomine, perinde atque si ipse culpam commisisset. Plutarchus institutis Laconicis: ὁ μὴ ἐπιπλήτων παρόντος αὐτοῦ ἀμαρτάνοντα. ἐν ἑχοῦς λῶ τῶν ἴσῳ ἐπιτιμῶ ὡσπερ καὶ ὁ ἀμαρτάνων. Id est, Qui se presente delinquentem non increpat, eidem pœna obnoxius erat, cui is qui deliquerat. Existimabat enim legislator socordis esse, & parum de Repub. solliciti, qui pateretur corruptos mores adolescentum. Efficiebatur etiam hac ratione, ut adolescētes, si qui essent præfractiore animo, moderatius ferrēt maiorum commonitiones, quum scirent necessitare quadam adigi ad increpandi officium. Spectat itaque eò hæc lex, ut tollat simul seniorum indulgentiam, & iuniorum impatientiam.

5. De necessitate reprehendendi pueros errantes.

Ratio huius instituti.

## INSTITVTVM VI.

*Seniores obuiam Iunioribus facti, quò vadant, rationem exigant.*

SI deliquissent iuniores, à Senioribus increpabantur: sed & ab iisdem reprehendebantur, si aliquò iter facerent, cuius non

6. De iunioribus quos oportuit senioribus suis profectio-nis rationē reddere.

L



probabilem redderent causam. Nam ideo querere volebant Seniores ab iis, quoties in aliquos inciderent, quò pergerent, cuiusque negotij causa huc vel illuc commearent. Ac iuniores vera respondere, rationemque reddere tenebantur. Plutarchus institutis Laconicis: ἔθος ἴδιον καὶ τοῖς νεωτέροις ἀπὸ πᾶν πρεσβυτέρον ἐρωτᾶσθαι, πῶς πορδόνται, καὶ ἐπὶ τῇ καὶ τὸν μὴ ἀποκρινόμενον, ἢ παραφάσθαι πλέκοντα, ἔπιπλήττω, Id est, moris erat, ut iuniores à senioribus interrogarentur, quoniam. Et cuius gratia vent: Et eum qui non responderet, vel pretextus comminisceretur, increparent. Hac enim ratione affuefiebant, ne quò furtim scelerum causa abire auderent, quum timendum semper, ne Seniorum alicui obuiam facti, eis reddita ratione itineris minus satisfacere possent. Itaque hoc in primis lege ista spectatum, ne quò abirent adolefcētes, vbi delinquendi occasio esset.

Huius instituti ratio

## INSTITVTVM VII.

*Præsentibus senioribus quum pueros Iren reprehendat, si modum non teneat, ab iis castigetur.*

**Q**VI eirenes dicti sint supra ostendimus, videlicet, qui duobus annis à pueris excefferant. Hi pueris præfecti, eos delinquentes plectebant coram senibus, quasi eorum auctoritate vententes, itidemque eirenes ab ipsis Senibus plectebantur, quum, non vt decuit, officium fecissent. Plutarchus Lycurgo: πλάκας ἰψὺν ἰψὺν δὲ καὶ πρεσβυτέρον παρὲν τῶν καὶ ἀρχόντων, ὁ εἰρήν ὀνόλαζει τοὺς παῖδας, ἀπὸ δειξίν διδοὺς εἰ μὴ λόγου καὶ ὡς δεῖ κολάζει. καὶ κολάζων μὲν, εἰ καὶ οὐκ ὀνομάζονται τῶν δὲ παίδων ἀπελθόντων, ὁ δὲ ὡς ὑπεῖχεν εἰ τετραχίτην τῆ δόοντος ἐπέτιμωσεν, ἢ τουωναντίον ἐκλελυμένος καὶ ἀτόνως, Id est, Subinde coram Senioribus Et magistratibus eiren corrigebat pueros, ut specimen præberet quam rectè Et ordine pœnas exigeret. Nec interpellabant multantem, verum digressis pueris plectebatur. si asperius quam oportuisset, aut contra remissius Et lenius vindicasset. Hac itaque omnia eò pertinuisse apparet, ne quid isti puerorum reprehensores temerè committerent, siue per petulantiam aut iracundiam grauius quàm par erat pœna eos afficientes: siue per socordiam & imperitiam delicti enormitatem parum æstimantes, lenius. Quare ratione voluerunt à tenera ætate suos afflicti ad exactissimam

Ratio huius instituti

&



& aequissimam iusticiæ regulam in exigendis pœnis. Atque hoc adolescentibus quasi tyrocinium magistratus gerendi, & iusticiæ administrandæ.

## INSTITVTVM VIII.

*Iuniores castigationes maiorum non ægrè ferant.*

**S**eniores liberè monebant & puniebant iuniores: illi assueti <sup>8. De casti-  
gationibus  
patienter à  
iunioribus  
ferendu.</sup> ferre patienter, vt nec molestè pati, nec queri possent. Qui irasciebatur obiurganti, dedecore hoc luebat, seu ἐν μεγάλοις ὀνειδίζων, inquit Plutarchus. Quin plagis acceptis, quum aliquis puerorum ad parentes hoc quereretur, vti pueris in more est, dabat itidem alteras tantas pœnas patri. Xenophon de Repub. Lacedam. ἰὼ δὲ τις παῖς ποτε πηγάς λαβὼν ὑπ' ἄλλη, κατείπη πρὸς τὸν πατέρα, αἰχρὸν ὅτι μὴ ἐκ ἄλλας πηγάς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ, Id est, Quod si puer aliquando casus ab alio, patri suo id annunciet: turpe est non eidem alias insuper plagas addere. Idem ferè refert Plutarchus institutis Laonicis ita scribens: παῖς δὲ ὑπὸ πνοῦς κολαθεῖς, εἰ τῷ πατρὶ ὄζειν γένοιτο, αἰχρὸν ἰὼ τῷ πατρὶ μὴ προσεντέναι ἀκούσαντα πάλιν ἐπέσθαι. ὅπισθεν γὰρ ἑαυτοῖς ἐν τῆς πατρὸς ἀγωγῆς μηδὲν αἰχρὸν προσάξαι τοῖς τέκνοις, Id est, Puer ab aliquo punitus, si id patri renunciaffet, turpe huic erat, vbi audisset, non alia verbera illi infligere. Sibi enim mutuò fidem habebant, ex patria disciplina, nihil turpe liberis suis imperatum fuisse. Quod institutum ad concordiam parentum, & fidem mutuam inter se pertinebat, vt ait Plutarchus. Quamuis id etiam eò fiebat, ne liberi disciplinam maiorum vt refractarij aspernantes, in parentum indulgentia spem consolationis & veniæ collocarent.

## INSTITVTVM IX.

*Iuniores non nisi in tempore loquantur, nec temerè aliquid proferant.*

**M**odestix erat adolescentum non interpellare Seniores, <sup>9. De fer-  
mone iunio-  
rum vel eo-  
rumdem si-  
lètio coram  
senioribus.</sup> nec loqui, nisi quum res & tempus sinerent, idque cum argutia aliqua, vel sententiæ grauitate, vel vbi satius foret locutum esse, quam siluisse. Plutarchus Lycurgo de pueris loquens: εἰ δὲ ζῶντο μηδέποτε χεῖρασι τῶν λόγων παρέργως, μηδὲ ἀφιέναι φωνῶν ἥτις ἐκ



ἀμωσ γέπως ἔχει πινός θρωείας ἀξίαν δέξοιαν, Id est, *Assuefiebant* (pueri) *ut non nisi in tempore loquerentur, neque vocem emitterent, quin aliquam utique sententiam complecteretur, notatu dignam.* Sermonem itaque in tempore eos habere voluerunt: silentium in tempore non improbarunt. Huc enim facit illud Archidamidæ. Nam reprehendenti cuidam Hæcateum sophistam, quod in Syssitium receptus nihil diceret: *Ignorare mihi videre, dixit, quod qui dicere nouit, tempus etiam dicendi non ignorat. Est enim sapientis, tam scire quando loquendum, quam quid dicendum. Stolidi autem & impudentis velle semper blaterare, nec vnquam conticescere posse.* Itaque Demaratus quum interrogaretur in quodam confesso, ob fatuitatem, an potius ob inopiam materiæ dicendi, taceret? *Respondens inquit: Atqui stultus tacere non potest.*

## INSTITVTVM X.

*In incessu modeste se iuniores gerant, oculos & manus continentēs.*

10. De iuniorum gestibus componendus.

**C**ompositos gestus Iuniorum voluerunt Lacedæmonij, & modestiam ex ipso vultu atque oculis elucere. Nam eos nec vacillare & circumuolui, nec manus tanquam gesticulandi causa ostentare patiebantur. Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: *πρὸς δὲ τούτοις τὸ αἰδέσθαι ἰχυρῶς ἐμφυῶσαι βουλόμενος αὐτοῖς, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπέταξεν ἐν τὸς μὲν τῶ ἱματίου τὰς χεῖρας ἔχειν, σιγῇ δὲ πορεύεσθαι, περιβλέπειν δὲ μηδαμῶς, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πόδες ἴδεν ὄραν,* Id est, *Præterea quum pudorem eis innasci vehementer cuperet Lycurgus, mandabat ut in viis manum vtranque intra pallium continerent, tacitæque incederent, nusquam circumspicerent, ea tantum intuerentur, quæ ante pedes essent.* Hæc itaque discabant etiam ex disciplina Lycurgi, ut videatur nihil omisisse Legislator, quod ad institutionem puerilem pertineret. Ac cautum videtur hoc de gestibus, ne lasciuia & petulantia in gestibus, gratitatem morum & animi integritatem contaminaret. Oculos enim circumuoluere, aut curiositatis, aut socordix, manus iactare stoliditatis & leuitatis.

INSTITI-



*Luxuriam & ebrietatem omnes vitent, idque seruorum ebriorum exemplo doceantur.*

**S**obrietatem & temperantiam, magnas virtutes, sectari Lacedaemonios in primis oportebat. Id itaque tum re, videlicet tenui victu paucoque potu, tum exemplo pueros doceri voluerunt. Exemplum autem maiorum non sufficere existimantes, fædos mores, obscenos sermones, deformem habitum, inconditos gestus, in seruis ebris ob oculos eis proponi iusserunt. Quam ob causam ipsos seruos etiam ultra modum bibere cogebant, ut ita pueris eos ostenderent. Plutarchus Lycurgo: καὶ τ' ἄλλα δὲ τραχέως παρεσφέροντο καὶ σκληρῶς αὐτοῖς ὥστε καὶ πίνειν ἀναγκάζοντες πολὺν ἀκρατον εἰς τὰ σπασίπια παρεισήγον, ὅτι δεικνύμενοι τὸ μεθύειν οἶον ὅτι τοῖς νέοις, Id est, Et verò cætera agebant cum seruis adpreuè & sauiè, tum multum meri coactos haurire introducebant in conuiuia, ostendentes iuuenibus quam esset fæda res ebrietas. Quod idem auctor etiam libro de cohibenda iracundia, itèmq; in institutis Laconicis reperit. Meminit & Clemens Alexandrinus pedagog. lib. III. his verbis: τοῖς δὲ εἰλωταῖς (οἰκέτων ὄνομά εἰσι οἱ εἰλωταῖς) οἱ λακεδαιμόνιοι μεθύειν ἀναγκάζοντες, ἐδείκνυσαν σφίσι αὐτοῖς τῆς μέθης τὰ ἔργα σπαργουῶσιν, ἐν δεραπείας καὶ διορθώσεως μέρει. ὡς δὲ φυλάττοντες δι' οὐδὲ τιλὸν ἐνείων ἀσχημοσύνην, ὡς μὴ ἀπεπέσοιεν αὐτοὶ τῶν ὁμοίων καταγνώσεσι, ἐπαμείνουτο· τὸ ἐπὶ νεῖδισον τῆς μεθύοντων εἰς τὸ εἰνατῆρ' ἀναμάρτητον ὠφελίμενοι, Id est, Heilotes (seruorum nomen sunt Heilotes) Lacedaemonij cogentes inebriari sibi ipsis sobriis, ea quæ faciebat ebrietas, correctionis & emendationis loco ostendebant. Obseruantes ergo illorum turpitudinem, ne in idem quod damnabant vitium inciderent, ex ebriorum probro hos fructus consequentes, quod ipsi non peccarent. Sed & Tzetzes refert hoc institutum Chil. I. I. Hist. LXXXIII.

Οἱ λάκωνες μέθυσκον τοῖς εἰνατῆρ' οἰκέτας,  
Καὶ τέκνοι παρεσφέροντες ἐμείνοις τοῖς ἰδίοις,  
Καταμελάσως ἔχοντες ἀκράτω, καὶ τῆ μέθη,  
Παντὸς ἐμείνοις ἀπρεποῖς ἔξέτρεπον καὶ φαύλου.

Id est,

*Lacones inebriant suos seruos*

ii. De luxuria & ebrietate vitanda.

Seruorum ebriorum exemplo ad sobrietatē & temperantiam iuuenes excitabantur.



*Et filiis ostendentes illos propriis  
Ridiculè se habentes meraco & ebrietate,  
Ab omni illos re indecora auertebant, & mala.*

*Esuius in-  
stauri ratio*

Cuius instituti ratio ex iis quæ attulimus haud obscura. Id ad-  
dendum censui, voluisse Lacedæmonios seruis ebrietatem con-  
cedere, vt hoc ipso vitium tam seruile & illiberale pueri magis  
detestarentur: sicut supra diximus, lauticias in cibus eos deuitaf-  
se, quod eæ essent seruorum. Deinde nec hoc omittendum, quod  
alij Iuniorum causa fieri solitum scribunt, id ad omnes Theolo-  
gum referre.

## INSTITVTVM XII.

*Ignauus non toleretur, sed ignominia ab omnibus  
afficiatur.*

*12. De i-  
gnauis &  
stupidis cũ  
ignominia  
abiciendis.*

**S**Tupidus, ignauus, institutorumque & exercitiorum impa-  
tiens, adeo erat ignominiosus, vt probro omnibus esset, & v-  
bicunq; degeret, dedecus ipsum suum consequeretur: vt contra for-  
tium erat summa gloria. Xenophon de Repub. Lacedæm. *ἐν τῇ  
λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἀνὴρ ἀρχιμυθεῖν τὸν κακὸν σίσκλιον πᾶσα λαβὴν,  
πᾶς δὲ ἀνὴρ ἐν παλαισμοσὶ συγυμναστω,* Id est, *Lacedæmone quicuis pu-  
dendum duxerit, hominem ignauum in idem contubernium admittere, vel  
in luctis cum eo se exercere.* Nicolaus de moribus gentium apud  
Stobæum: *ἀρχὸν δὲ ἐστὶ δειλῶν σίσκλιον ἢ συγυμναστω ἡρέσθαι.* In  
quibus autem sita fuerit præcipuè ignauorum ignominia, infra  
ex Xenophonte referemus. Sed monendum hoc loco voluisse  
Lacedæmonios seuerissimo exemplo. Ignominia in ignauos  
statuere, quod omnibus noti essent, & ipsorum consortium decli-  
narent. Nec parum in eo positum. Nam sæpe vnus ignaui & ti-  
midi hominis culpa, magnum periculum salutis communi crea-  
tum, & res aliàs feliciter cessura, in diuersum abiit.

*Ratio hu-  
ius instituti*

TABV-



TABVLA OCTAVA DE  
STVDIIS ET ARTIBVS.

INSTITVTVM I.

*Lacedaemonij literas discant quantum necesse, artes autem sub-  
tiores non curent.*

**Q**uod Lacedaemonij ἀμύσοι fuerint, & literarum elegan-  
tiorū ac philosophiæ ignari, potiusque armorum quàm  
naturæ arcanorum periti, ipsi non diffitebātur. Id quod  
non tam natura, quàm instituto quodam ipsorum fiebat, vt ait  
Plato. Verum tamen secretiores non attingebant scientias, ta-  
men haud dubiè eatenus literas discabant, vt legere & scribere  
quantū opus esset, & necessitas exigeret, nosset. Auctor Plutar-  
chus institutis Laconicis: *γράμματα ἐνεκα τῆς χρείας ἐμὸν θάρον ἢ δὲ  
ἄλλων παιδεύματων ξενηλασίαν ἐποιεῖν τοῦ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ λόγων,*  
Id est, *Literas quantum vsus poscebat, discabant: sed quod ad reliquas discipli-  
nas attineret, eas vt peregrinos earum doctores expellebant.* Sed & Ælianus  
lib. XII. cap. L. testatur literarū rudes Lacedaemonios fuisse, atque  
aliud solitos accersere medicos, vel alios quū opus esset. Quod  
ex Thucydide, ex eplo Brafidæ ostendit. Sicut Tertullianus, quodq;  
Apologetico, eiectos à Spartiatis philosophos scribit. Quod  
quum verum sit, videtur Isocrates Panathenaeico in Lacedaemo-  
nios iusto iniquior, adeo ipsos inscitiae nomine fugillans, vt nec  
literas ipsos nouisse scribat. Sic enim de iis ait: *ἔτι δὲ τοσούτων δότο-*  
*λελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσὶν, ὥστε εἰδὲ γράμματα*  
*μὸν θάουσι,* Id est, *Isti à communi institutione & philosophiæ tam sunt*  
*alieni, vt ne quidem literas discant.* Quod tamen elegantius quàm ve-  
rius orator scripsit, volens scilicet deprimere Lacedaemonios, vt  
Athenienses suos eò magis extolleret. Quæ enim verior Philo-  
sophia, quàm virtutis per totam vitam meditatio? Quæ homini  
conuenienter institutio, quàm voluptatū abdicatio? Non igitur  
omnino probrosa hæc artium ignorantio. Pertinebat enim eò, vt  
potius factis Lacedaemonij virtutē exercerēt & ostēderent, quàm  
vt inanib. philosophiæ disputationibus & *λογομαχείαις* inhererēt.

L 4.

1. De literis discendis à Lacedaemoniis, qui tamen secretiores scientias non attingerēt.

Lacedaemonij literarū rudes fuerunt.

Isocrates Lacedaemonios iniquos.



*Ratio hu-  
māni instituti*

Nec enim rerum quantumuis sublimium scientiam, virtutis sin-  
cero studio præferendam iudicarunt. Itaque quum à laboribus  
ac armorum exercitiis vacabant, de præclaris magnorum viro-  
rum factis & virtutum officiis, omnis eorum disertatio, non de  
subtilibus philosophorum speculationibus. Atque idcirco reli-  
quas literas aspernabantur, tanquam noxias, potius quam huic  
studio commodantes. Quare non immerito Plistonax protulit  
hoc, quod Apophthegmate quodam ei attribuitur. Nam quum  
orator quidam Atheniensis indoctos Lacedæmonios appella-  
ret. *Sanè quidem, inquit, soli enim Græcorum nihil mali nos à vobis di-  
dicimus.* Quod apophthegma item Antalcidæ tribuitur.

### INSTITVTVM II.

#### *Artem sordidam nemo exerceat.*

*2. De arti-  
bus sordis  
dis non ex-  
ercendis.*

**N**on erant Lacedæmonij studiis elegantioribus dediti, nec  
tamen artes viles & abiectas tractabant. Id enim legislator  
etiam sanxit, vt tradit Plutarchus Lycurgo, & institutis Laconi-  
cis, vbi ita scribit. *τέχνης μὲν ἀψαδάς βαναύσου ποσὶ δόξαν ἐκ ἐφέτερο,*  
Id est, *Sordidam artem attingere prorsus non concessit.* *Alianus lib. vi.*  
*cap. vi. βαναύσου εἰδέναι τέχνην ἀνδρα λακεδαιμόνιον ἐκ ἔξω,* Id est,  
*Artem vilem scire nulli viro Lacedæmonio licebat.* Respicit huc etiam  
Xenophon Oeconomico ita scribens: *ἐν εἰσίας μὲν τῆν πόλεων,*  
*μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἐν πολέμοις διοικούσας ἐστὶ, οὐδὲ ἔξεστι τῆν περὶ τῆν ἐ-*  
*δου βαναυσικὰς τέχνας ἐργάζεσθαι,* Id est, *Etiam nonnullis in vrbibus,*  
*maximè quæ bellis occupantur, ne quidem licet cuiquam ciuim artes exer-*  
*cere.* Quod autem intelligere artes conuenit tam mechanicas  
omnes, quam ipsam agriculturam, docuit nos Isocrates Pana-  
thenaico, vbi scribit, quod Lacedæmonij rem militarem pulcer-  
rimè exercuerint, vt semper in præliis hostes superare possent,  
*ἀμελήσαντες γεωργίῳ καὶ τεχνῶν,* Id est, *agriculturæ & artium curam*  
*omittentes.* Idem de vtrisque videlicet & artibus sordidis & agri-  
cultura vetitis, scribit Iosephus lib. ii. contra Apionem, vbi La-  
cedæmonios cum Iudæis comparans, ita de illis ait: *οἱ μὲν γε μή-*  
*τε γῆν ἐργάζονται, μήτε αὖτε τέχνας πεποιῶτες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας*  
*ἀφετοί,* Id est, *Lacedæmonij neque terram colunt, neque circa artes exer-*  
*centur, sed omnis operis immunes sunt.* Meminit & Nicolaus de mori-  
bus

*Sordide ar-  
tes apud  
Lacedæmo-  
nos mecha-  
nica & a-  
gricultura.*



bus gentium apud Stob. ita scribens : λακεδαιμονίους τέχνας μαν-  
 θάνειν άλλας, ἢ τὰς εἰς πόλεμον, αἰχρὸν εἶναι. Caterum rationem hu-  
 ius instituti petamus ex verbis Xenophontis, quibus disertissi-  
 mus scriptor de artibus istis iudicium suum protulit. Ita enim  
 scribit : αἱ γὰρ βαναυσικαὶ καὶ λυμῆραι καὶ ὑπὲρ ῥητοῖ εἰσι, εἰκότως μὲν τοῖ  
 πάντων ἀδοξοῦνται πρὸς τῶν πόλεων. καταλυμαίνονται γὰρ τὰ σώματα  
 τῶν δὲ ἔργα ζομῶν, καὶ τῶν ὑπὲρ μὲν ἀνάγκη ζῆσαι καὶ θῆσαι καὶ  
 σπυιατὰ φεῖσθαι, ἐνιαυτὸν δὲ καὶ πρὸς πῦρ ἡμερόθεν. τῶν δὲ σωματικῶν θηλυ-  
 νομῶν καὶ αἱ ψυχὰς πάλυ ἀρρωστῶν τερα γίνονται, καὶ ἀχολίας δὲ μά-  
 λιστα ἐχρυσίως μὴ φίλων καὶ πόλεως συμπεμειθεῖσθαι αἱ βαναυσικαὶ κα-  
 λυμῆραι. ὥστε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσι καὶ κακοὶ τοῖς φίλοις χεῖνται, καὶ ταῖς  
 πατρίσιν ἀλεξήτηρες εἶναι. Id est, Artes viles dicte quæ & sordida sunt,  
 merito in ciuitatibus non magnifunt. Etenim corpora eorum qui eas exer-  
 cent & student, corrumpunt, dum sedere illos cogunt, & in umbra viuere,  
 totosque dies ad ignem esse. Iam si corpora effæminentur, etiam animi lon-  
 gè debiliores redduntur. Deinde occupationes tantas habent, ut de amicis &  
 Repub. curam habere non sinant sordida artes. Quo fit ut homines huiusmo-  
 di, nec amicorum vsui commodi sint, nec tueri patriam possint. Quæ quum  
 ita sint, nõ immerito artibus sordidis Lacedæmonij ciuibus suis  
 interdixerunt. Quod si autem quærat aliquis, unde arma & in-  
 strumenta belli ferrea, ænea, aliæque necessaria : qua item ratio-  
 ne victus parari potuerit? Huic responsum ad hunc modum vo-  
 lumus. Nam quod ad victum attinet, per Helotas agros suos co-  
 lebant, & opera omnia rustica exercebant, qui annua inde pen-  
 sitabant. Qua de re supra dictum est. Verum quod ad arma, illa à  
 sociis comparabant. Ibi enim omnis generis opifices, Spartæ  
 nulli. Id quod ex illustri factio Agefilai intelligi potest. Quod  
 in hanc fere sententiam refert Plutarchus. *Uti in illi xii Agefilaius*  
*molestum esse sociis, quod in continentibus expeditionibus paucos Lacedæ-*  
*monios ipsi tanta multitudine sequi cogerentur, ut eorum numerum demon-*  
*straret, omnes socios iussit inter sese permixtos sedere, seorsim Lacedæmo-*  
*nios. Tum præconis voce iussit surgere, primum figulos : & postquam hi sur-*  
*rexerunt, fusores, deinde ætarios, tum fabros, post Architectos denique sin-*  
*gulorum artificiorum id genus opifices. Ita factum est, ut vniuersi prope so-*  
*cij surgerent nemo Lacedæmoniorum. His enim per leges non licet tracta-*  
*re sordidam artem. Ridens ergo Agefilaius, videtur, inquit, quanto nos plu-*

Ratio hu-  
 ius instituti.

Vnde ar-  
 ma et in-  
 strumenta  
 belli apud  
 La. edemo-  
 nios.



res quam vos milites emittamus. Hæc ille. Ex quibus intelligi voluit veros milites homines esse liberos, & à fordidis artibus tractandis alienos.

## INSTITVTVM III.

*Vanas artes exercentes Sparta non tolerantur.*

3. De vanis  
artibus  
Sparta non  
tolerandis.

Que rarie  
artes reie-  
ctæ à La-  
cedæmonis

Mercato-  
res.

Rhetores.

Vates.

Sicut fordidas artes: ita & multò magis vanas Spartani reiciebant. Vanas autem intelligimus à virtutis exercitatione remotas & alienas, quæque circa curiosum, superuacaneum, minus utile, vel ludicrum aliquod studium occupantur. Quarum quatuor recenset Plutarchus vita Lycurgi, his verbis de manibus artibus vetitis loquens: *ὡς τούτοις καὶ ἀπάντων τῶν ὠφελίμων ξηνηλασίην ἐποίησατο. διὸ ἔτε ἔμπορος, ἔτε σοφιστής, ἔτε μέγιστος, ἢ ἀγύρτης, ἔτε τῶν κατὰ σιδασμάτων δημοκρητὸς εἰσήει εἰς τὴν πόλιν.* Id est, Præterea omnibus superuacaneis rebus Sparta interdixit. Quare nullus mercator, Rhetor, Ariolus circulator, aut superuacanea supellectilis opifex Spartam veniebat. De mercatoribus ratio non longè petenda. Quid enim in Sparta agerent, vnde nullæ merces exportari poterant quò etiam venale nihil asportare licebat, quod pecuniæ, auri & argenti, nullus ibi vsus? Sed nec Sophista ibi habebat quod ageret, Discipulos suæ artis non inuenturus. Immo à Lacedæmonis ibi derisi & contemti. Cleomenes contempsit sophistam de fortitudine differentem, aliique alios. De Cleomene ita Plutarchus apophtheg. *Sophista, inquit, quodam de fortitudine differente, affatim risit Cleomenes. dicenti, quid rides Cleomenes audiens de fortitudine differentem. quum quidem Rex sis? Respondit: idem hospes fecissem hoc argumentum tractante hirundine: Aquila autem perorante quiescissimè audissem.* Vates quoque & ipsi ab exteris petiti, quod Sparta nulli. De Tisameno Eleo nota historia ex libro vltimo Herodoti, cuius & supra à nobis mentio facta. De Megistia qui Arcarnas erat, apud eundem historicum est, ac referuntur memorabilia quædam eius vaticinia apud Tzerzem Chilid. x. Cent. cccxlviii. Nec magnopere curasse auguria cordatos quosque Lacedæmonios, sed magis plebis causa eis vsos, argumento esse poterit stratagema Agefilai. Is enim quum animare suos vellet terribitos periculo ingruente ob hostium multitudinem, manui victoriam inscripsit,



psit, sumitque ab Ariolo Iocinore, id tam diu in manu tenuit, tanquam animi pendens & dubius, donec nota à Iocinore recepta & infixæ. Tum sociis scripturam monstravit, inquit, Deos victoriam polliceri. Ita Rex cordatissimus illudit arti Ariolorum. Sed ab eodem Rege spretus circulator ille & nugator, qui lusciniam imitabatur voce, quum <sup>Circulator-  
res.</sup> eum ad audiendum artem inuitaret. Inquit enim Agefilæus, se ipsam lusciniam viam audivisse. Quæ omnia sunt apud Plutarchum in apophthegmatis. De cocis & vnguentariis supra diximus, de aliis quibusdam in sequentibus etiam dicemus.

## INSTITVTVM IV.

*Comædiæ vel Tragædiæ non exhibeantur vel audiantur.*

**L**Vdiones seu histriones, comici aut tragici, artis suæ operæ- <sup>4. De Co-  
mædiis vel  
Tragædiis  
publicè non  
exhibèdis.</sup> pretium Sparte facere non poterant, nec ibi ferebantur. Iudicia enim non admittebant graues, serij & constantes viri, nec scenas & Theatra erigi patiebantur. Plutarchus institutis Lacedæmonicis: *κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας ἐκ ἡκεσῶντο, ὅπως μήτε ἐν ἀσπιδῆϊ, μήτε ἐν παιδίᾳ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγοντῶν τοῖς νόμοις*, Id est, *Comædiæ & tragædiæ non audiebant Spartani, ut neque serio neque ioco eos qui legibus contradicerent audirent.* Videtur itaque hæc præcipua huius in- <sup>Ratio hu-  
ius instituti</sup> stituti causa, ne per iocum aliquid in leges publicas contemptius vel contumeliosius diceretur aut fieret, uti solent in huiusmodi ludis multa serio taxari, sub ioci specie. Qui vsus veteris comædiæ. Nam tragædiæ minus improbantur, ut quæ plus habent grauitatis, quas tamen Spartani neque sibi exhiberi voluerunt. Ac videtur mihi Plato retulisse reuera verba magistratuum Lacedæmoniorum, quibus respondebant Tragædis petentibus spectari & audiri suos ludos & carmina, lib. vii. de legibus, ubi de hisce agit. Itaque Callipiden contempsit Agefilæus factuose se ei inferentem, quod statim non benignè ab eo exceptus esset, aliàs tota Græcia celeberrimus & magni nominis. Eum enim *διμωλίκτην* vocauit, Id est, *Mimum*. Plutarchus Agefilæo & apophthegmatis.



*Poeta nisi à magistratu probati, in populo non versentur.*

5. De poetis non recipiendis nisi prius à Magistratu probatis

Archilochus Spartæ eiectus.

**P**Oetæ ex iis sunt quorum ars in imitatione & fictione magna ex parte consistit, comædisque & tragædis eò nomine affines. Itaque Spartæ eidem iuri subiecti, atque inde pulsi. Plato videtur hanc legem à Spartanis sumtam in suam νομοθεσίαν retulisse, quos & in multis aliis imitatus, quod prolixè demonstrasse potui, nisi animus esset alio huic rei dicato commentario, id argumenti persequi. Etsi Plato ipse suam Rempub. in terris non inueniri alserit. Archilochus itaque poeta Sparta eiectus est. Ita enim de eo Plutarchus institutis Laconicis. *Archilochum poetam, quum Spartam venisset, ea ipsa hora expulerunt. Quod eum in carmine quodam scripsisse intellexissent, satius esse abucere arma, quam mori, idque verbis latinè sic redditis:*

*Nunc aliquis Σαίῳ Parma se iactirat illa,  
Quæ iacta in vepres est mihi, labe carens.  
Sic mortem effugi, Quid tum si Parma peribit?  
Haud priorem illa namque parare queo.*

Poeta à posterioribus Lacedæmonis recipi.

Quod quidè meritò Archilochò cõtigit, tum poeticæ causa, tum magis quia sua cõfessione vir profus improbus. Qua de re legatur Ælianus lib. x. cap. xiii. Caterùm quod ipsi poetæ contigit scribit Plutarchus, id saltem ad carmina eius refert Valerius Maximus, lib. vi. cap. iiii. Vbi scribit *libros eius Sparta exportatos, quod eorum parum pudicam & verecundam lectionem arbitrarentur.* Atque ita affecti in poetas antiqui Lacedæmonij, quamuis Plato Minoe suadet poetas non esse offendendos. Mitiores paulò posteriores, à quibus aliquatenus admissa poetica. Ita enim scribit Maximus Tyrius oratione septima. *εἴω λέγειν ὅτι καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἡμεῶν οὐ λόγῳ μόνον ἀλλὰ τὸ μὲν πολλὸν πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ γενόμεναι πολλὰ, καὶ πολιτικὰ δεῖσται ὑγιῶς, καὶ ξυνοικισθεῖσται νομίμως ἀγνοῶσι τὸν ὄλεθρον. ὃ φέρεται ἢ ἀἀρτη, ὃ φέρεται ἢ κρήτη, ὃ φέρεται τὸ δουρικὸν ἐν λιεύῃ γένος, Id est, Mitro dicere reperiri apud hominum genus Respublicas quas non oratio finxit, sed actio ipsa protulit, ipseque multa, ac rectè constituta, & secundum legis habitata, quæ ignorant tamen Homerum. Sed enim sparta poeticen exercuit, sed item Creta, sed didoricum genus*



genus quod degit in Libya. Itaque quod apud Platonem est tandem consuetudinem inoleuisse vtendi poetis, id instituto factum Ionico non Laconico, ait ibi Philosophus. Fuerunt autem poetae Lacedaemoniis hi, Tyrtæus, Terpander, Alcman, qui ex seruitute manumissus fuerat, vt testatur Heraclides, item Spondon Lacon & alij. Ac Lyfander Chærilum, Antiochum, Antimachum, Niceratum poetas rerum à se gestarum laudatores habuit, quorum aliquibus etiam ampla præmia largitus est, vt est apud Plutarchum vita Lyfandri.

## INSTITVTVM VI.

*Oratores nulli sint, sed oratio omnino paucis comprehendatur.*

**M**irum videri poterit, si Orator vir bonus sit dicendi peritus, (vt vult Cato:) quod Sparta Oratores non tulerit, quæ alioqui virorum bonorum semper erat. Sed qui studia Lacedaemoniorum rectè æstimat, mirari desinat, considerans ea sita in agendo, non dicendo. Non itaq; fuit ibi politæ, elegantis, & copiosæ orationis vsus: sed quales viri, talis etiam oratio, concisa, grauis, sincera, sine fuce & ornatu, vt reliquis moribus ea responderet. Rectè itaque Cicero in Bruto, Lacedaemonium oratorem nullum agnoscit: vbi in hæc verba de oratoria facultate scribit. *Hoc autem studium, inquit, non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argiuum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus istis? Nisi quid de Epaminonda, docto homine suspicari licet. Lacedaemonium verò usque ad hoc tempus audiui fuisse neminem.* Hæc ille. Itaque sprete etiam Rhetores, sophistæ, & qui artem dicendi profitebantur. *Sophistæ cuidam dicenti orationem omnium rerum esse optimam, Respondit Agis: proinde, inquit, tu quum taces, nullius es precij.* Porro de breuitate orationis, quod ea Lacedaemonij in primis vsi, vulgatum adeo est, vt Laconismus in prouerbij formam abierit. Fuit tamen oratio eorum sententiosa & grauis, sensu ipso arguto tanquam aculeo penetrans. Ita enim à pueris assuefiebant, vt postea dicemus. Plutarchus Lycurgo: *ἐδιδασκον δὲ τοὺς πῦδας καὶ λόγῳ ῥητορικῆς τέχνης ἐχόντι μεμυγμένῳ χάλειν, καὶ πολλὰ ὑπὸ βραχέως λέξεως ἀναδεύουσιν.* Id est, Imbuebant pueros, vt oratione vtentur, quæ acrimoniam haberet mixtam venustate, & multum sensus paucis verbis cõprehederet. Et si Plato i. de legibus hoc ex parte

Poetae Lacedaemoniorum.

6. De non ferèdis Oratoribus, & oratione concisa.

Sophistæ sprete apud Lacedaemonios. Laconismus. Oratio Lacedaemoni grauis & sententiosa, licet breuis.



Cretēſium  
in ſermone  
πλούσια.

potius Cretēſium fuiſſe agnoſcit. Nam tribuit Athenienſib. πολυλογία, Lacedæmoniis βραχυλογία, Cretēſibus πολυλογία. Idē meminit & Laconifimi lib. iv. vbi dicit, λακωνικὴ τέτρα το τὰ βραχυτέρα αἰεὶ προσημαίν. Quo aſlueſieri à pueris ait eos Heraclides de politiis : μελετῶσι (inquit) ἐκ παιδῶν οὐδὲς βραχυλογεῖν. Quod quū multi alij auctores teſtātur, tū & Tzeizus celebrauit carmine.

Cephiſophon  
urbē  
Lacedæm.  
cur eiectus.

Ageſilai  
de Rhetore  
iudicium.

Chiliad. v. Hiſt. iv. Ex hac itaq; lege Cephiſophon tē, quod ſe de qualibet re per integrum diem dicere profeſſus eſſet, urbe eiecerunt. Boni oratoris eſſe, inquierentes, parē rebus orationem habere. Rectē quoque Ageſilaus. Nam laudante quodam Rhetore, quod magna dicendi facultate res paruas exaggeraret. Ne ſutorem quidem, inquit, probum putem qui paruo pedi magnum circumdet calceum. Et grauitet à Cleomene ad legatos Samios dictum. Nam legatis à Samo proluxa oratione hortantibus, vt bellum Polyerati tyranno faceret, Reſpondit : Eorum quæ dixiſtis prima non memini : idēque ne media quidem intelligo. vltima verò mihi non probantur. Quod legatis Pernithiorum ferē etiam reſponſum refert Plutarchus apophtheg.

Βραχυλο-  
γιας Λα-  
δæμ. exem-  
πλα.

Exempla autem huius breuitatis illuſtria ex multis pauca hæc ſint. Ageſilaus, quum illi Menecrates ſcripſiſſet, ac inter alia ſe Iouem obmedendi felicitatem appellafſet, nihil aliud ei reſpondit, quàm hoc : Ageſilaus Menecrati ſanam mentem. Plutarchus Ageſilao & apophtheg. Epiftola etiam quædam Philippo Macedoni eis minitanti ſcripta fuit, qua nihil continebatur aliud quàm hoc : Dionyſius Corinthi. Alia item qua ipſi ſcribenti, ſi exercitum duxero in Laconicos fines, deuaſtabo vos : Reſpondent tantum vnica voce, εἰ ſι. Alia denique ſcripta ad eundem Philippum, quum quaſiuiſſet an ipſum recepturi eſſent in ciuitatem, qua Reſpondent tantum vnica item voce, οὐ, non, magnis literis in charta ſcripta. Alia præterea Epiftola Archidami, qui audiens Eleos velle Arcadibus auxilium ferre, ſic eis ſcripſit : Archidamus Eleis : Bonum eſt quieteſcere. Quæ omnia extant apud Plutarchum libro de garrulitate & in apophthegmatis. Sed videntur tamen Lacedæmonij aliquatenus ab hac conſuetudine breuiter dicendi, vt & alii tandem etiam deſiſſe. Quo pertinet acerbum illud Epaminondæ. Nam quum Spartani multa & magna crimina Thebanis impingerent, & prolixè ea commemorarent : Ita inquit, Epami-

Breuilo-  
quentia La-  
cedæm. tan-  
dem deſiſt.



Epaninondas, docuerunt vos Thebani longa oratione uti, & breuiloquentia finem imponere, ut scribit Plutarchus *ὡς ἐὶ φιλαυτίας*.

## INSTITVTVM VII.

*Aliorum leges nec commendentur, nec recitentur.*

**T**Am alienos suos voluit legislator ab aliorum doctrina, vita & moribus, ut nec leges eorum discere, nec vsurpare liceret. Demosthenes aduersus Leptinem: *ἐκ ἐξῆσι ποιῆν ὡς τῶν λα- κεδαιμονίων, ἢ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαρῆν νόμιμα, ἢ δὲ τὰ τῶν ἄλλων*, Id est, *interdictum apud Lacedaemonios, ne quis Atheniensium iura, aut aliorum quorumcunque laudet*. Nam conueniebat ita *ἀμουσίᾳ* ipsorum. Nec enim videntur tam stabiles futurae ipsorum leges, nisi veritae fuissent aliorum. Quod tamen si ita fiebat, Plato nihilominus, sicut & Isocrates, tribuunt Lacedaemoniis scientiam politicam. Quod & verum esse eò probat Plato, quia moderationem, & quodammodo medium inter nimiam dominationem & libertatis summæ desiderium, seruarunt. Verum enim uero quod apud Thucydidem est, nec voluisse Lacedaemonios sua instituta exteros discere, ei criminationi antea respondimus. Agefilaus certè Xenophontem, quem secum habebat, ac studiosè tractabat, hortatus est, ut filios suos Spartam mitteret, ibique educari fineret, ut instituerentur omnium pulcherrima disciplina, imperandi & parendi.

## INSTITVTVM VIII.

*Cauillari & arguari omnes assuescant.*

**O**Ratio quidem Lacedaemoniorum fuit breuis & concisa: sed arguta & pungēs, ut suprà etiam attigimus. Cauillari enim & respondere acutè ipsorum proprium, atq; item cauillum excipere & pati. Ita enim à pueris instituebantur. Plutarchus Lycurgo: *πύζειν εἰς τοὺς καὶ σκώπτειν ἀπὸ βωμολοχίας, καὶ σκώπτῳ μάλιστα, καὶ ἄλλοις*, Id est, *Assuescebant pueri iocari, & dictoria citra scurrilitatem iacere, atque aliorum sine offensa excipere cauilla*. Heraclides etiam testatur eos assuescieri, *ἐμμελῶς καὶ σκώπτειν, καὶ σκώπτεσθαι*. Atq; hac de causa, etenim à cæna solitus pueris quaestionem proponere, ad quam respondendum erat accuratè, muniendumque

7. De Leptibus aliorum nec edandis, nec recitandis.

Thucydidis locus de Lacedaemoniis reprehenditur.

8. De instituendis Lacedaemoniis pueris ut cauillari & arguari assuescant.

Questiones ab cæna pueris propositae ad quas argute respondendum.



*Pœna inerti  
si r. sponso  
ri irrogata.*

erat responsum ratione & probatione, in concisa verba & compendiosa contracta. Si verò iners esset responsum, pro pœna Eireni mordendum præbebat pollicem, vt idem testatur. Vt autem hæc cauillis & disteriis præcipuè in gymnasiis, & certaminibus. Ibi enim sales in quemque festiuè iacientes perstringebant peccantes: ac e contra laudes in merentes carminibus compositas recitantes, gloriæ & honestatis desiderio iuuenes accendebant. Atque in his omnibus magnum inerat acumen, quibus & permouebantur multi dedecus aliquod timentes. Ita enim Plutarchus: *αἱ δὲ μὲν παιδίας καὶ σωμαμάτων δῆξεις ἔδην ἀμβλυτέρας τῶν μὲν ἀπὸ δῆς ἠδισταμάτων.* Id est, morsus illi qui per ludum & iocum iaciebantur, nihilo erant obtusiores seuis castigationibus. Hæc tamen ita tolerare necesse, vt si quis non ferret, deprecari liceret. Plutarchus Lycurgo: *σφόδρα ἐδόκει κὺ τὸ το λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεται. μὴ δὲ ἔργα δὲ δὲ λῶν παραιτεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων πέταται.* Id est, videbatur inprimis Laconicum cauillum sustinere. Impatienti licebat deprecari, & temperabatur facietis.

*Sales &  
dicerent  
renda  
deprecanda.*

INSTITVTVM IX.

*Musica quidem exerceatur, sed antiqua non mutanda.*

*9. De arte  
Musica e-  
xerenda.  
Musica a  
Lacedæmo-  
norum qua  
posita.*

TAmetsi studia humaniora aspernabantur reliqua Lacedæmonij: Artem Musicam tamen non repudiabant. Erat autem Musica eorum præcipuè Cithara & tibia, vtraque modesta & seuera moribusque eorum consentanea, grauitatem cum vultate representans: non leuis aliqua, vel ludicra, aut aures voluptate demulcens. Nam ita grauitas quædam & simplicitas hinc etiam commendabatur, vt non aliam musicam ferrent. Plutarchus institutis Laconicis de musica eorum loquens: *μόνα τὰ ἀπλοῦστερα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον.* Id est, simpliciores tantum modulationes probabāt. Erat autem Lesbica ipsorum Musica vt plurimum, quod eiusmodi cāntus & modulationes ab oraculo ipsis fuissent commendatæ. Auctor Heraclides de politiis: *λακωνοὶ τὸν λέσβιον ᾠδὸν ἐπίμυσαν. τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησιμωδουμένους ἐπέλθει.* Quæ ratio Musicæ cum grauitate, & simplicitate haud dubiè coniuncta. Musica itaque quæ ad voluptatem tantum comparata, nulla eis vlrata fuit. Fidicines certè non tolerabant.

*Musica  
Lacedæmo-  
norum vt  
plurimum  
Lesbica.  
Fidicines  
apud Lacedæ-  
monios  
nulli.*

Dema-



Demaratus audito fidicine, dixit ipsum nugari. Ab Eudamida dicitur, *ψάλτης* quidam *μέγας κηληπιής ἐν μικρῷ πέλγματι*, Id est, *magnus delinctor in re parua*. Atque hanc simplicem veteremque Musicam mutare non licebat, ne pristini etiam mores vnà labāscerent, vt Plato etiam de Musicę mutatione iudicat. Qui autem mutabat, ei non ignoscebatur. Plutarchus institutis Lacedaemoniis: *εἰ δὲ τις ᾤθεοβαίνοι τῆς ἀρχαίας μουσικῆς, ἐκ ἐπέτρεπον*, Id est, *Si quis in veteri Musica transgredereetur aliquid, ei hoc non permittebatur*. Quod pluribus exemplis doceri potest etiam in summis artificibus. Terpander alioquin sectator antiquitatis, & artis suæ præstantissimus, heroicorumq; gestorum laudator, ab Ephoris multatus est, quod vnā chordam vltra receptum numerum variandæ vocis gratia intendisset, qui citharam ei auferētes clauē confixerunt. Plutarchus institutis Lacedaemoniis. Phrynidis etiam Musicæ fides duas de nouem Ecrepes Ephorus præscidit ascia, addēs ne maleficiū Musicæ inferret. Plutarchus Agide & apophtheg. Item Timotheus quum artis suæ certamen Carnis instituisset, vnus ex Ephoris sumto cultro interrogauit: vtra ex parte chordas abscinderet, quæ septenarium numerum excederent. Plutarchus Agide & institutis. De Cithara itaque antiqua iam satis manifestum; De tibia dicitur infra.

*Musicam simplicem ac veterem mutare non licuit.*

*Terpander multatus à Lacedaemoniis.*

*Phrynidis iudem, ob aliquid immutatum in veteri Musica. Timotheus item quidam.*

## INSTITVTVM X.

*Carmina ingenuis sua sint, à quibus abstineant serui.*

Quæ fuerint Lacedaemoniis instrumenta Musica præcipua iam diximus; sed præterea artem istam etiam carminibus & choreis exercebant. Ac carminum quidem ratio talis erat, vt in his elegantiæ quædam, sed grauis, non tam exquisita arte, quam sententiæ insignis. Plutarchus Lycurgo: *ἡ δὲ ᾠδὴ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη παύσεισι ἐχῆστον ἔσση δάξεται τῆς ἐν τοῖς λόγοις διζηλίας καὶ κατὰ δαιμόνιος· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχον ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ ᾠδῶσα πικρὸν ὄρυμνος ἐν δουσιώδους καὶ πωραγματικῆς*, Id est, *Elegantiam cantilenarum & carminum, non secus ac orationis cultum & puritatem affectabant: sed inerat carminibus aculeus, qui excitaret animos atque inflammaret, quasi motu fanatico & alacritate quadam*. Postea idem declarat, qualis stylus horum carminum, quòd ue potissimum eorum

*10. De Carminum ratione.*

M



argumentum, inquit : ἢ δὲ λέξεις ἠὲ ἀφελῆς καὶ ἀθρυπτες ὅτι πρῶτα  
 γμασισημοῖς καὶ ἠδοποιῖς. ἔπαμοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκό-  
 των ἰσθ' τῆς ἀάριτης, ὡς οὐδ' αἰμονιζομένων καὶ ψόροι τῶν τρεσάντων, ὡς  
 ἀλγυόν κ' κακαδ' αἰμονα βιωῶτων βίον, Id est, *Dicitio simplex erat, &*  
*minimè mollis, de rebus grauibus, moresque informantibus. Laudes erant fe-*  
*rè quibus immortalitati commendabant eos, qui pro Sparta occubuerunt, &*  
*probra ignauorum, ut acerbam & infelicem vitam degentium. Quæ toti-*  
*dem ferè verbis idem auctor repetit institutis Laconicis. Atque*  
 his carminibus exercebatur saltem homines ingenui, seruis au-  
 tem erat interdicta. Ita enim de seruis Plutarchus : ὦδ' αὖ ἐπέλδον  
 ἀδῆν, καὶ χορείας χορεύειν ἀγρυεῖς, καὶ καταγελᾶσις ἀπέχεσθαι δὲ τῶν  
 ἐλδῶδερον, Id est, *Cantilenas compellebant seruos canere, & choreas sal-*  
*tare enerues & ridiculas, abstinere autem ingenuis. Ingenuæ choreæ*  
*graues & seueræ non ridiculæ, ut suprâ diximus & paulò post*  
*copiosius explicabimus. Atque hinc factum, ut quum in expedi-*  
*ditione Thebanorum in Laconicam, Ilotes capti essent, & iussi*  
*Terpandri, Alcmanis & Spêdontis carmina psallere, excusarint*  
*se, dicentes id Dominos prohibere.*

Carmini-  
 bus soli in-  
 genui exer-  
 cebantur.

#### INSTITVTVM XI.

*Pueros ingenuos quibus amet, idque sine riuualium  
 amulatione.*

11. De pue-  
 rorum in-  
 genuorum  
 amore ho-  
 nesto, & o-  
 mnis tur-  
 pitudinis  
 experte.

**D**E amoré puerorum ingenuorum multa multis locis apud  
 Platonem, quæ nihil attinet hic adferre. Lacedæmoniis ta-  
 lis amor in primis vsitatus, isque honestus item, & turpitudinis  
 omnis expers, quippe qui ipsi probi non corpus, sed indolem e-  
 gregiam & animi ingenuitatem, pudoris & honoris amulatio-  
 ne, in deligendis suis amafis respiciebant. Ita enim Xenophon  
 de Repub. Lacedæm. Lycurgi institutum super amore puero-  
 rum referens : εἰ μὲν τις αὐτὸς ὦν, οἷον δεῖ, ἀγαθὸς, ψυχλὴ παιδὸς πει-  
 ρῶτο ἀμεμπτον φίλον, ἴδοτε λέσασθαι, καὶ συεῖναι σώματος ὀρεγόμενος  
 φανεῖν, ἀχρῖσον τῆτο δεῖς, ἐπίσησεν ἐν λακεδαιμόνι, μηδὲν ἠτίον ἐραστὰς  
 παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφρο-  
 δῖσια ἀπέχοντα, Id est, *Si quis esset vir eiusmodi, qualem esse deceret, ani-*  
*mumque pueri admiratus, amicum sibi cuperet inculpatum efficere, ac cum*



eo versari: Hoc ipsum laudabat, eamque institutionem putabat honestissimam. Quod si quis pueri corpus appetere sit deprehensus, id verò turpissimum statuens, perfecit ut Lacedæmone nihilominus amatores ab Amasiotum congressu abstinerent, quàm parentes à liberis, fratres à fratribus in rebus veneris abstinent. Ac refert Plutarchus institutis Laconicis pœnam, qua afficiebantur qui obscenitate aliqua suos amores contaminassent. Ita enim inquit: ἐρᾶν πλὴν ψυχῶν τῶν ἀσυνδαιέων πειθῶν ἐπιετο· τὸ δὲ πλεονάζειν, ἀρχὴν νεόμιστο, ὡς τὸ σώματος ἐσόντος, ἀλλ' ἢ τῆς ψυχῆς. ἡ δὲ ἐγκλιθεὶς ὡς ἐπὶ ἀρχῆν πλεονάζειν, ἀπίμωρος δὲ τοῦ βίου ἔσθαι, Id est, Amare indolem seu animum puerorum ingenuorum permisso: sed congressus cum illis pro re turpi habebatur: tantquam eorum qui non animi sed corporis amore tenerentur. Quod si quis huius cum probro coniuncti congressus accusatus esset, infamis per totam vitam erat. Meminit idem auctor huius etiam in Lycurgo & Agefilao. Sed & Maximus Tyrius de eo amore disserit oratione x. modum eius ostendens: ἐρᾶ, inquit, ἀσπαρτιάτης ἀνὴρ μετὰ κίου λακωνικοῦ, ἀλλ' ἐρᾶ μόνον ὡς ἀγάλματος καλοῦ, Id est, Amat vir Spartanus adolescentem, sed amat tantum ut pulcrum statuam, Id est, intuendo, admirando, commendando. Ælianus quoque libro III. variarum Histor. cap. xii. eundem Lacedæmoniorum amorem describit, addens pœnam esse constitutam ei, qui turpe aliquid circa hunc designaret, ut aut è Sparta, aut è vita ei migrandum esset. Ac eiusmodi amor inuicem inter mulieres quoque & virgines exitit, ita ut virginum indoles generosa, prouectioribus eiusdem sexus, grata esset & dilecta. Plutarchus Lycurgo: ἔτι δὲ τὸ ἐρᾶν ἐγκειμενῶν παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ τῶν παρθένων ἐρᾶν τὴν καλὰ καὶ ἀγαθὰ γυναικῶν, Id est, Mos apud eos tam honestus amandi erat, ut etiam probata & egregie mulieres amarent virgines. Nec constabat tamen hic amor ullo dono intercedente vel præmio amoris. Itaque Persæ cuidam, qui continentibus largitionibus amasium Demarati auertit, quum diceret, Heus Laco, venatus sum tuum amasium, Respondit Demaratus: minimè verò, inquit, sed emisti. Quin ne osculum quidem vinculum amoris interueniebat. Nam & Agefilaus osculum sui amasij declinabat, addens vocem Rege prorsus dignam: Malle se vincere cupiditate.

Pœna in eos qui obscenitate aliqua suos a oes contaminassent.

Amor idē inter mulieres & virgines.

Amori illi ne osculum quidem interueniebat.



*Agessilai  
pulchrum  
dictum.*

*Amor ille  
quousque  
durauerit.*

*Amor ille  
sine amu-  
latione vel  
inuidia.*

*Ratio hu-  
ius institui*

tates, quàm populosissimam hostium repugnantium urbem capere. Plutarchus apophtheg. Durauit autem iste amor vsque in virilem ætatem, adeò vt tum maximè amasius amatoris sui animum amplecteretur & periclitaretur, vtens eius consilijs & monitionibus. Quod manifestum est exemplo Xenaris, ad quem Cleomenes amasius quondam, Rex factus, consilium de restituenda Repub. retulit. Quod quum minus probaret, amasium deseruit. Rogatusque causam, nihil aliud respondit, quam ipsum Cleomenem hoc scire, vt est apud Plutarchum in Cleomene. Atque his innixus amor initijs & causis, etsi plures erga eundem ita affecti: tamen quilibet eorum sine æmulatione & inuidia amasium complectebantur, potiusque ipsi inter se artiore vinculo amicitiae iungebantur, eundem simul virtutis gratia amantes. Plutarchus Lycurgo: τὸ ἀντιρᾶν οὐκ ἴδω, ἀλλὰ μᾶλλον ἀρχῶν ἐποιοῦντο φιλίας πρὸς ἀλλήλους οἱ ἑστ᾽ αὐτῶν ἐραδίητες, καὶ διετέλουσιν κοινῇ σπουδαζόντες ὅπως ἀριστον ἀπεργάσωντο τὸν ἐσθμῶνον, Id est, *Rumalium æmulatio non erat, sed potius qui eosdem amabant, ex eo auspicabantur mutuam amicitiam, eoque incumbabant communi studio, vt redderent quàm præstantissimum eum quem diligebant.* Cuius rationem non inicitè reddit Maximus Tyrius oratione iam laudata: καὶ ἐνὸς πολλοὶ, καὶ εἰς πολλῶν, (ἐρᾶ). ἡ γὰρ δὲ ὑβρεως ἠδονῆ, ἀκοινωνητος πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ δὲ ὀφθαλμῶν ἕσθρος κοινωτικὸς μόνον, καὶ ὅτι πᾶσας δεικνούμενος φύσος ἐσθθηκᾶς. πὴ γὰρ αὐτὴ εἶν ὠραϊό-τερον τῆ ἠλίου; καὶ ἐρασαῖς πολλοῖς ἀρέσσερον; ἀλλ' οὐτως ἐσθσιν ἠλίου οἱ πάντων ὀφθαλμοὶ, Id est, *Multi Sparta vnum, & vnus multos diligit. Nam quum ea voluptas quæ à lasciuia oritur, communicari inuicem non possit: Amor qui aspectu finitur, solus communicabilis est, seque ad vniuersam, quæ amari possit, naturam effundit. Quid enim ipso pulchrius sole? Quid tam amatoribus multis æquè par? At hunc tamen vniuersi oculi diligunt.* Hæc ille. Actalis amor Lacedæmoniorum, de quo eò prolixius egimus, quod scriptoribus omnibus fuerit admiratione quadam virtutis & grauitatis commendatus.

INSTITI-



*Quod quivis furto auferre potest impunè habeat, de-  
prehenſus pœnas det.*

**H**OC vnum est inter abſurdiffima instituta, quod primo in-  
tuitu haberi poterit, nempe quod furari pueros permise-  
rit, atque ipsis impunè furtum esse, si non essent deprehenſi.  
Nulli enim alij Reipub. ita impunitas furantibus proposita, vti  
Spartæ. Quod tum de quouis furto, tum præcipuè de Cibariorū  
accipiendum. Plutarchus Lycurgo: φέρεται κλέπτοντες, οἱ μὲν ὅτι  
τοῖς κήποις βαδίζοντες, οἱ δὲ εἰς τὰ ἔργα ἀνδρῶν συσσίτια παρεισρέοντες ὁ-  
μᾶλα πανέργως καὶ πεφυλαγμένως αὐτὸ δὲ ἀλάφ, πηλας λαμβάνει πη-  
λας τῆ μάστιγι, βραθύμως δοκῶν κλέπειν καὶ ἀτέχνως. Id est, *Furtaes quid-*  
*uis auferunt, hi quidem in hortos aliorum ingredientes, hi autem in vinorum*  
*conuiuia perastitè & cautè irrepentes. Deprehensus multa verbera fla-*  
*gello accipit, quod solutus in furando & iners videatur.* Idem tribuit La-  
cedæmoniis Heraclides de politijs, ita de pueris eorum scribès:  
ἐδίξισι, inquit, αὐτοῖς καὶ κλέπειν, καὶ τὸν αἰλόντα κολάζουσι πηλας.  
Testatur & Gellius lib. xi. cap. xviij. furta omnia apud Lacedæ-  
monios fuisse licita. Sed & Suidas de hoc Lacedæmoniorū fur-  
to intelligendus, vbi sic inquit Dictione κλέπτης, τὸ παλαιὸν ἔδει-  
βέλιτο ἢ κλοπῆ εἰ μὴ φραδεῖς ὁ κλέπτων ὑπῆρχεν. De furto cibario-  
rum minus id mirum. Nam hoc præcipuè concessum fuisse, au-  
tor grauis Xenophon his verbis scribit: ὡς δὲ μὴ ὑπὸ λιμοῦ ἀζαν  
αὐτὸν πιέζοντο, ἀπεργμόνως μὲν αὐτοῖς ἐκ ἔδωκε λαμβάνειν ὧν αὐτὸν δέων-  
τα, κλέπειν δὲ ἐφῆκεν ἐπὶ ἀπὸ λιμοῦ ὅτι κενεὶς ὦντας, Id est, *vt à fame*  
*non nimium premerentur, haud permisit eis facillè parare, quibus ipsis opus*  
*esset: sed hoc concessit, vt ea furto subducere nt, quibus subuenire fami pos-*  
*sent.* Idem testatur & Plutarchus Lycurgo, & institutis Laconi-  
cis: vbi ait tenuem cœnam iuuenibus proponi, vt suo ipsi Marte  
inopiam propulsantes, audacia & calliditate vti cogerètur. Ra-  
tio autem furandi erat, vt assuefierent ad diripiendum & aufe-  
rendum in hostico, quum ita opus. Xenophon: ὡς μὲν ἐκ ἀποροῦν,  
ὅτι πρὸς τὸν, ἐφῆκεν αὐτοῖς γε μηχανᾶσαι τὴν τεροφίαν, ἔδνα οἶμα τὸ ἀ-  
ζνοεῖν. δῆλον δὲ ὅτι τὸν μέλλοντα κλωπεύειν, καὶ νυκτὸς ἀζρυπνεῖν δεῖ, καὶ  
μὴ δὲ ἡμέραν ἀπατᾶν καὶ ἐνεδροῦειν, καὶ κατακόποις δὲ ἐτοιμάζειν τὸν

*12. De fur-  
tis, modò  
non depre-  
henſis, im-  
punè habi-  
tis.  
Furta de  
quouis re,  
tum præci-  
puè de Ci-  
barijs.*

*Ratio hu-  
manitatis,*



μέλλοντά τι λήψεται. ταῦτα οὐδ' ἡ πείρα δηλονότι μηχανωτέροις τῶν ἑπιτηδείων βελόμοις τοὺς παῖδας ποιεῖν καὶ πολεμικωτέροις, ἕτως ἐπιπέσειν, Id est, Quod autem non voluerit eos industria sibi victum parare, tanquam qui non haberet quod daret, ignorare neminem arbitror. Nimirum patet eum qui aliquid furto sit ablaturus, necesse habere ut noctu vigilet, interdum fallat, insidias locet, atque etiam exploratores paret, siquidem aliquid accepturus sit. Quamobrem pueros ad hæc omnia condocerabat, quod eos ad parandum comœatum solertiores ad ὄque bellicosiores facere vellet. Quod iudicat etiam Heraclides hoc instituto spectatum. Sed & eandem fere sententiam Gellius adducit. Non pauci, inquit, neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum (Lacedæmoniorum) memorias condiderunt ius atque usum fuisse furandi dicunt: idque à iuventute eorum, non ob turpia lucra, neque ad sumtum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque rei militaris factitatum. Quod & furandi solertia & aduetudo accueret, firmaretque animos adolescentum: & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrepenti claritatem. Quæ rationes quum Plutarcho etiam probentur, tum verò hanc etiam addit, ut hoc pacto omnes assuefieret ad diligentem rerum suarum custodiam, ne aliquid furto aliorum amittentes hanc socordia & ignavia pœnam luerent. Quò pertinet etiam quod est apud Clemetem Alexandrinum lib. 1. Strom. φασὶ γὰρ αἰπὸν εἶναι κλοπῆς τὸν μὴ φυλάξαντα, ἢ τὸν μὴ κωλύσαντα, Id est, Aiunt causam esse furti, qui non custodit res suas, vel qui furari non prohibet. Isocrates tamen Panathenais has rationes omnes cauillatur, & in peius interpretatur. Cæterum quod furti compertus plectebatur, id non tam furti causa fiebat, quàm inertia & socordia, quod non tam astutus, cautus, & vigilans fuisset, ut occultare illud nouerit. Qua de re eleganter Xenophon: εἶποι δ' αὖ οὐδ' τις τὴν δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε, πολλὰς πηγάς ἐπέβαλλε τῶν ἀλισκομῶν; ὅτι, φημὶ ἐζῶ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἀνθρώποι διδάσκουσιν, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπαρρέτοιωτα κἀκείνοι οὐδ' τοὺς ἀλισκομῶν, ὡς κακῶς κλέπτοντας, τιμωρῶνται, Id est, Dicat fortasse aliquis, cur igitur, si quidem furari bonum esse arbitrabatur, multis eum verberibus castigabat, qui deprehēdebat? Nimirum ideo, mea quidem sententia, quod alius quoque in rebus, quas homines docet, non recte peragentem puniant. Erat autem pœna non solum in verberibus

Alia ratio  
ex Plutar-  
cho.

Cur in fur-  
to deprehē-  
si plecte-  
rentur.

Que pœna  
instigetur  
in furto de-  
prehēsis.



beribus sita : sed in multa pecuniaria. Nam Iſocrates ſcribit τοὺς ληρθεύτας ἀργύριον ἀποτίνειν, καὶ πληγὰς λαμβάνειν. Ita Sparta furari non erat flagitium: inſcitè autem & minus cautè id aggredi, id verò cum periculo & damno coniunctum.

## TABVLA NONA DE EXERCITIIS CORPORIS.

### INSTITVTVM I.

*Maiore corporis mole, quam exercitiis conueniat, nemo præditus ſit.*

**M**VLTVM in exercitiis corporis ſitum iudicauit Legiſſator, idcirco ea etiam diligenter exerceri voluit. Non itaque permisit ſic aliquem corporis mole increſſari, vt minus his eſſet idoneus. *Ælianus lib. xiv. cap. vii. Λακεδαιμονίοις ἔπος ὀνόμος ὁ δὲ νόμος οὕτως λέγει. μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνδρῶτεσιν ὀρεῖσθαι πλὴν χροῶν, ἢ τὸν ὄγκον τῆς σώματος ἔχον ὑπὸ τὰ γυμνάσια.* Id eſt, *Lacedæmonius hæc lex, quæ ita concepta eſt: Nemo Lacedæmoniorum mollitiem aliquam colore præ ſe ferat, aut corporis molem craſſiorem, quam vt exercitiis conueniat, habeat.* Idem tradit Athenæus lib. xii. vbi refert Agatharchidem hæc ſcribere lib. xxvii. *Ἱστορίας ſυαῖς, ἢ τυχούσης ἀδοξίας νομί ζεσθαι, εἰ μὴ τὸ σῆμα ἀνδρότερον ἔχον, ἢ τὸν ὄγκον τῆς σώματος περιπετῆς εἰραίνετο.* Ab vtroque horum proponitur illuſtre huius exemplum in Nauclidæ Polybiadæ filio, quem Ephori nimium corpore pingueſcentem è concione abduxerunt ſpectantibus vniuerſis, & exilium minitati ſunt, ni viuendi rationem minus laudabilem commutaſſet. Etenim eius formam & colorem, dedecus adferre tùm Lacedæmoni, tùm legibus. Cuius inſtituti ratio cuius fere obuia. Qui exercitiis ineptus eſt, nec bello vel armis tractandis idoneus. Deinde qui corpori ſaginando incumbunt, fortem animum rebus gerendis vix præſtant. Et ſanè corporis obefitas ac profuſum ventris abdomen, minus frugalem, incontinentem, & ignauam vitam arguunt.

M 4.



*Pueri in primis ad venationem assuefiant.*

2. De pueris ad venationem assuefaciendis.

**P**rimum hoc exercitium corporis voluit esse Legislator, vt pueri venationem docerentur. Isocrates Panathenaico de Lacedæmoniis loquens: ἐνεῖνοι καὶ ἐκάς ἡμέραν, διθ' ἕξ δύνης πορτέμπουσι τὲς πύδας, μεθ' ὧν ἀν' ἑκάστοι βεληθῶσι, λόγῳ μὲν ἐπιθήσαν, Id est, illi quotidie pueros mox à lecto, quibuscum singulis librum, ablegant ad venationem. Meminit & Cicero in Tuscul. Laconicæ exercitationis in venando. Verum quod Isocrates venationem furtum interpretatur, id reuera non est. Nam aliud eorum furtum erat, distinctum ab hac ferarum venatione. In hunc enim vsum canes præstantissimi alebatur, quippe Lacedæmoniorum canes in generosissimis numerati, vt ex Polluce patet, itémque Virgilio, & Horatio. Quorum tamen opera in furtis nulla, imo magis noxia, & cum detegendi periculo coniuncta. Erant autem canes isti venatici Lacedæmoniis omnibus communes. Nam id Xenophon Lycurgum etiam instituisse ait; καὶ ὧν θηροδυσκῶν συνήψε κοινωσίαν, Id est, *Canum venaticorum instituit communionem.* Ac quod Isocrates ait, socios in venatione adhibuisse pueros, quos ipsis libebat, id Xenophon etiam indicat. Nam qui canibus egebant (inquit) alios ad venandū secum inuitabant, quibus si non vacabat, canes tamen lubentes concedebant. Atque in eum vsum etiam equos cuiusuis in agris vsurpabant. Sicut & cibus paratis fruebantur, si nox reditum anteuertisset, relictis ibi ab iis, qui antea à venatione cessarant. Videtur autem hæc venatio terrestrium fuisse animalium, non volatiliū, aut aquatiliū. Nam & hanc solam Plato permittit in sua Repub. vt videre est in fine lib. vii. de legibus. Ac meritò quidem Legislator venationem hanc suis commendabat, qua nulla alia ad militarem disciplinam & studium, conuenientior exercitatio. In reliquis enim magis voluptas & oblectatio spectatur. vide Xenophonem de venatione.

Venatione Lacedæmon. male furtis vocari ab Isocrate. Canes ad venatione à Lacedæmon. alebantur, Canes venatici communes Lacedæmon. iis.

Venatio quorum animalium fuerit.

INSTI-



*Choreas ingenuas saltent pueri & virgines.*

**A**lterum corporis exercitium, statuit Legiflator in Choreis<sup>3.</sup> De cor-  
& saltatione. Nō enim hęc apud Lacedæmonios lasciuiam <sup>poris exer-</sup>  
& obscœnitatem habebant; sed in motu corporis modestiæ & <sup>citio in cho-</sup>  
grauitatis pleno decora exercitatio inerat. Itaque non vereban- <sup>reis & sal-</sup>  
tur publicè saltare, tūm pueri, tūm virgines, statis quibusdā dic- <sup>tatione.</sup>  
bus & solemnibus, idq̄ue nudi. Plutarchus Lycurgo: ἀφελὼν τῶν <sup>Saltatio pu-</sup>  
θρύψιν καὶ σιατροφίαν, καὶ θηλύτητα πᾶσαν, ἐδὲν ἥτιον εἰδισε τῆς κό- <sup>bica pue-</sup>  
ρον τὰς κόρας γυμνασὶ δὲ πολιτῶν τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων, <sup>rorum &</sup>  
Id est, Remotis deliciis, umbratili vita, mollitiâque omni fœminea, assue- <sup>virginum</sup>  
cit iuxta puellas atque adultos nudos in publico versari, certisq̄ue solemnibus <sup>nudarum.</sup>  
saltare & cantare assis-  
tentibus atque spectantibus iuuenibus. Qualis au-  
tem fuerit vulgaris saltatio Laconica, describit Lucianus Dialo- <sup>Saltatio</sup>  
go ἐπὶ ὀρχήσεως, cuius sententiā, quam possumus, perspicuè hic <sup>Laconica</sup>  
proponemus. Ait ibi saltationem traditam Lacedæmoniis à Ca- <sup>vulgaris</sup>  
store & Polluce, quam exercere *καρυατίζειν* illi vocabant, à Ca- <sup>qualis suæ</sup>  
ryis Laconicæ vrbe, atque inde omnia cum carminibus agere <sup>rit.</sup>  
solitos. Deinde vsū eius tum fuisse ait, quum Ephebi inter se <sup>Saltatione</sup>  
colluctati paulū iam quieuissent. Nam in saltationem certa- <sup>vsus qua-</sup>  
men finiebant, tanquam ita inimicitias & æmulationem ex cer- <sup>lis.</sup>  
tamine ortam, deposituri. In medio autē locatus erat, qui tibiā  
incinebat, & pedibus plodebat. Pueri & virgines omnigenas fi-  
guras corporis agilitate exprimebant, ad Rhythmum seu nu-  
merum ingredientes. Erāt autem duo quasi genera saltationum <sup>Saltatione</sup>  
(forteā in vna chorea) quorum vnumquodque suas habebat <sup>duo gene-</sup>  
cantilenas, quas tibiis accinebant. Vnum quod magis militare <sup>ra.</sup>  
& lentius erat, habens *χήματα πολεμικά*, quæ lenta & cauta e-  
rant. Is erat ὄρμος dictus, quasi segmentum. Constabat enim hor- <sup>ὄρμος.</sup>  
mus ex adolescentibus & virginibus alternatim in chorea ince-  
dentibus, tanquam ita inter se sectis & diuisis. Adolescens cho-  
rum duxit iuueniliter saltans, vti postea in prælio facturus erat.  
Sequebatur puella modestè & decenter, quæ fœmineam salta-  
tionem docta erat. Perinde ac si coniuncta foret in hormo forti-  
tudo iuuenum cum modestia muliebri. Atque erat his ita saltan-



*Altera  
species.*

tibus sua cantilena. Altera species erat, quæ post exercebatur & saltabatur, habens *χήμετα φορβικήα*, quæ interpretor celeriora & magis saltatoria, quod in hac quasi posteriore parte motus incitator, ut ex carmine patet. Nam habebat hæc saltatio carmen quasi præceptum saltandi: *πόρρω γάρ φάσιν, ὦ παῖδες πόδα μετέβατε, καὶ κωμάσατε βέλπιον, ἵετέσιν ἀμεινον ὀρχήσαδε*, Id est, *Procul aiunt, o pueri, promouete pedem, & saltate melius*. Dicebatur hæc cantilena veneris & cupidinum, tanquam ij vnà cum ipsis saltarent. Erant enim hæc *φορβικήα χήμετα* Dionysio & Veneri grata. Non dissimilis videtur his chorea apud nos vsitata, quæ ab Harfalis nomen habet. Recitat Pollux & alias quasdam saltationes Laconicas, ut *διποδίαν, δειμαλίαν, βίβασιν*. Quarum postremum ita describit: *Βίβασις* ἢ εἶδος λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς τὰ ἀθλα πορευόμενοι, ἐπιτοῖς πασι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. εἶδεν δὲ ἀλλοδαπῶν, καὶ ψάσειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγὰς καὶ ἀνελθῆναι τὰ πηδήματα, Id est, *Bibasis erat species saltationis Laconice, cuius erant & proposita præmia, neque solum pueris sed & virginibus. Necessè autem erat in hac saltatione exilire, & nates pedibus contingere. Atque ita numerabantur saltus. Cuiusmodi fere saltatio est in choreis Polonicis. Strabo etiam lib. x. Cretenfes quasdam dictas saltationes, Rhythmos, & Prænas apud Lacedæmonios fuisse auctor est. Sed priores illas & quascunque alias choreas ingenuas apud Lacedæmonios non saltabant serui: sed ipsi suas quasdam enerues & ridiculas habebant qualis fortean βίβασις fuit, sicut & cantilenas, ut testatur Plutarchus in Lycurgo, & nos supra attigimus. Spectauit autem saltatio Lacedæmoniorum ad exercitationis militaris usum, quod testatur Quintilianus lib. i. cap. xvi. Institut. Oratoriarum: Lacedæmonios quidem (inquit) etiam saltationem quandam tanquam ad bella quoque vilem habuisse inter exercitationes accepimus.*

*Saltationū  
Laonica  
rum alie  
species.*

*Bibasis spe  
cies salta  
tionis La  
conice.*

*Choreas  
ingenuas  
non salta  
bant serui  
Lacedæ  
mone.*

*Ratio in  
stituta sal  
tationis.*

#### INSTITVTVM IV.

*Pueri simul & virginēs, cursu, lucta, disco & iaculo  
concertent.*

*4. De puē  
ru & vir  
ginibus si  
mul exer  
cendis, cur  
su, lucta,  
d. s. o. &  
iaculo.*

**H**OC aliud corporum exercitium, quod etiam vtrique sexui commune esse iussit legislator. Itaque tūm pueri tūm virginēs etiam ludis exercebantur, & certaminibus cursus, lucta, disci



disci & iaculi. Plutarchus Lycurgo: τὰ μὲντοι σάματα τῆς παρ-  
 θένων δρόμοις, καὶ πύλαις, καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπένησεν,  
 Id est, Corpora virginum cursu, lucta, discorum & telorum iactu exercuit.  
 Xenophon de Repub. Lacedæm. σωμασκεῖν ἔταξεν ἐδὲν ἥπτον τὸ  
 θῆλυ τῶ ἀρρένος φύλου. ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰχθύος ὡσπερ καὶ τοῖς ἀν-  
 δράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε, Id est,  
 Primum non minus fœmineum genus habere corporis exercitia iussit, quam  
 masculum. Itaque sicut viris cursus & roboris certamina instituit: sic etiam  
 fœminis. Vbi sub roboris certaminibus, luctam, disci & teli iactū  
 intelligit. Idem tradit Cicero Tuscul. II. Illi, inquit, qui Græcia  
 formam Rerumpub. dederunt, corpora iuuenum firmari robore voluerunt:  
 Quod Spartana etiam in fœminas transtulerunt, quæ ceteris in vrbibus mol-  
 lissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil ho-  
 rum simile esse apud Lacenas virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol,  
 pulvis, militia in studio est, quam ferulitas barbara. Ergo his laboriosis exer-  
 citationibus & dolor intercurrit nonnunquam. Impelluntur, feruntur abii-  
 ciuntur, cadunt & ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. Hæc  
 ille. Sed describit etiam hæc exercitia & certamina virginum  
 Propertius lib. I I I. Elegiarum, vbi sic ait,

Multa tuæ, Sparte, miramur iura palestre,  
 Sed magè virginei tot bona gymnasij.  
 Quod non infames exercet corpore laudes,  
 Inter luctantes nuda puella viros.  
 Quum pila veloces fallit per brachia iactus,  
 Increpat & versi clavis adunca Trochi.  
 Pulverulentaque ad extremas stat fœmina metas  
 Et patitur duro vulnera pancratio.  
 Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia lovis  
 Missile nunc disci pondus in orbe rotat.

Meminerunt & alij scriptores plures, qui causam huius in-  
 stituti eandem omnes reddunt, iudicantes videlicet hoc ad cor-  
 poris robur potissimum cōferre. Quod de viris quidem non est  
 dubium. Sed eādē tamen & in fœminis rationem se spectasse,  
 Lycurgus ipse ostendit quodam apophth. Nā percunctanti cur  
 corpora virginū, cursu, lucta, disci & teli iactu, exerceri voluisset,  
 Respondit: *Vt in valido corpore fœtus validas agens radices pulcrè adole-*

Ratio hu-  
 ius instituti



scat: ipsæque deinde mulieres robore in partu fretæ, dolores facillè sustineant atq; superent. Vtq; si ita necessitas postulet, pro se suisq; liberis & patria possent pugnare. Quò respexit etiam Claudianus lib. de Manlij Theodori consulatū, ubi de hoc instituto ita loquitur:

*Spartanis potuit robur præstare Lycurgus  
Matribus, & sexum leges vicere Senera.*

INSTITVTVM V.

*Ephebi infestis manibus & calcibus inter se concertent.*

¶ De Ephorum  
infesta con-  
sertatione.

**R**Eferamus & hoc certamē ad exercitia corporis, quo Ephobi soliti inter se manibus & pedibus depugnare. De quo leges posuisse Lycurgum testatur Pausanias Laconicis, ita scribēs: νόμοις ἐς τε τὴν ἀλλήλων πολιτείαν καὶ ἐς τὴν μάχην τῶν ἐφήβων ἐθηκέν οὗ λυκούργος. Id est, *Leges Lycurgus tulit, quum ad vniuersam Rempub. pertinentes, tum etiam ad Ephoborum pugnas.* Hæc autem pugna ad hūc modum peragebatur, vt docuit nos Pausanias, quamuis non tacerunt etiam alij. Primum Ephobi in duas classes tanquam aduersa agmina distribuebantur, quarum vtraque *μοῖρα* vel *τάξις* vt Pausanias, vel *ἀγέλη*, vt Plutarchus dicta. Cuilibet harum suus erat dux ex puerorum numero. Isque haud dubie fuit, qui apud Hesychium dicitur *βουάγορ*. Ita enim scribit: *βουάγορ ἀγέλαρχος ὁ τῆς ἀγέλης ἀρχὸν παῖς.* Classes ita diuisæ noctu conuenerunt in Ephebeum, quod extra urbem erat, non procul à Therapne, ubi ab vtriusq; catulus caninus sacrificabatur Marti, fortissimo Deorum animal ex cicurum genere fortissimum & pugnacissimum. Committebantur ibi apri duo ex vtraque classe vnus, cicures, ac ex apro victore, de classe victrice augurabantur. Vsu veniebat enim plerunq; vt cuius aper arte vicerat, ea item classis palmam auferret. Postero die ingrediebantur campum, qui *πλατανίσις* dicebatur, quod densis & proceris platanis confitus esset. Is campus Euripo circumquaque non aliter, quàm insula mari cingebatur, vt idcirco in eum per pontes transeundum esset. Ab vna parte pontis Hercules signum, ab altera Lycurgi. Verum sorti permittebatur qua parte aditus quodlibet agmen puerorum ingrederetur. Pugnam primum vtrinque vnus incipiebat, postea totis agminibus impetum facientes concurrebant. Tātus autem

Pugna inter  
Ephobos quomodo  
fieri solita.

βουάγορ quis  
dicitur sit.

ardor



ardor animorum, vt etiam corpora mirum in modum laceraret, & si possint mutilarent: μάχονται, inquit Pausanias, καὶ ἐν χερσὶ, καὶ ἐμπη δάντες λαῖξ, δάκνυσί τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντρύσασιν. Id est, pugnant manibus, & calcibus insultant, tum quoque morsibus corpora fœdant, & oculos inuicem eruunt. Quin & impressionem facientes, vna acies alterâ in aquam detrudere omni nisu contendebat. Talis Epheborum pugna & exercitatio, sicut testatur etiam Cicero, cuius verba infra adducemus. Ceterum an arma adhibuerint præter manus, calces, & dentes non inuenio, quamuis Lucianus tribuat eis ὀπλομαχίαν. Præter hanc solemnem autem pugnam, meminit Xenophon alterius cuiusdam pugnae puerilis, quæ non statò tempore fiebat, sed quoties sibi inuicem obuiabant. Nam ex æmulatione semper ipsis pugna & concertatio, quam cuiusuis erat dirimere. Ita enim scribit: Πυκτόθυσι δὲ τὴν ἔριν ὅπου αὐτοὺς συμβάλωσι. δὲ ἀλλήλων μάλιστα τοὺς μαχομένους πᾶσι δὲ ὄφθαλμοῖς κέρως. ἡ δὲ τις ἀπειθῆ τῶν ἀλλήλων, ἀλλ' αὐτὸν ὁ παιδονόμος ὅτι τοὺς ἐφόρους. οἱ δὲ ζημιῶσι μεγαλείως, καὶ διστάτω βουλόμενοι εἰς τὸ μήποτε ὀργῶν τῆ μὴ πείθεσθαι τοῖς νόμοις κερῆσαι. Id est, Pugilatu inter se ex æmulatione contendunt. Dirimere autem pugnantem cuiusuis est in potestate, qui interuenit. Quod si quis dirimenti non obtemperet, eum pædonomus ad Ephoros adducit, à quibus ille multatur grauius, quod velint prorsus, ne quis ab ira superatus præpediatur, quo minus legibus pareat.

Pugna a-  
lia puerili  
inter Lacedæ-  
monios.

## INSTITVTVM VI.

*Certamina ludicra non sint, nec in quibus manum leuans victurus se aliquis fateatur.*

**V**oluerunt Lacedæmonij in certaminibus & exercitationibus feriò rem agi, vt omnino intrepididis & præsentibus animis esse semper affluerent, etiam quum extrema pericula imminerent. Itaque non patiebantur adolescentes defunctoriè & histrionum more certamina sua obire: sed voluerunt eos durare, & plagas excipientes ad vitam vsq; victoriæ instare, nec eam aduersario cedere. Talia enim tantum erant ipsorum certamina, nec alia permissa, quæ animi gratia fiebant. Seneca lib. v. de Beneficiis nominatim exprimit Pancratium & Cestum, quæ apud eos vetita fuerint. Lacedæmonij, inquit, vetant suos Pancratio

6. De certaminibus que seria omnia esse voluerunt.

Pancratium & Cestum veterunt Lacedæmonij.



& Cestu decernere, vbi inferiorem ostendit victi confessio. Et Plutarchus Lycurgo ait certaminum hæc tantum eum ciuibus suis concessisse: *ἐν οἷς χεῖρ ἢ ἀνατείνεται*. Quod itidem Seneca testatur loco iam dicto, ita scribens: *Quum multos (inquit) esse Lacedæmonij ciues suos magno æstimarent, ab his certaminibus remouerunt, in quibus victorem facit non iudex, non per se exitus, sed vox cedentis & tradere iubentis. Nec enim voluit vllus plagis vel verberibus ipsis extorqueri confessionem victoriæ, vel etiam periculo mortis.* Cicero quoque ait, examinari eos potius in certaminibus, quàm se victos fateantur, idque seipsum vidisse affirmat Tusc. v. Eius verba hic adscribere placuit: *Adolescentium, inquit, greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique vt examinarentur priusquam se victos fateantur.* Caterum ratio hu-

Ratio hu-  
ius instituti

#### INSTITVTVM VII.

*Viris otium quidem liberale tribuatur, sed adolescentibus laboribus occupentur.*

7. De otio  
viris con-  
cedendo.  
adolescen-  
tibus autē  
laboribus  
occupandis.

QVum vacabant à certaminibus, festis, pompis, & aliis solem-  
nibus ac publicis functionibus, tum verò labor aliquis pro-  
positus adolescentibus, quo exercebantur, non autem viris, qui-  
bus quantum fieri poterat otium parabatur. Ita enim de his Plu-  
tarchus Lycurgo: *ἐν πᾶσι τοῖς καλῶν καὶ μακαρίων ἀπαρέσβει  
τοῖς ἑαυτῆ πόλιτις ὁ λυκεῦργος, ἀπὸ θανάτου ἔσθλης*. Id est, *Inter cetera  
bona & reliquam felicitatem, quam ciuili sui parauit Lycurgus, vnum  
fuit copia otij.* Quod idē auctor repetit institutis Læonicis. Hinc  
est quod Herondas quidam Lacedæmonius, quum Athenis es-  
set, audiens quendam otij damnatum, ostēdi eum sibi petiit, qui  
tam liberalis criminis esset conuictus. Verum hoc tamen otium  
non erat ignauum, sed vacatio tantum à sordidis artibus, & ina-  
nibus laboribus, vt colloquii de Repub. & virtutum officiis o-  
peram dare possent. Neque enim tempus temerè cōsumebant,  
&

Otium vi-  
rorum que-  
rebat.



& otium suum in res qualvis contulerunt. Rectè itaque Nican-  
der. Nam Atheniensi cuidam dicenti, *Nimum ò Spartani otio estis*  
*dediti: vera, inquit, dicit: At non ut vos, in quasunque res operam impen-*

*Ambula-*  
*tion non per-*  
*missa viris.*

*dimus. Nec verò ambulatio permessa ad fallèdum tempus. Itaque*  
*Ephori non pariebantur eos, qui Deceleam tenebant, deambu-*  
*lationibus uti pomeridianis, sed ad illos ita scripserunt: μη δει-*  
*πατεϊτε. Ne deambuletis. Tanquam deambulatio fuerit τρυφώντων*  
*μᾶλλον, ἢ σώμα ἐπιπονούτων, ut scribit Ætianus lib. II. variae hist.*

*Laboribus*  
*adolescētis*  
*exercēban-*  
*tur.*

cap. v. Tale itaque adultiorum obibant necessaria. Nec enim eos  
exercebantur, & ministeria obibant necessaria. Nec enim eos  
prorsus vacare unquam voluerunt otiosos. Quod ita esse, quaq;

id potissimum causa fieri solitum, docet elegāter Xenophon de  
hac exercitatione adolescentum à Lycurgo instituta ita scribēs:

*καταμαθὼν τοῖς τιλικούτοις μέγιστον μὲν φρένημα ἐμφυόμενον, μέγιστα*  
*δὲ ὑβείν ἐπιπολάζουσαν, ἰχυροτάτας δὲ ἐπιθυμίας τῆς ἡδονῶν παρυσια-*  
*μύρας, πνικρῶτα πλείστοις μὲν πένουσι αὐτοῖς ἐπέβαλε, πλείω δὲ ἀγο-*  
*λίαν ἐμμελέσασατο, Id est, Lycurgus quum animaduverteret in adolescenti-*

*bis maximos spiritus à natura esse, maximamque petulantiam redundare,*  
denique cupiditates voluptatum vehementissimas esse: idcirco pluribus la-  
boribus eos subdidit, atque plurimum ut occupati essent, perfecit. Idem est

etiam apud Thucydidem lib. II. ubi de Lacedæmonis ita ait  
Pericles: *ἐν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ἐπιπόνω ἀσκήσας ἀδύς νέοι ὄντες τὸ ἀν-*  
*δρείον μετέρχονται, Id est, Apud quosdam ab ineunte statim ætate iuue-*

*Labores*  
*iuniorum*  
*qui fuerint.*

*nes ad virorum morem laboriosa exercitatione accedunt. Cæterum qui*  
labor fuerit ostendit Iustinus, qui lib. III. Sic ait de Lycurgo.

*Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit, ut primos an-*  
*nos non in luxuria, sed in opere & laboribus agerent. Plutarchus Lycur-*

*go scribit: eirenas uti adolescentum ministerio ad cœnam, maioribus li-*  
*gna, minoribus olera afferre iussit: Tanquam hoc fuerit ipsorum in*

*agris opus, ut hæc asportarent. Nam rustica opera certè non ob-*  
ibant. Atque ad hos labores metu pœnæ adigebantur, carituri

*Ad labores*  
*pœnis ad-*  
*acti.*

aliàs honoribus in ciuitate. Qua de re etiam Xenophon supe-  
rioribus hæc adiungens: *ἐπιθεῖς δὲ καὶ εἰς ταῦτα φύροι, μηδένος ἐπὶ*  
*τῆς καλῶν τυχεύειν, ἐποίησε μὴ μόνον τοῖς ἐκ δημοσίου, ἀλλὰ καὶ τοῖς*  
*κρηδομύτοις ἐξ ἑσῶν ἐπιμελεῖσθαι, ὡς μὴ δπο δειλιάσαντες ἀδίκιοι παν-*

*τάπτωσιν ἐν τῇ πόλει γένοιτο, Id est, Addidit etiam Lycurgus hoc, ut si*



quis fugeret labores, expers deinde omnium honorum seu honestarum rerum esset. Qua ratione effecit, ut non solum qui publice constituti pædagogi seu magistratus: sed illi etiam qui priuatim curam singulorum habebant, operam darent, ne à laboribus præ sordida deterriti, existimationem omnino in Repub. amitterent.

## INSTITVTVM VIII.

*Pueri flagris ad aram Dianæ orthiæ stato tempore cædantur.*

3. De puerorum ad aram Dianæ origo.

Huius instituti origo ex Pausania.

Alia ex Plutarcho.

**H**Oc quidem crudele videtur corporis exercitium, uti & reuera est, quo ad patientiam discendam flagris assuefiebant. Nam potius pœna hæc & supplicium, quàm exercitium. Sicut & Xenophon indicare videtur, fuisse hoc quodammodo supplicium in eos, qui rapientes caseum ab ara Dianæ orthiæ deprehensi essent. Quamuis haud dubiè flagellatio hæc, quam *δελμασίωσιν* notissimo apud omnes auctores nomine dixerunt, in quibusuis pueris adhibita sit. Huius instituti quæ fuerit prima origo indicat Pausanias lib. 11. longissimè eam repetens. Scribit enim Orthiæ Dianæ signum è Taurica allatum, cui quum Lymnatae, Cynosurense, & qui ex Mesoa ac Pitane erant, olim sacrum facerent, tum eos ad iurgia & rixas venisse, & mox ad cædes conuersos. Itaque postquam multi ad ipsam aram occubissent, reliquos subitam morbi vim absumpsisse. Inde oraculum acceptum esse, aram eâ sanguine humano aspergi oportere. Quare quum antea forte duceretur immoladus, sacri ritum ad puberum plagas transtulisse Lycurgum. Quo factum ut hoc ritu nihilo minus sanguine humano ara imbueretur. Hæc itaque sacri huius origo. Plutarchus tamen vita Aristidæ, aliam etiam eius refert originem. Ait enim Pausania extra aciem bello Medico sacris operante, & pacem Deorum exposcente, Lydos aliquos inferentes sese repenti, eripuisse atque dissipauisse sacra. Eum itaque ac comites quibus arma ad manum non erant, virgis & flagellis eos cecidisse. Vnde cœperit celebrari illius incurfus simulacrum Spartæ, plagis circa aras adolescentium & Lydorum inde pompa. Sed vtra horum fuerit vera origo: id certè in eis mirandum, & tantum non incredibile, quod circa Deæ signum fieri solitum



folitum idem Pausanias scribit. Ait enim feminam quæ sacris præerat, dum cæduntur pueri, signum vel idolum Dianæ Orthiæ ferre. Quod quum alioqui propter paruitatem esset leuissimum, si tamen iis, quibus cædendi negotium datum, cum quoriam eorum qui cædebantur Ephëborum, vel ob speciem, vel ob natalium claritatem agerent parcius, tum eoque aiebant signum graue fieri, ut sacerdos illud sustinere nequiret. Quod ubi animaduerneret, in cædentes scilicet causam conserbat, seque eorum culpa querebatur onere opprimi. Ad eò id signum è Taurica Translatitum, hominum sanguine latabatur. Hæc ille. Fiebat autem hæc flagellatio semel in anno, idque per totum diem, certantibus inter se pueris qui flagellabantur, verberum tolerantia. Ita enim Plutarchus institutis Laconicis: οἱ παῖδες παρ' αὐτῆς ξανόμοροι μάστιγι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τῆ βωμῆ ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλὰ κίς δακρυτεροῦσι, ἰλαροὶ καὶ γαῦροί, ἀμιλλώμενοι πρὸς νίκης πρὸς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπὶ πλείον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσῃ τυπόμενος. καὶ ὁ πρὸς ἡρώδης, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι. καλεῖται δὲ ἡ ἀμιλλα δαμασίωσις. γίνεται δὲ κατ' ἕκαστον ἔτος, Id est, Pueri apud ipsos per totum diem ad Orthiæ Dianæ aram flagellis casi, sæpenumero ad mortem usque hilares & gestientes verbera tolerant, de victoria inter se certantes, quis ex ipsis longiore & maiore in verberibus tolerantia utatur. Et qui cæteros ea superauit, maximam inde gloriam consequitur. Vocatur autem hoc certamen flagellatio, & quotannis celebratur. Quod idem auctor etiam in Lycurgo ait sc. suo tempore respexisse. Mosonius apud Stobæum sermone xciii. ubi huius etiam meminit, dicit etiam pueros latori hac flagellatione. Ita enim de verberibus eorum loquitur: ὡς δὲ οὐτε αἰχρῆν, οὐδὲ ὑβερσικὸν οὐδὲν ἔχουσιν ἀπληγῶν, δηλοῦν Λακεδαιμονίων παῖδας δημοσίᾳ δαμασίωσιν, καὶ ἐπ' αὐτὰ τοῦτ' ἀγαλλόμενοι, Id est, Quod verbera nihil graue & iniuriosum habeant, ostendunt Lacedæmoniorum pueri, qui publicitus flagellis ceduntur, & id ipsam gaudent. Meminit & Lucianus Icaro Menippo, ubi Menippus aliorum studia apud inferos enarrās, Lacedæmonios ait ibi occupatos in flagellandis pueris. Scholiastes Thucydidæ ait, etiam fortiores haberi, qui optimè perdurarent in his verberibus. Sic enim de Lacedæmoniis scribit: ἀμέλει καὶ δαμασίωσις ἐγίνοντο καὶ πνὰ καρῶν, ἐν αἷς οἱ πλείονας εἰργκόντες, καὶ δρειότεροι ἐνομίζοντο. Describit hanc flagellationem, & puerorum tole-

Quæ lo-  
ret hæc fla-  
gellatio.

N



rantiam etiam Cicero Tusculana I I. Spartæ (inquit) pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus è visceribus sanguis exeat: nonnunquam etiam, ut quum ibi essem audiebam, ad necem quorum non modò nemo exclamauit unquam, sed ne ingemuit quidem. Idem testatur & Tusculana V. Pueri, inquit, Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. Respexit huc etiam Plautus Captiuus, ubi parasitos, Laconas plagipatidas vocat. Ita enim ibi Ergasilus de contemptu parasitorum apud iuuenes ait. Nihil morantur iam Laconas imi subfelliij viros Plagipatidas quibus sunt verba sine penu & pecunia. Hanc puerorum patientiam intellexit etiam Horatius lib. I. carminum oda VII. Quum ipsi Lacedæmon dicitur patiens. Sed nec prateriit huius mentionem ex veteribus Theologis eruditissimus Tertullianus. Ita enim libro ad Martyres scribit: Nam quod hodie apud Lacedæmonios solemnitas maxima est *δραμασίωσις*, Id est, flagellatio, non lateat. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur astantibus parentibus & propinquis, & uti perseuerent adhortantibus. Idem Apologetico aduersus gentes, ait propinquos adstare adhortantes, atque hæc flagella acerbata, tantum honorem tolerantia domui conferre, quantum sanguinis fuderint.

*Ratio huius instituti.*

Porro ratione huius instituti reddit Xenophon paucis quidem verbis, sed longè elegantissimis, ita scribens: τούτω δὲ δηλώσαι καὶ ἐν τούτῳ βουλόμην, ὅτι ἔστι ὀλίγον χρόνον ἀλγήσονται, πολλὸν χρόνον δὲ δουμοῦντα βραχύνεσθαι, Id est, voluit legislator ostendere hoc instituto, quod qui breui tempore dolores patitur, longo de-

*Alia ratio ex Seneca.*

tempore laudatus lætatur. Seneca tamen videtur hoc ad indolis experimentum referre. Ita enim scribit libello, quo disputat quare bonis viris mala accidant, quum sit prouidentia: Nunquid, inquit, tu inuisos esse Lacedæmonios liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publicè verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut iētus flagellorum fortiter perferant, & læcerus ac semianimos rogant, perseuerent vulnera præbere vulneribus. Apud alios tamen hoc institutum calumniis obnoxium. Alcibiades dicebat nihil mirum si Lacedæmonij iam bellis intrepidi. Defugere enim hoc modo cruciatus & legum seueritatem. Auctor Ælianus lib. XIII. Sicut & Sybarita quidam, ut ex Serinò refert Stobæus, quum Lacedæmonem venisset, perceptis



spectis eorum moribus & patientia, qua statim à pueris educabantur: *Nihil, inquit, mirum ij præstant, quòd mortem obeant in bello, ne ita vivere cogantur.*

TABVLA DECIMA DE LEGIBVS NYMMARIIS ET

CONTRACTVVM.

INSTITVTVM I.

*Aurum & argentum nemo possideat.*

**N**VLTA ex hoc instituto sequebantur in Repub. laudabilia. Quid enim sublatis opibus & demto diuitiarum studio, Lacedæmoniis supererat, quod magnoperè quærerent & affectarent, præter virtutem? Hanc igitur volens Legislator à suis ciuibus omnibus aliis rebus anteponi, aurum & argentum è Repub. exulare iussit. Quod aded seuerè etiam interdictum à Legislatore scribunt, vt inquireretur de auri possessione, tanquam de graui admissò scelere, ac qui contra leges aliquid habere deprehendebatur, eo nomine pœnas dabat. Ita enim scribit Xenophon de Repub. Lacedæm. χρυσίον γε μὴ καὶ ἀργύριον ἐρευνᾶται, καὶ αὐτὸ τοῦ φαίῃ ὁ ἔχων ζημιῶται, Id est, *Aurum & argentum Sparte indagari solet, & sicubi aliquid compareat, possessor multatur.* Athenæus lib. vi. de philosoph. πλάτων δὲ ὁ θεῖος, καὶ λυκούργος ὁ λάκων, οὐδ' εἶων ἐνεπιδημῆν ταῖς ἰδίαις πολιτείαις, οὔτε τῶν ἄλλων πολυτελῶν εἶναι, ἀλλ' εἰδὲ τὸν ἀργύρεον, καὶ τὸν χρυσόν, τῶν μεταλλομορῶν τὸν σίδηρον, καὶ τὸν χαλκὸν ἀρκείσθαι νομίζοντες, Id est, *Diuius Plato, & Lycurgus Spartanus non permiserunt in suis Rebuspub. versari & existere pretiosum aliquid, neque aurum & argentum: sed ex metallis solum ferrum & as sufficere existimabant.* Iustinus de Lycurgo loquens: *Auri, inquit, & argenti usum velut omnium scelerum materiam sustulit.* Atque hoc eo seuerius obseruabatur, quod oraculo moniti fuerant, cupiditatem pecuniæ Spartam aliquandò perdituram. Quod oraculum redditum olim fuerat Theopompo & Alcameni, hoc versu:

1. De auro & argento è Repub. exulare iussit.

De Auri possessione seuerè inquisitum.

Oraculum, cupiditate pecuniæ Spartam perdituram.

N 2



Ἀφιλοχρημέτια σπάρταν ὀλεῖ

vt scribit Plutarchus institutis Laconicis. Vel vt aliàs scribitur,

Ἀφιλοχρημέτια σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ ἔδεν.

Athenæus quoque ex Posidonio refert, à Diis prohibitos Lacedæmonios aurum & argētum possidere. Ita enim locum emendat doctissimus Victorius, pro ἐδῶν legens θεῶν. Et rectè quidem mea sententia. Quæ autem pœna fuerit in auri & argenti possessores, indicat Plutarchus institutis Laconicis. Nam capitis supplicium propositum eis fuisse ibi scribit. Sicut & Nicolaus de moribus gentium apud Stobæum testatur, qui sic scribit : ἐὰν δὲ

*Pœna constituitur in auri & argenti possessores.*

ᾧ τις ἐπρέθη χρυσὸς καὶ ἀργυρὸς, θανάτῳ ζημιῶται, Id est, si deprehendatur aurum vel argentum apud aliquem, morte punitur. Quò facit, quod idem auctor in vita Lyfandri narrat de quodam, qui Thorax dictus fuit. Is enim tametsi collega & amicus Lyfandri ab Ephoris nihilominus necatus est, quod compertum fuisset argentum eum domi habere. Ac nota historia ex Herodoti lib.

*Meandrius Sami tyrannus Sparta pulsus.*

III. & Plutarchi apophthegmatis Laconicis, de Meandrio Sami Tyranno, qui Sparta pulsus ab Ephoris, quod ciuibus vasa aurea & argentea elargitus esset. Spartæ itaque reuera hæc lex vsitata, quam Plato lib. v. de legibus in sua Repub. instituit, nec fortean in mūdo ad eum modum alibi vsipiam. Sed hoc tamen tam præclarū institutū exoleuit, inuecta pecunia à Lyfandro post captas Athenas, vt testatur in vita Lyfandri, & pluribus aliis locis Plutarchus: atque auctor etiam Ælianus lib. XI v. cap. XXIX. variæ historiae. De quo & nos plura libro sequenti.

*Quando inuoluerit hoc institutum.*

INSTITVTVM II.

*Nisi ferreum numisma, nullum Sparta cudatur vel vsurpetur.*

*De moneta ferrea cudenda sub auro & argento. Nummus ferreus quatenus fuerit.*

**S**ublato auro & argento iam vel cuiunque materiæ pretium statuere facile erat. Ferreum itaque voluit legislator suis pronūmis esse, antiquata omni moneta aurea & argētea. Plutarch. Lycurg. ὡς ἔστιν μὲν ἀνεφάρσις πᾶν νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν μόνῳ χρῆσθαι τῷ σιδηρῷ ὡς ἐσέταξεν, Id est, Primum abrogans omne munus ferreum quatenus aureum & argenteum, solo ferreo vti permisit. Erat autem ferreus hic nummus grauis pondere, & mole sua non exiguus.

Itaque



Itaque, ut ait Xenophon, si tantum in ædes reciperetur quantum minas decem æquaret, fieri non poterat, ut id vel Dominis vel seruis clā esset. Etenim & amplo id collocari spacio, & plaustrō necesse erat vehi. Idem testatur etiam Plutarchus Lycurgo, qui ait ad vehendum tantum nummorum ferreorum, quantum valet decem minas, requiri plaustrū duorum boum. Qualis <sup>Moneta ferrea quomodo cudi solita.</sup> autem fuerit moneta, & quomodo cudi solita, docet idē in Lycurgo, & dilucidius in vita Lyfandri. Ibi enim scribit patrium Lacedæmoniorum numisma fuisse *σιδηρεῖον, ἀεὶ τὸν μὲν ὄξει μέτα βαπτόμενον ἐκ πυρῆς, ὅπως μὴ κατὰ χαλκίνοιο, ἀλλὰ δὲ πῶ βαφῶν ἄσομον καὶ ἀδρανὲς ἦχοιο.* Id est, *Ferream numisma solitum aceto tingi simul ac igne exentum, ne posset procudi, sed ut ob tincturam minus duceretur vel malleo esset tractabile.* Sicut & Polybius lib. vi. docet, etiam fuisse olim ferreum nummum apud Lacedæmonios, postea verò scribit eos vsos communi numismate. Forma quæ fuerit ostendit Plutarchus eodem loci, ubi dicit veterum numisma omne fuisse obeliscos, atque inde obolos dictos pecuniolæ aliquam copiam. <sup>Forma quæ fuerit.</sup> Quod quidem si de ferreis Lacedæmoniorum nummis ita habet, erant obelisci illi non multo dissimiles aureis & argenteis obeliscis, qui vulgò fiunt, nobis dicti *Guld oc Sylff Tiene*. Sed an obelisci illi signati publica nota haud dixerim, quum etiam æs rude olim apud Romanos in vsu fuerit, ut testatur Plinius lib. xxxiii. cap. iiii. Ac cōiicio quod apud Platonem est lib. v. de legibus, ciues ab exteris domū reuersos, commutare debere peregrinam monetam apud magistratus, id ex Lacedæmoniorum consuetudine illum traxisse. Nam ita haud dubiè apud eos antiquitus fiebat, ut exportari posset peregrina pecunia extra Laconicæ fines, aliàs periculo mortis possessuri auream vel argenteam monetam, si deprehensi essent. <sup>Moneta peregrina apud Magistratus nutari solita.</sup>

## INSTITVTVM III.

*Ex corio numisma valeat.*

**C**orium vsum nummorum habuisse apud Lacedæmonios, testis Seneca lib. v. de beneficiis cap. xv. ubi ita scribit: *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium publica forma percussum: quale apud Lacedæmonios fuit, quod vsum numeratæ pecuniæ* <sup>De numismate ex corio.</sup>



præstat. Idem refert Stobæus sermone cXLV. ex Nicolao de moribus gētium, ubi ait inter alia instituta Lacedæmoniorum, hoc etiam vnum fuisse. Ita enim scribit νομίματι δὲ χρωόμενται, Id est, Numismate autem vtuntur Scorteo. Sed hoc videtur aut vetustissimæ consuetudinis, aut extremæ necessitatis fuisse.

## INSTITVTVM IV.

*Permutatione rerum contractus fiant.*

4. De contractibus per rerum commutationem faciendis. Institutum de permutatione rerum fuisse antiquum.

Naturalis illa, & prisco seculo vsitata ratio transferendi & comparandi res per commutationem, longo tempore Lacedæmoniis recepta fuit. Quod Iustinus quidem Lycurgo tribuit. Ita enim de eo scribit. *Emi, inquit, singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit.* Sed videtur tamē eo esse longē antiquius institutum hoc, quippe omnibus gentibus initio vsitatum, sicut docent I c ti. Hinc est quod Sparta Regia Polydori, dicta fuerit βοώνητα, quia bobus emta: Pausanias Laconicis: λακεδαιμονίσι δὲ καὶ τὴν ὄσον ταύτην, ἐσιν τὰ ὀνομαζόμενα βοώνητα, πολυδάρεσσι ποτὲ οἰκία τῆ βασιλέως: ἀποθανόντος δὲ ὧρα τῆ πολυδάρεσσι τῆς γυναικὸς ἐπείαντο αἰδιδόντες βοῖς. ἀργύρεσσι γὰρ οὐκ ἔτι τότε εἶδεν χρυσῶν νόμισμα. καὶ τρέπον δὲ ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον, ἀντιδίδουσαν βοῖς, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀργῶν τὸν ἀργύρεσσι καὶ χρυσῶν, Id est, Lacedæmoniis iuxta hanc viam sunt, quæ Booneta dicuntur, ubi olim Regia Polydori. Quo mortuo ab eius vxore domum compararunt dato boum pretio. Nondum enim erat nummus auro argentoque signatus: sed ad huc secundum veterem consuetudinem vltro citroque res permutabant, bobus, mancipiis, rudique auro & argento. Hæc itaque ipsis contrahendi ratio, quæ eò melius seruari poterat, quod quam paucissimis egerent, & nummus ibi non esset, qui apud exteros pretium haberet.

## INSTITVTVM V.

*Lucrum ex re facere, nemini liceat.*

5. De non habendis questui facultatibus.

Qvæstui habere facultates Lacedæmoniis non permissum fuit, quòd nec ipsis magnopere necesse, qui diuitias nullo in honore habebant. Lucrum enim & augmentum rei familiaris putabant cum multis iniuriis coniunctum. Itaque Timandridas, quum peregrè abiens filio procurationem familiæ delegasset, ac reuerfus



reuerfus rem multis partibus auctiorem, quàm antea, reperiffet, dixit à filio multos Deos, familiares, & hofpites iniuriis affectos, vt fcribit Ælianus. Neque enim circumfcriptio in emendo & vendendo Lacedæmone impunita, quum alibi nulla fraudibus huiusmodi pœna fit conftituta. Hoc enim Xenophon vetuiffè legiflatorem ait: τὸ γὰρ μὴ ἐξ ἀδίκων ζημηπίζεσθαι καὶ ἐν τοῖς τοιέ- τοις διεκώλυσε, Id est, *Lycurgus ex iniuftis opes parare prorfus prohibuit.* Idem fcribit apud Stobæum Nicolaus de moribus gentium, vbi ita ait: *ζημηπίζεσθαι δὲ ἀχρὸν παρπάτη.* Itémque Plutarchus ait, in Lefchis Lacedæmonios verfari folitos, fine mentione compendij faciendi, & forenfium negotiorum tractãdorum: *εἰς ταύτας (inquit) σωμιόντες ὀπιτετικῶς μετ' ἀλλήλων, ἕδινὸς μεμνημένοι τῆς παρὸς ζημητισμὸν ἢ χρείαν ἀγροῦν σωτελουμένων.* Cuius etiam rationem addit hanc: *ζημητισμὸν δὲ σωαγωγὴν ἐν ἔχροντος ἐργάζθη καὶ παραματείαν, ἢ δὲ ὁ ποιῶν ἔδει, δεῖ τὸ κομιδὴν τὸν πλεῖστον ἀζηλον γερονέναι καὶ ἀπμον.* Id est, *Pecuniam cum lucro quaerere, quæ habet multum laboris & moleftiæ, opere non erat, quod iacerent prorfus fordescerentq; diuitiæ.* Et Ælianus lib. xiv. var. hift. ait quendam multatum ab Ephoris, qui fundum exiguo nimis pretio comparaffet. Vbi poftea addit morem fuiiffe, vt aduerfus pecunię ftudium pugnarent tanquam contra hoftem. Sic enim inquit: *λέω δὲ λακεδαμονίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο, μὴ παρὸς μένοις πολεμίας παρὰ τετάρθαι, ἀλλὰ καὶ παρὸς ἀργύριον.* Præclare itaque Alcámenes. Nam interrogatus quo pacto quis optimè regnum conferuaret, Respondit: *si lucrum poft haberet.* Ex quo confequitur, fi lucrum omne poft habitum, nec fœnus fuiiffe Spartæ concessum. Sicut & Plato in fuis legibus fœnus exerceri vetat, haud dubiè hinc fumto exemplo.

## INSTITVTVM VI.

*Donare aliquid de fuo nemini permittatur.*

**D**E fortibus & poffeffionibus fupra diximus, quod videlicet eas dono in alios transferre non licebat. Hoc & de aliis rebus intelligèdum, quarū in vniuerfum non erat donatio. Quorfum enim donare attinebat in beneuola ifta rerum omnium communicatione? Etenim dona dare corruptelæ & iniufticiæ

*6. De donis non dandis nec accipièdu quorum illud iniuftiam, hoc sordes arguebatur.*

N 4



imputatur, accipere sordes & habendi cupiditatem arguit. Ne-  
 trum Lacedæmoniis probatū. Rectè itaque dona dari non per-  
 miserūt, vt ex multis patet. De Mæandrio iam dictum est, quod  
 vasa aurea ciuibus elargiri ipsi non licuit. Alcámenes dona à  
 Messeniis oblata recusauit, quòd diceret, se iis acceptis pacem  
 cum legibus seruare non posse. Archidamus pretiosas vestes à  
 Dionysio Siculo filiabus missas repudiavit, quòd vereri se dice-  
 ret, ne iis induta deformes viderentur. Sicut & Lyfander, & alij  
 multi alia dona recusarunt. Atque adeò hoc obrinuit, vt nec le-  
 gati exterorum munera à Lacedæmoniis acciperent, sicut neq;  
 suos legatos ab aliis dona sumere voluerunt.

*Mæan-  
 drius Spar-  
 ta pulsus.  
 Alcámenes  
 dona recu-  
 sauit à  
 Messeniis.  
 Archida-  
 mus à Dio-  
 nysio.  
 Legatis ex-  
 terorū dare  
 vel ab iis  
 accipere nō  
 licuit.*

TABVLA VNDECIMA DE  
 LEGIBVS FORENSIBVS.

INSTITVTVM I.

*Ante trigesimum annum ætatis nemo ad forum accedat.*

*1 De foren-  
 sibus nego-  
 tiis non tra-  
 ctādis ante  
 legitimam  
 ætatem, fuit  
 autem illa  
 annorum  
 triginta.*

**V**iros factos virilia tractare Lacedæmonij voluerunt, iu-  
 nioribus ea attingere prohibentes. Itaque in forum ve-  
 nire, & forensia negotia tractare, quod virorū erat, ante  
 legitimam ætatem non permiserunt. Plutarchus Lycurgo: οἱ μὲν  
 γὰρ νεώτεροι τριάκοντα ἔτη τὸ ἀρχαῖον ἔκατέβαινον εἰς ἀγορὰν, ἀλλὰ  
 δὲ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἐργασῶν ἐποιοῦντο τὰς ἀναγκαίας οἰκονομίας,  
 Id est, Inferiores quidem triginta annis haudquaquam procedebant in fo-  
 rum, verum explicabant ea, quæ pertinebant ad negotia necessaria, per pro-  
 pinquos & amatores. Quem annum virilis ætatis initium fuisse vel  
 hinc colligere licet. Quòd pertinet etiam, quod Iustinus de Ly-  
 curgi constitutionibus ait: *pueros puberes, inquit, non in forum, sed  
 in agrum deduci præcepit, vt primos annos non in luxuria, sed in opere &  
 laboribus agerent.* Quod quidem ipforum puerorum institutioni  
 ita conueniebat, vt ex iis quæ à nobis dicta sunt intelligi potest.  
 Verumtamen quod Iustinus ait, labore rustico in agris adoles-  
 centes exerceri solitos, id non vsquequaq; cōuenit cum iis quæ  
 superius dicta sunt, nisi iuuetur interpretatione, atque in sensum  
 accipiat,ur,

*Iustini lo-  
 cus expli-  
 catur.*



accipiat, ut ligna ex agris adferrent, & olera ad cœnas, exercitio ferè militari parandi commeatus. Qua de re etiam supra egimus.

## INSTITVTVM II.

*Maionibus natu probro sit assidue in foro versari.*

**I**NGRAUIBUS & seriis studiis non duxit legislator habenda negotia forensia. Eis itaque suos ciues deditos esse vetuit. Quapropter non licuit in foro versari, nisi quum necessitas postularet. Nam assiduum ibi spectatorem esse, & aliorum lites & controuersias auscultare, idverò vel curiosi vel otiosi. Ab quibus vitii, consuetudine forum frequentandi interdicta, suos reuocauit, sanciens id minus ciuibus Spartanis honestum fore. Plutarchus Lycurgo: τοῖς πρεσβυτέροις ἀρχὴν ἰὼ σωματικῶς ἀεὶ ταῦτα δευτερεύουσιν; ἀλλὰ τὸ μὴ πλείστον τῆς ἡμέρας ἀεὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰς καλὰ μὲν λέγας ἀνάσσειν. Id est, Maionibus natu probrosum erat assidue in foro conspici, ac non partem diei maximam in Gymnasis & Ieschiis, quas vocant, versari. Itaque in foro versari, nulla postulante necessitate, cum dedecore coniunctum: in gymnasiis & Ieschiis honestum. Et meritò. Nam in foro quid agitur, auditur & tractatur præter fraudes, periuria, iniurias, maleficia? In Ieschiis autem & gymnasiis corpus exercebatur ad labores, animus recreabatur colloquiis & disputationibus, de virtute & de præclare factis.

## INSTITVTVM III.

*De corporis habitu Ephori decimo quoque die iudicent, Ephobis se nudos ostendentibus.*

**H**AC lege instituta videtur quodammodo executio aliquot præcedentium. Nam Ephoros vult corpora adolescentum inspiciere, ut consideretur in iis, an aliquid arte comparatum, futurum, sine otio luxuriæ corruptum. In quibus omnibus & aliis, si quid contra leges peccatum, arguebantur rei. Ælianus lib. xiv. variar. hist. cap. vii. dicit hoc legi, de corporis nimia mole prohibita, adscriptum. Ita enim inquit; *ἑρεσσε γέγραπτο δὲ καὶ τὸ νόμον, καὶ δεκά δέκα ἡμέρας πάντως τοῖς ἐφύβοις παρῆσαι δὲ τὰ γυμνασία, καὶ εἰ μὲν ἦσαν ὀπαγεῖς καὶ ἐρρωμενέροι, καὶ ἐν τῷ γυ-*

<sup>3.</sup> De Ephobis quos decimo quoque die nudos Ephoris in unum coactos oportuit ostendere.



μασιῶν οἰοεὶ δὲ γλυφθέντες, καὶ δακτυλοδέντες, ἐπιηνοῦτο· εἰ δὲ πι  
 χαιῶν ἢ αὐτοῖς ἢ μελῶν, ἢ ὑγρότερον, ὑποδούσης καὶ ὑπαναφουρδής  
 δὲ τὴν ῥαθυμίαν πιμελῆς, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἐπαύοντο καὶ ἐδικαίου-  
 το, Id est, Adscriptum etiam hoc erat in lege, ut decimo quoque die Ephe-  
 bi ad unum omnes se coram Ephorus nudos publicè sistent: Ac si essent  
 solida corporis habitudine, validèque & quasi sculpti ex certaminibus &  
 tornati, commendabantur: sin aliquod membrum illis esset turgidum vel  
 molle, ob suppositam & subrescentem ex ocio pinguedinem, verberaban-  
 tur & multabantur. Meminit & Athenæus lib. xii. Diogenes ex  
 Agatharchide. Ac pertinet huc factum Agefilai. Nam quum  
 circa Hellespontum bellum gereret, corpora mancipiorum ca-  
 ptorum nuda suis Lacedæmoniis videnda exhibuit, quæ quum  
 essent tenera, flaccida & enervata, iussit suos inde animos sume-  
 re, quod aduersus talia corpora esset pugnandum, ut refert idem  
 Athenæus, & Plutarchus apophtheg. paulo aliter.

## INSTITVTVM IV.

*Amator pro amasio puniatur.*

4. De pu-  
 niendis a-  
 matoribus  
 peccantibus  
 amasio.

QVI pueros ingenuos amabant, necesse habebant, ita exem-  
 plo ad virtutem eis præire, ut nulla in re delinqueret. Nam  
 aliàs non videbatur satis sincerus amor, nisi ad virtutis studium  
 amasio duceretur. Peccante itaq; amasio, luebat pœnam ama-  
 tor. Ælianus lib. iii. cap. x. λακωνικὸς καὶ ἔτος νόμος· ὅταν ἀμάρτη  
 μειράκιον, τῆ μὲν ἀφελεία τῆ τρέπου, καὶ τῶ νεαρῷ τῆς ἡλικίας συζηνώ-  
 σκεσι τὸν δὲ ἔρασι ἢ ὑπὸ ἀπὲρ κολάζουσιν, ὅτι πηγάμονας αὐτοῖς καὶ ἔξε-  
 τασὰς ὧν ἐκείνοι πρᾶττουσι κελδύοντες ἔσθ, Id est, Lex est hæc Spartana:  
 si puer delinquat, veniam dant imprudentiæ & ætati iuuenili. At amatorem  
 eius loco puniunt, volentes amatores arbitros & indagatores esse eorum quæ  
 faciunt. Plutarchus ait, utrinque mutuam esse existimationem, a-  
 matoris ab amasio, & vicissim amasij ab amatore. Nam prout  
 hic vel ille benè ob virtutem audiebat, ita de altero opinio. Ita  
 enim ait: ἐκονῶντων δὲ οἱ ἔρασι τοῖς παισὶ τῆς δόξης ἐπ' ἀμφοτέρω.  
 Vbi addit de punito amatore pro amasio exemplum. Nam qui-  
 dam puer (inquit) quum aliquando vocem incertando emisisset  
 parum generosam, indicta à magistratibus eius amatori  
 multa fuit.

INSTI-



## INSTITVTVM V.

*De legibus Iuniores non inquirent.*

**D**iximus supra ex Demosthene non licuisse Lacedæmonii leges aliarum Rerumpub. discere: sed nec de propriis inquirere licebat, rectè ne an secus positæ essent. Nam hac ratione legum auctoritatem in dubium vocari necesse erat, ex quo sequutura obedientiæ detractatio. Auctor nobis locupletissimus Plato lib. i. de legibus. Ita enim ibi hospes Atheniensis Cretensem & Spartanum collocutores affatur: ὁμῶν μὲν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσιδάσκει τὰ τῶν νόμων, εἰς τῶν καλλίστων αὐτῶν νόμων, μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδὲν εἶναι, ποῖα καλῶς αὐτῶν, εἰ μὴ καλῶς ἔχῃ. Id est, *vestrae leges vixt commodè alioquin sunt constitutæ, hæc vna tamen inter cæteras præstantissima: Ne iuuenum cuiquam fas sit in leges inquirere, quæ scilicet benè constitutæ sint, quæ minus bene.* Cuius grauem & memorabilem addit postea Philosophus rationem. Nam omnes, inquit, vna voce vnòque ore consentiunt, quod quæcunque à Diis leges latae sunt, rectè sunt positæ. Ac si quis aliter dixerit, minimè ab audientibus feratur.

*De propriis legibus non inquirent. Ratio huius instituti.*

## INSTITVTVM VI.

*Quam dicit sententiam homo vitæ improba, ea vt obtineat, à viro spectato referatur.*

**Q**ui vita & moribus minus erat commendatus, is in consiliis & iudiciis sententiæ dictionem non habebat. Nam tamcti rectè consuleret, tamen locum non habuit prolata ab eo sententia: sed eam iusserunt esse viri grauitate morum & virtute conspicui. Plutarchus de auditione: οἱ μὲν οὐδὲ λακεδαίμονιοι ἀρχόντες, αὐτὸς ἐν δὲ βεβιωκότος γνώμην δοκιμάζαντες, ἐτέρω προσέταξαν εἰπεῖν δὲ δοκιμουῦντι περὶ τὸν βίον καὶ τὸ ἦθος. Id est, *Spartanorum magistratus, quum sententiam hominis parum laudatæ vitæ approbarent, alteri spectatæ vitæ & morum, eam pronūciandam mandauerunt.* Cuius idem statim rationem reddit hæc, quod ita rectè & ciuilitè populum assuefacerent, moribus potius quam verbis consulentium duci. Exemplum refertur oratione Æschinæ in Timarchum, vbi ait sententiam improbi viri à quodam Senatorum traditam alteri honorato viro pronūciandam. *Quum quidam, inquit, apud Lace-*

*De non recipienda in consilio sententia à minus probatis moribus viro prolata, nisi eam vir bonus & grauis protulerit. Ratio huius instituti.*

*Exemplum huius rei.*



damonios concionem habuisset, vi & vitæ flagitiosa, ita summæ eloquen-  
 tia, atque illi in eius sententiam iuri essent, senum quidam produit, quos illi  
 & verentur & metuant, qui acriter obiurgauit Lacedæmonios, ac tale  
 quoddam maledictum in eos iecit: non diu Spartam fore ab hostili violentia  
 incolumem, si talibus in concione suasoribus vterentur. Eadēque opera ac-  
 cersuisse alium quendam Lacedæmonium, virum haud sanè disertum, sed  
 rebus bello gestis illustrem, iusticiæque & continentia præstantem: Ac ius-  
 sisse ut easdem sententias, quas prior ille orator dixisset, pro sua virili utun-  
 que repetere. Sic, inquit, Lacedæmonij de viri boni sententia decernant: I-  
 gnauorum autem atque improborum hominum, ne vocem quidem auribus  
 admittant. Hac ille. Cuius verba latinè reddita, referuntur etiam  
 à Gellio noctium Atticarum lib. xviii. cap. iiii. Plutarchus in  
 præceptis politicis nominat quendam Demosthenem, cui Spar-  
 tæ hoc contigerit, sed sententiam eius ait ab Ephoro quodam  
 alteri commissam. Lacedæmone, inquit, quidam Demosthenes homo  
 impurus auctor fuit sententiæ & rei de qua agebatur idoneæ. Ad quam  
 repudiandam pro indignitate auctoris populus visus est propensior. Proinde  
 Ephori alium ex Senioribus sorte legere, cui negotium eiusdem sententiæ  
 dicendæ demandauerunt: tanquam ex vase obsoleto & sordido in purum  
 transfundentes, ut multitudini acceptior fieret. ἔγω μὲν ἀλλῶ ἐξ ἑσποπλῶ ἐν  
 πολιτείᾳ πῆσι ἰδοῖς καὶ τὲν αὐτίον: Id est, Tantum momenti in Repub.  
 probitatis opinio habet, & e contra, ut idem ait.

## TABVLA DVODECIMA DE LEGIBVS MILITARIBVS.

### INSTITVTVM I.

*Qui legitima ætatis non est, in bellum ne eat, sed domi patriæ  
 custodiæ sit.*

De mili-  
 tari ætate.



Militari  
 ætas, annus  
 trigessimus.

VO non fuerit certa quedā & definita ætas militaris legib.  
 Lacedæmoniorū, mihi quidem haud dubium est. Nam  
 bellicosæ gentibus omnibus ea lex obseruata. Viderur  
 autē apud Lacedæmonios is fuisse ætatis militaris annus, qui &  
 virilis ætatis, quo ex Ephebis egrediebatur, videlicet annus xxx.

Ante



Ante hunc qui in prælium descendere ausus, multabatur. Apud Ælianum lib. vi. cap. iii. var. Hist. narratio est de Iáda quodam, quem quum lex adhuc ad pugnam non vocaret, quod exiliens gymnasio se strenuum præstitisset, corona donatus est: sed quia tamen ætate non postulãte, nec armis in patria vilitatis rem gefisset, pœna affectus. Id quod vsque ad eò seruabatur, vt in extrema necessitate, quum omnes armis per atatem ferendis idonei educerentur. iuuenes tamen cum senibus domi relinquerentur, vt patriæ custodiam agerent, ex reliquis vix aliis, quàm qui ad capiendos magistratus necessarij essent remanentibus. Ita Thucydides ait lib. v. Spartani exercitus, qui ad Tegeam ducebatur, partem domum remissam, ἐν ᾧ, inquit, τὸ πρεσβύτερον τε καὶ τὸ νεώτερον ἴσῳ, ὥστε τὰ οἴκοι φεγυρῆν, Id est, vbi erant senes & iuuenes, vt domi patriæ præsidio forent. Et Xenophon quodam in loco ait, præter iuuenes & senes, paucos tantū relictos, vt obirét publica munia.

## INSTITVTVM II.

*Ante plenilunium cum exercitu non exeundum.*

Vnam Græci omnes obseruabant, tempora ei accommo-  
dantes, & in his præcipuè Lacedæmonij. Nam illi vsque ad eò eam respexerunt, vt superstitione quadã, nec publicè aliquid agerét, tum quoque exercitum antequam pleno esset orbe nequaquam educerét. Qua de re legem eos habuisse testatur Herodotus lib. vi. Nam quū Athenienses bello Persico Darij, post direptam Eretriam, misissent ad Lacedæmonios petitum auxilia, decreuerunt quidem illis subuenire Lacedæmonij: ἀδύνατα δὲ σφί (inquit) ἴδὲ το παροῦντα ποιεῖν ταῦτα, ἐβλομύοισι λύειν τὸν νόμον, Id est, Impossibile illis erat statim hoc facere nolentibus rumpere legem. Nam nonus erat dies mensis instantis, quo negabāt se progressuros, nec nisi orbe lunari impleto. Idem quoque tradit Lucianus lib. de Astrologia ita scribens: λακεδαμονίους λυκούργος τὴν πολιτείαν πᾶσαν ἐν τῷ ἔρανε διέταξάτο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποίησάτο, μηδαμῶς μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρεῖν πρὶν τὴν σελευαίῳ πλήρη γῆρας, Id est, Lycurgus tum Lacedæmonijs omnem Reipub. constitutionem ex cælo ordinavit: Tum legem eis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim existimabat, inquit, eandem esse ci-



uitatis administrationem crescente Luna & euanescente, pro-  
pterea quod omnia ab illa regerentur.

INSTITVTVM III.

*Aduersus eosdem hostes identidem bellum non gerendum.*

**H**anc tertiam Rhetram fuisse Lycurgi testatur aliquoties  
Plutarchus. In Lycurgo ita scribit: *τελευταία δὲ ῥήταν διαμνη-  
μονύουσι τὴν Λυκούργου, τὴν κωλύουσαν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πολεμίοις εἰ-  
σεύειν, ἵνα μὴ πολλὰ κῆς ἀμυνέσθαι σιωπεῖσι ζῶντες, πολεμικοὶ γίνονται.* Id  
est, *Tertiam hanc Rhetram commemorant Lycurgi, quæ prohibet aduersus  
eosdem hostes bellū repetere: ut ne sapius exercitatus armis, bellicosi reddan-  
tur.* Eandem legem alia forma conceptam tribuit etiam Polyæ-  
nus Lycurgo lib. 1. stratagematum. Itaque vitio datum Agefilao, quod contra hanc legem aduersus Thebanos crebras fulci-  
peret expeditiones, qui nunquam bellicosiores extiterūt, quàm  
quum sapius à Lacedæmoniis bello affligerentur. Quod & An-  
talcidas Agefilao exprobrauit. Nam quum quadam in pugna  
contra Thebanos vulnus accepisset, fertur Antalcidas ad eum  
dixisse: *Pulcrum à Thebanis mercedem reportas, quos inuitos & nescien-  
tes pugnare docuisti.* Plutarchus Lycurgo, Agefilao, & apophtheg.

INSTITVTVM IV.

*Nautæ nulli sint, nec pralio nauali pugnandum.*

**L**ex fuit hæc Lacedæmoniis antiqua, ne nautæ aliqui essent,  
neue ad bella maritima assuefierent. Ita enim Plutarchus in-  
stitutus Laconicis: *Ἀπείρητο δὲ αὐτοῖς ναύταις εἶναι καὶ ναυμαχεῖν.* Id  
est, *Interdictum ipsis nauis esse, & pralio nauali pugnare.* Quare Iso-  
crates ait initio ipsos parum valuisse bellis maritimis, sed tantum  
opinionem quadam traxisse ad se alios. Ita enim in Plataico scri-  
bit: *πῆς ἐκ οἴδιν, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι τὴν δυνάμιν τὴν ὑμετέραν ἀνυ-  
πέσατον δοκοῦσαν εἶναι κατέλυσαν, μικρὰς μὲν ἀφορμὰς εἰς τὸν πόλεμον  
τὸν κατὰ θάλατταν τὸ πρῶτον ἔχοντες. Ἐξ δὲ τὴν δόξαν ταύτην παρα-  
γαγόντες τοῖς Ἕλλησι;* Id est, *Quis ignorat, quòd Lacedæmonij vestram  
potentiam, cui nemo resistere posse videbatur, euerterunt, quum initio exi-  
gua adiumenta haberent ad bellum nauale. Sed tamen opinione hac Græcos  
ad se pellicientes?* Sed de his tamen secus postea factum, quum  
incurfaretur Regio ipsorū ab Atheniensibus & aliis. Tum enim  
coacti



coacti classem pararunt, qua insignem illam victoriam de Atheniensibus obtinuit Lyfander, ac maris principatū ab Atheniensibus ad Lacedæmonios traduxit. Quem quum amissum non recuperare facile erat, ac videntes corruptelam morum à nautis induci, studium rerum maritimarum intermiserūt. Quod tamen denuò repetere coacti sunt, vt ait Plutarchus. Qua de re infra plura.

## INSTITVTVM V.

*Turrium & murorum oppugnatio non fiat.*

QVOD τειχομαχία, seu murorum & turrium oppugnatio Lacedæmonis non fuerit vsitata, nihil mirum, quippe quod ipsi muros & turres non habebant. Nec putabant magnopere de munitionibus & propugnaculis laborandum, modò acie hostes vincere possent. Itaque huius rei erāt reliquis Græcis imperitiores, aliàs fortissimi omnium bellatores. Ita Herodotus scribit lib. IX. Persas fugientes in ligneos muros euasisse, & turres muniisse, quos expugnare Lacedæmonij non poterant: *περσελθόντων* inquit, *λακεδαιμονίων, κατεσηκείσθη τειχομαχίη ἔρρωμενέτερη. ἕως μὲν γὰρ ἀπῆσαν Ἀθηναῖοι, οἳ δὲ ἠμυώντο, καὶ πολλὰ πλεονέχον τῆν λακεδαιμονίων, ὥστε ἐκ ἔπισημένων τειχομαχεῖν.* Id est, *Subeuntibus Lacedæmonis acrior extitit muri oppugnatio. Nam quod Athenienses abfuerunt, non modo barbari se defensabant, sed etiam Lacedæmonis anrecollebāt, utpote ignavis murorum oppugnandorum.* Hoc autem institutum fuisse Lycurgi testatur Plutarchus, referens ipsius quoddam apophthegma, quo legis huius rationem reddit. Nam quærente quodam cur turrium ac murorum oppugnatione suis interdixisset, Respondit: *ne à muliere, aut puero, aut eorum simili, præstantiores interficiantur.* Quod sæpe quidem accidisse haud dubium.

5. De non oppugnandis turribus aut muris.

Huius instituti ratio

## INSTITVTVM VI.

*In bello liberior sit viuendi ratio.*

DOMI seu ceteram disciplinam seruarunt circa victum, amicum, exercitia & alia: in bello autem laxiùs, & hoc quasi vinculo soluti, degebant. Plutarchus Lycurgo: *ἐχέοντο ἢ ζυμνασίοις μαλακωτέροις ὡρᾶ τὰς στρατείας, καὶ τὴν ἄλλαν διαίταν ἔχοντες ἐπιποικιλοῦσθαι, ἐδὲ ὑπὸ δέθνον τοῖς νέοις παρῆν χον, ὥστε μόνοις ἀφ᾽ ἑ-*

6. De vi-  
liberio-  
re in bello  
quàm do-  
ni.



των ἐπειροῖς τῆς εἰς τὸν πόλεμον ἀσκήσεως, ἀδπαυσιν ἐπὶ τὸν πόλεμον, Id est, *Exercitationibus utebantur per bella mollionibus, & reliquam quoque vitam minus adstrictam & obnoxiam dabant iumentuti. Ita solis inter mortales respiratio exercitationis bellicæ, erat ipsum bellum. Quod tamen ita intelligendum, non quod laxata fuerit prorsus militaris disciplina: sed quod in victu, & amictu, & exercitiis, multum eis indulgentum fuerit, quod domi non licuerit. Quod ita fieri consentaneum, ut alacrius bellum capefferent, & plus damni etiam hostibus inferrēt. Quò pertinere videtur, quod apud Herodotum est, lib. ix. de Lacedæmoniis. Nā quum essent eorum vices manendi extra castra in statione, eques Xerxis speculatum missus inuenit eos ludis gymnasticis, & comæ ornandæ tantum operam dare. Quod Xerxes in primis admiratus.*

*Ratio huius instituti*

#### INSTITVTVM VII.

*Castra sæpe moueantur.*

*7. De castris crebro mutantis.* **N**on patiebantur Lacedæmonij moram necere exercitum vno in loco diuturniorem, nec hostem ad se attrahere, sed potius duxerunt castra sæpe mouere, & in hostico omnia experiri, atque vndique populari. Castra itaque sæpe iubebantur lege Lycurgi in diuersa loca transferre Xenophon de Repub. Lacedæmoniorum: *μῆτασ εἰς τοὺς δούρατ' ἄγε μὲν πυκνὰ, καὶ τὸ σπινθηρὰ τῶν πολεμίων ἐνεκα, καὶ τὸ ὠρελεῖν τοῖς φίλοις, Id est, Castra sæpius mutant, partim ut hostibus detrimentum afferant, partim ut amicis prosint. Ex quibus Xenophontis verbis etiam quæ ratio huius instituti indicatur. De damnis hostium idem traditur Lycurgi apophtheg. Nam sciscitanti cur crebro iussisset castra mouere, Respondit: ut pluribus hostes damnis afficiamus.*

*Huius instituti ratio*

#### INSTITVTVM VIII.

*Milites quidem in armis quietem capiant: sed sine scuis custodiam agant.*

*8. De custodia agenda in armis, sed sine scuto. Hymnos canere in diuinis Lacedæmoniorum.*

**Q**uamuis liberius aliquantum in quibusdam rebus militiae degebant Lacedæmonij: tamen noctu in armis somnum capere iubebatur, ut expediti essent, & vigilantes, ingruentibus nocturnis periculis. Itaque cæna peracta, postquam hymnos cecinissent, tum verò ad somnū se componentes, arma non exue-

runt.



runt. Nam id de hymnis etiam ante somnum fieri solitum, testatur Xenophon: μετὰ γε μὴν ταῦτα δειπνοποιεῖσθαι κηρύττεται, καὶ ἐπειδὴν ἀσώσι εἰς τοὺς θεοὺς οἷς ἀν' κεκαλλιερηκότας ὄσιν, ἔπι τῶν ὄπλων ἀναπάνεσθαι, Id est, Post vespertina exercitia denunciatur sumendam esse cenam: & postquam hymnos in Divos cecinerunt, quibus est facta res sacra, in armis quietem capiunt. Quod autem sine scutis custodiam agerent, testatur Tzetzes Chil. ix. Hist. cclxxvi. de Duce quodam Lacedaemonio ita scribens:

Ποτὲ καὶ τις τῶν στρατηγῶν μᾶλλον φρονουῶτων πάντας  
Γυμνοὺς ἀσπίδων ἀνδρῶν τοὺς φύλακας, εἰῶσιν  
Ὅπως ἐπαρηπνώτερον τὴν φυλακὴν ποιῶνται,  
Καὶ μὴ διαβῆσαντες αὐταῖς, εἰς ὕπνον εἰτραπῶσιν.

Id est,

Olim aliquis Ducum magis prudentiorum, omnes  
Nudos sine scutis custodes sinebant,  
Vt vigilantiorem custodiam agerent  
Et ne fidentes ipsis, ad somnum se verterent.

#### INSTITVTVM IX.

##### *Ante praelium rex Musis sacrificet.*

Lacedaemonij ἀμουσοι, & à Musis alieni, iis tamen rem diuini-  
nam facere voluerunt. Quod in primis mirum, quando qui-  
dem non consentaneum iis cultum impendere, quarum numen  
& dona contemnuntur. At nihilominus suum eis sacrificium a-  
pud Lacedaemonios, quod Rex quidem ipse peragebat instante  
iam praelio. Ita enim Plutarchus Lycurgo: ἐν ταῖς μάχαις πορευ-  
θῆντο ταῖς μούσαις ὁ βασιλεὺς ἀναμνηστικῶν (ὡς εἶποιε) τῆς παιδείας καὶ  
τῶν κείσων, ἵνα ὡς ἀεὶ ἔχει τὰ δεινὰ, καὶ λόγου πινὸς ἀξίας παρέ-  
χωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων, Id est, Ante pugnam Rex Musis sa-  
crificabat, admonens, (vt videtur) disciplinae & iudiciorum: vt in periculis  
offerrent se, & successum ad res memoriae & oratione dignas praestarent.  
Cuius meminit instituti etiam libro ἀπὸ ἀφορησίας; vbi tamen  
refert eius causam, ad sistendam iracundiam, & animi impetum  
in praeliis, Musis rationem in suo statu commoderantibus. Eu-  
damidas autem apophthegmate suo ad priorem causam respe-  
xit. Nam interrogatus cur ante pugnam musis litaretur, Re-

9. De sacri-  
ficio Musis  
ante praeliū  
à Rege sa-  
ciendo.

Ratio hu-  
ius instituti.



spondit: ut actionibus bona obuenirent præconia. Ita Lacedæmonij quamuis Musis haud dediti, tamen res suas gestas oratione celebrari expetebant. Atq; hoc sacrificium fuisse capellæ mactationem postea dicemus.

INSTITVTVM X.

*In prælio ad tibiæ concentum progrediendum.*

10. De in-  
eundo præ-  
lio ad ti-  
biam con-  
centum.

Ratio hu-  
ius instituti.

Alia huius  
instituti ra-  
tio.

**A**Lia gentes animos ad bella accédunt vocaliore & sonantiore Musica, vt tubis, tympanis & talibus: Lacedæmonij autem sedatiore Musica vtentes tibia adhibuerunt. Nam apud eos passim sparsi erant tibicines per exercitum, qui inter pugnam incinerent. Cuius quidem quicunq; reddendam rationem censuerunt grauissimi auctores, in eandem fere cōsentiunt. Sed meminere eius sine addita ratione alij. Thucydides lib. v. testatur ad sedandos gradus, & continendum exercitum, id fieri ab eis solitum. Eius verba de bello Lacedæmoniorum & Argiuorum scribentis, hæc sunt: *μὲν ταῦτα ἡ ξυμμοδος τῶν Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξυμμοχοι, ἐντόνωσ καὶ ὀργῆ χωρῶντες, λακεδαιμόνιοι δὲ βραδείως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων, ἐπεὶ δεῖς χαλεπὸν ἀλλ' ἵνα ὁμολῶς μὲν ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθῆν αὐτοῖς ἢ τάξις.* Id est, *Post hæc concursus est: Argiuis & sociis vehementer & iratè tendentibus: Lacedæmonis autem cunctantes, & ad cantum tibicinum, qui inter ipsos multi ex lege interpositi erant, non rei Diuinæ gratia, sed vt equaliter ad numerum progredientes incederent, & ne ordo diuelleretur.* Plutarchus ait eos ita incedentes horribiliores hostibus videri, ipsos autem ordinem seruantes minus turbari, quod neque timor, neque ira eis ingeneretur. Ita enim scribit, tibiæ concentu eos affectos incedere, *ὡσεὶ σεμνῶ καὶ καταπληκτικῶ τῶ ὄψιν ἔχ.* Nec multò dissimilibus verbis latinis idem retulit Valerius Maximus lib. II. cap. VI. vbi iudicat hoc ad calorem cohortationis animo trahendum, & ad strenuè inuadendum hostem vegeto & crebro ictus sono, pertinere. Agefilaus autem vt est in eius apophtheg. ad demonstrandam timiditatem & fortitudinem hæc pertinere existimat. Nam interrogatus Agefilaus cur ad tibiæ concentum Spartani pugnarent, Respondit: vt ipsis ad numerum incedentibus, appareat qui timidi, qui fortes. Quod ita intelligendum, ac  
si timidi



si timidi numerum incedēdo seruare non possint. Cuius apophthegmatis sensum nescio an perceperit interpres. Præter hos meminere eius alij. Xenophon ait appropinquantibus hostibus, post maçtatam capellam, tibias incini. Sic enim scribit: ὅταν γὰρ ὁρῶντων ἡδὴ τῶν πολεμίων χύματα σφαιρίζεται, αὐλεῖν δὲ πάντας τοὺς παρόντας αὐλητὰς νόμος, &c. Id est, *Quum iam conspectis hostibus capella maçtatur, Lex iubet vt omnes quotquot adsunt tibicines, tibia canant.* Cicero ait tibiis per anapæstos cani solitum, Tusculana II. ita scribens: *Militiam verò nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio.* Lucianus de saltatione huic Musicæ omnem eorum victoriam attribuit, inquit: ἀπαντα μὲν μουσῶν ποιῶσιν, ἀρεῖ τὲ πολεμεινὴν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν, καὶ δὲ τακτὸν ἔμβασι τῆ πειθός. καὶ τὸ πρῶτον σὺν θύμῳ λακεδαίμονιους πρὸς τιμὴν μάχῃ οὐκ αὐλὸς εἰσίδωσι. τοιγαροῦ καὶ ἐκράτου ἀπάντων, μουσικῆς αὐτοῖς καὶ δρυθμίας ἡγουμένης, Id est, *Omnia cum carminibus Lacedæmonij facere soliti sunt, adeò vt ad tibiarum quoq; numerum, & moderatum pedum ingressum, prælium committant. Ac primum quidem signum ad pugnam tibia dare solet, proinde de omnibus reportant victoriam, Musica & modulorum concinnitate ipsos ducente.* Cum quo consentit Maximus Tyrius oratione XXI. vbi crebram victoriam Lacedæmoniorum etiam acceptam refert tibiæ concentui. Sed & Clemens Alexandrinus pedagog. lib. II. cap. IV. bellicam Musicam variatum gentium enumerans, Lacedæmoniis tibia tribuit. Meminit & Quintilian. lib. I. cap. XVI. Et Nicolaus de motibus gentium apud Stobæum. Carmen autē ipsum quod tibia canebatur, primum dicebatur Castoris, deinde alterum embaterium, vt scribit Plutarchus. Quorū posterius in ipsa impressione canebatur, vnde & nomen factū. Cuius vim & efficaciam commendat etiam Maximus Tyrius oratione VII. Ad hunc itaq; modum pugna concentu tibiæ inchoabatur. Verū quod receptui canebatur non tibia, sed tuba, quæ σάλπιξ <sup>Tuba receptui canis solium.</sup> exponitur Græcorum, id ex vnico Polybij loco didici. Ita enim scribit is sine lib. II. de Cleomene. ἀνακλιθέντων δὲ τῶν παρ' ἐτέροις δούλων ἐκ τῆ μεταξὺ τόπου δεξιῆς σάλπιγγος, &c. vbi manifestè indicat tuba expeditos seu leuis armaturæ milites reuocatos ex medio loco ad latus.



*Ex acie nemo fugiat, nec ordinem deserat, sed aut vincat  
aut occumbat.*

II. De ordi-  
ne in acie  
seruando.  
ut nemo fu-  
geret vel  
loco cede-  
ret.

**D**Iximus ex Thucydide ad seruandum ordinem conduxisse tibię concentum. Hoc autem inprimis requirebatur, quod ad victoriam ordinis obseruatio maximi essent momenti. Itaq; vel à pueris sic instituebantur, ne fugerent vel loco cederēt. Vtrunque enim lex vetabat, vt differit Demaratus apud Herodotum lib. VII. Ibi enim quum dixisset legem dominam esse Lacedæmonis, hæc addit: ποιῦσι γῶν τε ἀν' ἐπιείνοσ ἀνώγη. ἀνώγη δὲ πρῶτὸ ἀεὶ, ἐκ εἰῶν φύζην ἔδεν πλῆθος ἀνδρῶν ἐν μάχῃς, ἀλλὰ μέροντας ἐν τῇ τάξει, ὅτι κερταίειν, ἢ δαπόλλυθαι, Id est, *Faciunt quacunque lex iubet. Iubet autem id semper vetans ex acie fugere, quantumuis magnam multitudinem: sed manentes in ordine, aut vincere, aut occumbere.* Memi-

Ordinis in  
acie deser-  
tor, ignomi-  
nia nota-  
batur.

Lacænarū  
mulierum  
fortitudinis  
exempla,  
fugitiuos  
ex acie fi-  
lios interfi-  
cientium.

nit etiam idem auctor lib. IX. Itaque ignominia, qui ordinem deseruerat, notabatur, vt scribit Isocrates de pace. De Damatria quæ filium & timidum, & seipsa indignum, bello reuersum interfecit, supra diximus. Alia quædam Lacæna, quum filium fuga ex hostibus euasisse intellexisset, hæc ad eum scripsit: Mala de te fama sparfa est, aut hanc clue, aut ne amplius esto. Alia, quum filij qui è prælio fugerant, ad ipsam essent reuersi. Quò, inquit, fugitiui venitis mala mancipia? An huc vnde egressi estis ingressuri? Quæ dum diceret, ventrē subblata veste illis ostendebat. Quædam alia aduentantem filium conspicata, interrogauit quo in statu res patriæ essent? Quum autem is respondisset, omnes interierunt, sublatam tegulam in eum proiecit & interfecit, dicēs: ita ne ergo te malorum nuncium miserunt? Alia filium qui ordines deseruerat, tanquam patria indignum interfecit: inquiring, Non meum est hoc germen. De qua tale est Epigramma:

Ἐρρε κηκὸν φύζμα δὲ σκόπος, ἔδεν μῦσος

Εὐροτάσ δειλαῖσ μηδ' ἐλάφοισι ρέοι.

Αχρεῖον συλάκωμα. κακὰ μέγισ, ἔρρε ποτ' ἀδαν

Ἐρρε τὸ μὴ σάραττασ ἀξίον, ἐδ' ἔτεκον.

Cui non dissimilia sunt, quæ extant lib. I. Anthologiæ titulo εἰσ ἀνδρίαν. Prius Palladæ sic habet:

Φεύγε



Φεύγε Λακων ποτὲ δ' ἔριν, ὑπανπάσασα δὲ μήτηρ  
 Εἶπε κατὰ σέρον ἄορ ἀναχομένη·  
 Ζώων μὲν, σὺ μάτηρ δ' ἔλαμπες αἰχὸς ἀνάπτεις,  
 Καὶ κρατεῖς σάαρτας πάτεια θέσμα λύεις·  
 Ἦν δὲ θειῆς παλάμῳσιν ἐμαῖς, μάτηρ μὲν ἀκούω  
 Δύσμορες, ἀλλ' ἐν ἐμῇ πατείδι σωζομένη.

Alterum Iuliani tale est.

Μήτηρ ἦα ληπνὴ μάχῳ μὲν πότμον ἐταίρων  
 Ἐκτανεν, ὠδίνων μνήσῃ ἀθηναμένη.  
 Καὶ γὰρ γνήσιον αἶμα δ' ἔλαμψε Λακεδαιμόνων,  
 Ἀλκῆ μαρναμένων, ἐχρῆν βρεφῶν.

Quod quum ita sit, Plato tamen Lachete scribit, Lacedæmonios ad Plataas fugiendo vicisse. Quod qua ratione factum videatur apud Herodotum.

Fugiendo vicisse Lacedæmones quo modo dicantur.

INSTITVTVM XII.

*Qui clipeum in pugna amittit, ignominiosus sit.*

Sicut fugere, vel ordinē deserere non licebat: ita nec clipeum abiciere, quod qui hoc fecisset, is agrè fugam evitare poterat. Clipeum itaque abicere non minus ignominiosum, quàm vel fugam capeffere, vel locum in acie deserere. Quapropter solebant matres filiis ad bellum proficiscētibus hoc ἐπιφθέσιμα, seu documentum postremum dare, tradendo ipsis scutum seu ἀσπίδα, dicentes: ἢ τὰν ἢ ἐπὶ ταῖς. Id est, aut hoc reporta, aut super hoc morere. Quod Valerius Maximus lib. II. cap. VII. paulò aliter exponit. Id à Duce, inquit, præcipi non mirabantur, matrum blāditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant, vt aut viui cum armis in conspectū earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo Spartanæ acies dimicabant. Seneca suaforia I. de Lacedæmoniiis agens: Referam, inquit, præcepta matrum, aut in his, aut cum his. Scholiastes Thucydidis ait recens natis infantibus in scuto collocatis apposita hasta hoc dici solitum: vt etiam suprâ attigimus. Sed Plutarchus in apophtheg. ita hoc narrat, ac si non publici instituti fuerit, sed vnus cuiusdam generosæ Lacænxæ vox. Causam autem huius instituti retulit Demaratus suo quo-

12. De non abiciendo clypeo, quod ignominiosum fuit. Matrū Lacænarū ἐπιφθέσιμα quod filiis ad bellum proficiscētibus dabant.

Ratio huius instituti.



dam apophthegmate. Nam interrogatus à quodam Demaratus, cur ignominia notarentur, qui clipeum amississent, non item qui galeam aut thoracem, Respondit: *Quia hoc sui ipsorum causa gestant: Clipeum autem propter communem ordinem.* Generosa itaque mater, quæ filium nudum & sine armis ex bello reuertentem gladio transegit. De qua hoc extat Epigramma Anthol. lib. i.

Γυμνὸν ἰδοῦσα λάχανα παλίτησπεν ἐν πολέμοιο,  
 Παιδί' ἐὸν ἐς πατέρα ὠκυῖ ἰέτα πίδα'  
 Ἀντίη ἀίξασα, δὴ ἥπατος ἤλασε λόγχην.  
 Ἄρρενα ῥήξαμην φθόρον ἐπὶ κταμῆν.  
 Ἄλλοτερον σπάρτας (εἶπεν) γήρος, ἔρρε π.θ' ἀΐδαν,  
 Ἐρρ' ἐπεὶ ἐψύσω πατερίδα καὶ γλυτέαν.

## INSTITVTVM XIII.

*Hostibus fugientibus non instandum.*

13. De non  
 sequen-  
 di fugien-  
 tibus hosti-  
 bus.

**Q**ui dixit hosti fugienti aureum sternendū pontem, is pro-  
 fus cum Lacedæmoniis sensit. Nam tantūm aberat, vt ij ho-  
 stes à fuga prohiberent, vt etiam fugientes non infecerentur.  
 Quod à Lycurgo in leges relatū, ab eòq; Lacedæmoniis præ-  
 ceptum seruatumque, vt plurimum fuisse scribūt grauiissimi au-  
 ctiores. Thucydides lib. v. οἱ λακεδαιμόνιοι μέχρι μὲν τῆς τρέψαι,  
 χροῖους τὰς μάχας καὶ βεβαίους τὸ μένειν ποιούται τρέψαντες δὲ,  
 βραχείας καὶ ἐπὶ πολὺ τὰς διώξεις. Id est, Lacedæmonij quidem diu  
 atque acriter manendo pugnant, dum hostem in fugam vertant: Fugatum  
 vero neque diu, neque procul persequuntur. Idem tradit & Plutarchus  
 Lycurgo, vbi insignem huius adfert vtilitatem, ita scribens: τρε-  
 ψαῖμοι καὶ νικήσαντες ἐδίωκον, ὅσον ἐμβεβαίως εἶδαι τὸ νικῆμα τῆς φυγῆς ἢ  
 τῆς πολεμίων εἶτα εὐθὺς ἀνεχώρουν, ἕτε γρηναῖον, ἕτε ἐλλωκὸν ἠγρούμε-  
 νοι κόπτειν καὶ φοβῆναι τοιχομένους καὶ πῶρα κεραικῶτα. ἡ δὲ οὐ  
 μόνον καλὸν τὸ καὶ μεγαλόφρον, ἀλλὰ καὶ χρησιμὸν εἶδότες γὰρ οἱ  
 μαχόμενοι πρὸς αὐτοῖς, ὅτι τοῖς ὑφίσταμένοις ἀναιεῦσι, φεῖδοντα τῆς ἐν-  
 διδόντων, τὸ μένειν τὸ φεύγειν ἠγρούτο λυσιτελέσειεν. Id est, Fugatosque  
 hostes hæcenus consectabantur, dum fuga eorum confirmassent  
 victoriam, mox receptui canebant: cadere & contrucidare fractos & ma-  
 nus dantes, neque generosum rati, neque Græcis dignum. Quod erat perse-  
 non solum honestum, atque animi excelsi, sed etiam conducibile. Nam certi  
 qui

Flinius in-  
 stituit vti-  
 litas.



qui manus cum iis conferrebant, occidere eos subsistentes & manentes, terga  
vertentibus parcere: fugam capessere, quam in acie manere ducebant com-  
modius. Quæ totidem fere verbis idem auctor in apophtheg re-  
petit, facta huius quoq; mentione libro ἀπὲ ἀοργησίας. Paulanias  
autem de hoc instituto loquens, existimat id pertinuisse etiam  
ad ordinem seruandum. Ita enim in Messenicis scribit: πικρὰ λα-  
κεδαιμονίους ἀμὰ εἶργε, μὴ σπέρσω τοῖς δποχωρεῖσι ἐπακολεθεῖν, οὐχ ἡ-  
μισα καὶ ἡ ἀπειρία τῶ τόπων· λέω δὲ αὐτοῖς καὶ ἄλλως πάτριον χολαι-  
τέρας τὰς διώξεις ποιῆσαι, μὴ θαλῦσαι τὴν τάξιν πλείονα ἐχοντας  
σποριοῖαν, ἢ τινα δποκτεῖναι φύροντα, Id est, ἴσως Lacedæmonios quo mi-  
nus hostem fugientem insequerentur, plurimum quidem locorum ignoratio  
deterruit. Erat tamen eis patrium institutum, ut minus cupidè hostes conse-  
ctarentur, magis curam habentes ne ordinem turbavēt, quàm ut fugientem  
occiderent. Sed & Polyænus lib. i. hanc legem Lycurgi fuisse com-  
memorat. Atque hinc est, quod apud Herodotum scribitur,  
vetuisse Lacedæmonios, ne Mantinei Medos, qui cum Teribazo  
in Thessaliam fugerant, persequerentur.

Alia hu-  
ius insti-  
tuti  
ratio.

## INSTITVTVM XIV.

*Cadavera hostium interfectorum non spolientur, nec  
spolia suspendantur.*

HÆc lex consentanea multis superiorum, ut pleræque alia  
inter se consentiunt. Nam si hostes spoliare licuisset, iam &  
opes & peregrina suppellex, arma, aliæque luxuria instrumenta  
Spartam aduecta fuissent. Deinde & ordinem relinquere, atque  
excedere loco necesse fuisset eis, qui spolia affectabant. Quæ o-  
mnia corrumpendæ erant disciplinæ Reipub. & amittendæ vi-  
ctoriæ. Rectè itaque & hæc lex à Lycurgo reliquis addita. Ita  
Ælianus lib. vi. cap. vi. scribit; ὅτι ἐκ ἐξέλω ἀνδρὶ λακῶν οὐδὲ σπυ-  
λεύσαι τὸν πολέμιον, Id est, Quod nō licebat viro Lacedæmonio hosti ma-  
nubias detrudere. Sed & causam aliam reddit Lycurgus Apoph-  
thegmate quodam, quàm nos hic attigimus. Nam interrogatus  
à quodam cur ex hostibus capta spolia Diis dicata non suspen-  
derentur. Respondit: quia à timidis capta sunt. Talia autem neque cer-  
ni ab adolescentibus neque Diis dicari conuenit. Sed hæc ita intelligen-  
da, ne inter præliandum priuatim spoliare liceret. Nam post pu-

14. De non  
spoliandis  
hostium ca-  
daveribus,  
nec spoliis  
suspenden-  
dis.

Ratio hu-  
ius instituti

Alia hu-  
ius instituti  
ratio.

Huius in-  
stituti re-  
strictio, vel  
potius de-  
precatio  
posteritum  
temporum,



gnam satis constat spolia capta. Pausanias enim victo Mardonio præda potitus ingenti, vnde ipsi decima pars data, reliqua diuisa inter ceteros, prout quisque meritus erat. Deinde etiam arma ab hostibus capta, Diis non suspendebantur, sed tantum ex iis trophæum statuebatur. Donaria verò ex spoliis sacrata Diis fuisse non ambigitur. Sicut à Pausania ex præda Persica Apollini Delphico tripod, Ioui Olympio statua ærea septem cubitorum dicata, vt scribit Herodotus lib. ix. Quemadmodum postea ex Argiuorū & Mantineorū cadaueribus tum arma ad trophæum, tum reliquis ornatus detractus, vt testatur Thucydides lib. v. Quæ tamen si quis contra leges posterioribus temporibus facta existimet, non refragabor.

## INSTITVTVM XV.

*Qui strategemate hostem superant, bouem Marti sacrificent:  
Qui vi aperta, gallum.*

De honore victo-  
ribus aut  
vis aut dolo  
habito.  
**H**OC vetus institutum, quo sancitur honos victori, vt liceat ipsi sacrificium offerre. Quod ferè potissimum eorum, quæ antiquis legibus de honore inuenio. Plutarchus institutis Læconicis: *ὅταν στρατηγήματι τοῖς πολεμίοις νικήσωσι, βοῶν τῆς Ἀρεῖς θύουσιν ὅταν δὲ ἐν τῆ φανεροῦ, ἀλεκτρούνα*, Id est, *Quum strategemate hostem superassent, bouem Marti sacrificabant: Quum vi aperta, gallum.* Cuius postea addit idem rationem hanc: *Quod ita vellent assuefacere Duces, vt non modò bellicosi essent, sed etiam calliditate, quæ in Imperatoribus requiritur ad strategemata, pollerent.* Cæterum idem Plutarchus in Marcello scribit, contrarium hac in re fieri atque à Romanis solet. Nam triumphabat apud Romanos, qui aperta vi: ouans tantum urbem ingrediebatur, qui astu sine sanguine, hostes superasset. At contra sacrificium maius & honoratius, videlicet bouem apud Lacedæmonios, qui strategemate: minus autem, vt pote gallum sacrificabat, qui cruento Marte victoriam obtinisset. Laudabilius igitur existimarunt Lacedæmonij astu & consilio integrum, quam sanguine fuso lacerum & afflictum exercitum domum reducere.

Strategemate hoste  
superantes  
Marti bouem  
sacrificabant, vi  
autē. Gal-  
lum galli-  
naccum.  
Ratio hu-  
ius instituti  
Dispar a-  
pud Roma-  
nos hac in  
re ratio.

INSTI-



*Qui maior est quadraginta annis à pubertate, militia  
vacationem habeat.*

Sicut erat lex annaria de aetate, qua in militiam scribebantur <sup>16. De tem-  
pore vaca-  
tionis à mi-  
litiis.</sup>  
Lacedæmonij: ita & de vacationis anno etiam constitutum  
erat. Dabatur autem militiae vacatio, seu missio honoraria, post  
annum supra pubertatem quadragesimū. Ita enim Xenophon  
lib. v. Hellenicōn: Ἀγεσίλαος μὲν, λέγων ὅτι ἑσὶ τετραεσίωντα ἔτη  
ἀφ' ἧς ἐστὶν εἶναι, καὶ ὡς περ τοῖς ἄλλοις τοῖς τιμιούτοις ἐκέπαι ἀνάγκη εἶναι τῆς  
ἐαυτοῦ ἐξω στρατεύεσθαι, ἔπειθ' ἡ βασιλεῖσι τὸν αὐτὸν νόμον ὄντα ἀπε-  
δείκνυε, κακείνος μὲν δὴ λέγων ταῦτα ἐκ ἐστρατεύετο, Id est, *Agésilau*  
*quum diceret annis iam quadraginta se pubertatem exceisisse, ac demonstrat*  
*ret iudem ut alios, tam grandi aetate necesse non esset extra patria limites*  
*militatum ire, sic & Reges eodem iure vti: hæc igitur quum diceret, ea se ex-*  
*peditione liberauit. Quod etiam retulit Plutarchus in vita Agésilai.*  
Qui autem annus finem pubertati attulerit, supra dictū est. Ac  
talis quidem militiae finis, vbi & huius libri finis nobis de insti-  
tutis seu legibus. In quibus si quæ desiderentur, ea partim ex su-  
perioribus, partim ex iis quæ restant dicenda, petantur. Nam  
quædam leges & instituta passim alibi explicata sunt.

DE REPUBLICA  
LACEDÆMONIORVM  
LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

*De oneribus publicis, & tributis.*

**N**Ac postrema parte de pluribus simul differimus, quæ <sup>Quarti li-  
bri summa-  
riūm.</sup>  
quidem tribuenda fuerant in libros plures. Nam sin-  
gulatim de oneribus publicis, de actionibus & iudi-  
ciis, de præmiis & pœnis dicere oportuerat. Sed quia  
partim scriptorum inopia, partim re ita ferente, pauca de iis sup-  
petunt, non fuit consilium ea distrahere, & in plura volumina



Publica o-  
nera apud  
Lacedæmo-  
nios, alia  
patrimonia  
alia per-  
sonalia.

P. trimo-  
nialia, tri-  
buta.

Persona-  
lia, militia.

De tributis  
Lacedæmo-

norum dif-

ficilis in-  
dagatio.

Tributa  
que anti-

quitas a  
pud Lace-

dæmonia-  
no.

Ve. etliga-  
tium item  
que ratio.

secare. Itaque hoc libro quarto simul de cunctis istis, pertracta-  
bimus. Initium autem faciemus à publicis oneribus seu muneribus,  
quorum quæ patrimonialia sunt, tributa tantum fuisse inuenimus:  
Quæ personalia, militiam. Nam alia onera apud Lacedæmonios  
vfitata, nulla dum reperire licuit. Ac de tributis quidem hoc capite  
agamus, deinceps quæ de militia habemus, explicabimus. Quomodo  
autem ordinata Lacedæmone fuerint tributa, nemo veterum aucto-  
rum disertè vel perspicuè satis declaravit: itaque non possumus nisi  
obscuris quibusdam vestigiis de ea re indagare. Dabimus operam  
tamen, quod rei conueniens, & reliquis institutis consentaneum  
fuerit, eruere.

In primis autem hoc monitum volumus, non videri antiquitus  
vfitata fuisse vlla tributa, quibus pecunias, vel alia, ex re familiari  
in commune conferrent. Nam opum tum minimè audis, atque idcirco  
non bene iis instructis, præstare Reipublicæ tributa difficile erat.  
Vnde Archidamus apud Thucydidem dicit, difficulter Lacedæmonios  
ex priuatis contri-  
buiere. Ita enim de pecuniæ inopia ait: *ἔτε ἐν κοινῷ ἔχρηρον,  
οὔτε ἐποίμως ἐν τῷ ἰδίῳ φέρομεν.* Quod Scholiastes refert ad  
paupertatem. *πένητες γὰρ* inquit. Nos autè de dissuetudine quoque  
dictum accipimus, tanquam agrè obtineri potuerit vt tributa  
conferrent, qui eorum semper fuerant immunes. Ita enim *ἐποί-  
μως* intelligo. Quod item de vectigalibus sentiendum puto, eorumque  
bonorum oneribus, quæ importari vel exportari apud alios solent.  
Nam quomodo vectigalia exigi poterant, quandoquidem merces nullæ  
in Laconicam allatæ distrahebantur, nullæ item ibi coemtæ efferebantur.  
Id enim ita obtinuisse auctor Plutarchus Lycurgo, vbi scribens  
numisma Laconicum apud exteros nullius esse pretij, inde ait factum,  
vt nihil emeretur vel venderetur; *ὥςτε* (inquit) *ἡ δὲ πείλαδά τι τῶν  
ξενικῶν καὶ ῥωπικῶν ὑπῆρχεν, ἡ δὲ εἰσέπλει φόρτος ἐμπορικὸς εἰς τὰς  
λιμύρας.* Id est, Nulla itaque facultas mercandi apud Lacedæmonios  
aliquid exoticarum & exquisitarum rerum: neque in portus naues  
appeliebant mercibus onusta. Atque ita quidem prioribus temporibus.

Postea



Postea tamen ea ratio præter morem veterem obtinuit, vt requirente Repub. tributa exigenterentur. Nam quum crebra ipsis præ se gerenda bella, sæpe etiam subsidia sociis mittenda, non verisimile Rempub. hos sumtus ferendo fuisse, sine priuatorum collationibus. Itaque tributa omnino tum ciuibus, tum sociis indicta, quum necessitas postularet.

Sed vt de iis quæ ciuium erant priore loco agamus, illa necesse aut ad sortes seu fundos cuiusque comparata fuisse, aut ad reliquas facultates.

Quæ sortium erant, donec eæ suo numero manserunt atque omnibus fuerunt æquales, etiam quæ conferebantur secundum eas, tributa & alia onera haud dubiè erant æqualia. Sed hoc tamen ita intelligendum, vt sitam tantum fuisse putemus hanc æqualitatem in voluntate cuiusque. Non enim accuratè inuicem inquirebant in tributorum collationem, quemadmodum Aristoteles dicit politico 11. Ita de Lacedæmoniis scribens: *ὅτι ἑταίροις ἀλλήλων τὰς εἰσφορὰς*. Quod neque admodum necesse in ista benigna rerum omnium communicatione. Si itaque ad sortes & fundos cuiusque tributa tum descripta, atque eæ æquales, quæ poterant ea apud Lacedæmonios iusta censeret nisi æqualia? Vt non dicam consistere ægrè quiuisset concordiam, nisi in his seruassent inuicem, vt in aliis aliquam æqualitatem. Quemadmodum quæ ad Syssitia conferebantur secundum capita, æqua & definita omnibus impensa constabant, vt testatur Aristoteles lib. 11. cap. x. & nos supra attigimus.

Sed quæ ad reliquarum facultatum æstimationem descripta tributa & onera, ea inæqualia ac pro vt creuerunt cuique priuatae opes, ita illa etiam augebantur. Itaque quum inuictæ essent diuitiæ exoticae, sortes plures ad vnum deuolutæ, quæstusque ex industria & studio factus, diuersa secundum ea tributa Nam fieri non poterat, quin onera iis incumberent, qui essent ferendo, id est, locupletioribus & opulentioribus. Atque ita quidem postremis temporibus tributa alia aliis grauiora imponebantur, quibus quum tandem accideret, vt ditiores iniquè opprimerent egenos, onerâque in eos inclinarent, factum hoc quod Plutarchus

*Tributorum  
que ratio  
posterioribus  
temporibus  
Rei-pub.*

*Tributa in  
ciuibus tum  
sociis indi-  
cta.*

*Tributa  
vel ad sortes  
vel ad  
facultates  
alias com-  
parata.*

*Tributa  
sortium qua-  
lia fuerunt.*

*Tributa  
onera pro  
facultatum  
æstimatione  
descripta.*



ait, vt turba inops & abiecta, quæ cum diuitibus in vrbe residebat, bella foris illata segniter propelleret, atque semper expectaret oportunitatem mutationis & rerum nouarum. Cæterum autem census aliquis bonorum, sicut capitum initus sit, modusque statutus diuitiarum, difficile dictu. Hoc tamen animaduertimus, non statim initio inuectis opibus, omnem circa eas veterem disciplinam abolitam & abruptam, sed potius in publicum usum laxatam quodammodo fuisse, vt capite sequente latius explicabimus. Nam repentina mutatio periculosa Reipub. futura. Itaque sicut Plato lib. v. de legibus, census modum in sua Reipub. definit, vt infimus sit sortis, deinceps duplum sortis, tum triplum, postea quadruplum, in quo supremus census: ita vel hoc, vel tale aliquid introductum Sparta simul cum opibus opinari licet. Nam liberrimam priuati ditescendi facultatem, non concessam fuisse, autumo. De quo tamen nihil ab iis, qui extant auctoribus, literis proditum, nisi quod apud Plurarchum est in Agide, etiam auctis priuatis opibus sortes seruatas ad Epitadeum, vt diximus. Atque hoc ordine & æqualitate utcunque permanente, ciuitatem ex aliis alleuatam peccatis. Quò indicare videtur profusus ordinem aliquem, & qualemcunque seruata æqualitatem etiam post aduectas Spartam diuitias, quamuis qualis ordo fuerit, neque is aperit, neque alius, vt nec nobis ulterius eam declarare liceat. Hæc de ciuium tributis.

*Tributa à sociis quo modo & que exiguntur.*

Verum circa prouinciales, quos *συμάχοις* seu socios habebant & appellabant Lacedæmonij, propter *αὐτονομίαν* & libertatem quam ipsis relinquebant, onera non aliter se habebant, quam vt eadem cum ipsis ciuibus ferrent. Nam & illi initio immunes, cuius rei testis locupletissimus Thucydides lib. i. vbi ita scribit: *οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι ἐχ' ὑποτελεῖς ἔχοντες πρός τοὺς ἑσσυμάχοις ἡρώωντο*, Id est, *Lacedæmonij ita imperabant, vt socios non haberent tributarios*. Itaque si illi liberi à tributis, verum & hoc quod diximus, ciues ipsos Spartanos liberos olim fuisse. Nec enim cōsentaneum peiore iure esse ciues, quam sint prouinciales. Postea tamen hi, sicut & illi, tributa quoque pendebant. Non solum enim milites Lacedæmonijs in auxilium, sed etiam pecuniam socij miserunt. Cuius permulta passim apud Historicos exempla: Et docetur



docetur id perspicuè lib.v.Hellenicôn Xenophontis, vbi com-  
médatur Phliatorum Respub.ab Agcsipolide Rege, quod ma-  
gnam ipsi pecuniam & celeriter ad expeditionem suppeditasset.  
Quò pertinet etiam quod est apophthegmate quodam Laco-  
nico. Nam socij quum bello Peloponesiaco quærerent,quãtũ  
pecuniæ sufficeret,& tributum sibi definiiri postularēt, Respon-  
dit Archidamus: *Bellum determinato sumtu non ali.* Ac testatur et-  
iam Polybius lib. vi. vbi ait Lacedæmonios tandem coactos in  
bellis longinquis *φόροις τοῖς νησιώταις ὀπιτάττειν, ἀργυρολογεῖν δὲ*  
*πάντας τοὺς ἑλλήνας.* Itaque de tributis sociorum perspicuum est.  
Qua autem distinctione vel milites à sociis petierunt, vel pecu-  
niam imperârint, videor mihi ex Xenophonte obseruasse. Nam  
indicare videtur in lōginquas expeditiones vel maritimas, qui-  
bus minus affueri socij, pecuniam suppeditatam: Aliàs milites  
potius missos. Ita enim scribit lib. vi. Hellenicôn. *τῶν πύλων ἀ-*  
*πολλαὶ ἀργυροὶ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ἀπὸ ἐπέμπον, ἀτε καὶ δεσποτίου τῆς*  
*στρατίας ἡσος.* Id est, *Pleraq; urbium militum loco pecuniam mittebant,*  
*quippe quod hæc expeditio transmarina esset. Quod vtriusq; etiã vtilis-*  
*simũ. Atq; hæc de tributis, tum ciuium, tum sociorũ habuimus.*

## CAPVT II.

*De arario & pecunia publica.*

QVandoquidem egimus de tributis, ordo requirete videtur,  
vt ararij & publicæ pecuniæ rationē explicemus, in quod  
tributa inferri solent. Nam alterũ ab altero ferè depēdet. Quod  
adeò verum in Repub.Lacedæmoniorum, vt fere vnà cum tri-  
butis, ararium etiam extiterit. Neque enim ab initio ararium  
fuit, vel pecunia vlla publica, vt ferunt, sicut nec fuere tributa.  
Quod ex loco Thucydidæ iam adducto intelligi potest, vbi ait  
Lacedæmonios in communi seu publico pecuniam non habe-  
re. Vbi Græcus scholiastes exponit, *ἐν κοινῷ*, pro *ἐν κοινῷ ταμίῳ*  
& rectè. Testatur idem quoque Aristoteles politico 11. vbi hoc  
tamen reprehendit. Eius verba ita habent: *φαύλως δὲ ἔχει καὶ*  
*ὡπὲρ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς σπαρτιάταις. ἔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πό-*  
*λεως ὄρεται δὲν.* Id est, *Malè se habent, quæ ad pecuniam publicam perti-*  
*nent apud Spartiatus. Neque enim in communi arario ciuitatis est aliquid.*

*Qua distin-  
ctione vel  
milites vel  
pecuniam  
sociis Lacedæ-  
moniorum im-  
perarunt.*

*De arario & pe-  
cunia pu-  
blica.*

*Ararium  
ab initio  
Spartæ nul-  
lum fuit.*



Probatum idem etiam apophthegmate, quo ratio eius est aliqualis reddita. Nam Anaxander Eurycratis filius quærenti cur pecuniam in ærarium non colligerent Spartani, Respondit: *ne custodes ei præfecti corrumpantur.* Quod itaque ærarium initio nullum

Vnde sum-  
pius bello-  
rum sine æ-  
ratio sup-  
peterent.

ex his manifestum. Si quærat itaque aliquis, unde olim sumtus bellorum tam frequentium ipsis suppuebant. Neque enim ferè à bellis vnquam ab initio conqueuerunt, quæ haud parua ad-  
minicula à pecuniis habent, imo iis ferè cõstant. Huic quæstioni si ex Aristotele respondeamus, nihil erit aliud quod dicamus, nisi quod ex priuatis bonis Lacedæmonij contulerint, ad belli sumtus idque perperam & difficulter. Ita enim ille scribit Politico II. Sicut idem Archidamus quoque apud Thucydidem testatur. Verùm amplius aliquanto nobis respondendum. Itaque quod apud Athenæum lib. VI. inuenimus tale est, quod plenius huic negotio satisfaciatur. Ibi enim ex Posidonio refertur duobus

Pecunia pu-  
blica olim  
à Lac. de-  
monij ser-  
uata.  
Apud fini-  
timos.

modis seruatum olim à Lacedæmonijs fuisse publicam pecuniam, etsi Spartam non asportabatur, nec in ærarium referebatur. Primo enim, ut ait, *Ἐργατεπέθετο τοῖς ὀμόεσις Ἀρκάσι.* Id est, *Deponebatur apud finitimos Arcadas.* Vnde factum ut eos sæpe hostes pro-  
amicis haberent. Quod idem docet ita scribens; *ἔτα πολεμίοις αὐτοῖς ἔχον ἀπὸ φίλων, ὅπως ἀντιπύθων τὸ ἀπίστον. ὅτε τὴν ἐχθρὰν γέ-*

Vt in tem-  
plis.

*νηται.* Deinde in templis etiam sæpe reponi aurum solebat, tanquam in Deorum custodia. Ita idem Posidonius aurum & argentum quod prius Lacedæmone fuerat, Apollini Delphico commissum ait. Sic enim scribit: *τὸ ἐν δελφοῖς ἀπόλλωνι τὸν πρῶτον ἐν τῇ λακεδαιμονίᾳ χρυσὸν καὶ ἀργύρεον ἰσοεῦσαν ἀνατεθῆναι.* Id est, *Apollini, qui Delphis est, memoria prodiderunt aurum & argentum, quod antea fuerat Lacedæmone, consecratum.* Quod ego quidem non minus custodiæ causa, quam venerationis & cultus factum à Lacedæmonijs existimo, ne quis id huc tantum referat. Etenim alibi etiam aurum atque argentum in templis condebatur. Sicut in Brasidæ & Acanthiorum thesauro, reposuisse fertur Lyfander triremem ex auro & ebore, itémq; alia, ut scribit Plutarchus in Lyfandro. Nam ornatus & cultus causa, ut nullum aurum publice in templis Spartæ extabat: ita vix eam ob causam alibi statuerunt. Neque item prædas, quas olim fecerunt ex Persicis &

Prædas e-  
gisse Lacedæ-  
mon. & ex  
his opera  
publica.

aliis



aliis bellis ingentes, contemisse & posthabuisse credendum, quum constet etiam in opera publica ex iis impensas factas. Unde porticus Persica, quæ ex Persarum manubiis extructa, de qua Pausanias Laconicis. Hæc antiquitus in eum modum fiebant, quibus videtur quodammodo fraus facta legi Lycurgi.

*Porticus  
Persica cur  
dicta Spar  
te.*

Verum postea nihil tale necesse. Nam tandem pecunia publice in ciuitatem recepta, sciscente hoc populo. Quam perniciem omnes acceptam referunt Lyfandro, qui post captas Athenas inde ingentem vim pecuniæ, auri & argenti aduexit. Quamuis agrè initio admissa & tolerata, horrescentibus vim auri & denunciantibus testato prudentissimis quibusque ipsis Ephoris, illud repudiandum. Qui rem idcirco ad concilium retulerunt. In quo sententiam quidam dixit, siue Schiraphidas seu is Phlogidas fuit, non recipiendam in urbem monetam auream & argenteam. Quæ tamen sententia non obtinuit, intercedentibus & instantibus necessariis Lyfandri, ut pecunia retineretur. Itaque decretum factum, ut in usum quidem publicum admitterent nummos aureos & argenteos: si quis autem possidere compertus esset priuatim, id ei ut capitale esset. Quamuis hoc decretum postea priuatis cupiditatibus labefactatum, ut fieri consentaneum. Nam quum publice æstimatione & dignitatem consecuta esset, non solum in ærarium pecunia ingens cumulata: sed priuati opes suspiciebant, aurique & argenti copiam amplissimam quærebant. Unde opes eorum Plato Alcibiade scribit tantas fuisse, ut longè superarint Athenienses & quosuis, agris, mancipiis, equis & aliis pecoribus. Ac deinde tantum etiam auri & argenti eis tribuit, quantum vix in tota Græcia. Quæ de re eius verba ita habent:

*Pecunia in  
ærarium  
Sparta  
quando re-  
cepta.*

*χρυσὴν καὶ ἀργύριον ἐκείνη ἐν πᾶσιν ἑλλήσιν ὅσον ἐν λακεδαιμόνι ἰδίᾳ. Πολλὰς γὰρ χρυσὰς εἰσέρχεται μὲν αὐτὸς ἕξ ἀπάντων τῶν ἑλλήνων, πολλὰκις δὲ καὶ βαρβάρων. Ἐξέρχεται δὲ ἐδαμόσε.* Id est, *Auri & argenti tantum non est in tota Græcia, quantum priuatim Lacedæmone. Nam à multis iam seculis importatur ex omnibus Græcorum regionibus, atque sæpe etiam Barbarorum: exportatur vero nusquam. Unde & scitè grauissimus Philosophus huc accommodat fabulam Æsopicam de Leone & vulpe, quod auri vestigia appareant Spartam versus ducentia & spectantia, non autem conspicua sint vestigia eius,*

*Opes La-  
cedæmo-  
norum  
quanta.*

7  
17 18



inde egredientis & exeuntis. Quæ fabula eleganter etiam descripta ab Horatio. Quod necesse fuisse ita euenire, admissio semel in publicum auro & argento disputat eleganter Plutarchus Lyfandro. Ad hunc ergo modum pecunia publica primum cœpit condi & coaceruari Lacedæmone. Fuit autem ærarium sub Ephorum cura, siue quod ij Rempub. in sua haberent potestate, siue quod ad eorum manus peruenit initio pecunia Athenis missa. Iis itaque reddebatur ratio pecuniæ in publicum inferendæ. Vnde Gylippus sacculos nummorum à Lyfandro Spartam missorum Ephoris exhibet. Qui tamen prius futuris in fundo apertis, aliquam vim auri & argenti ex vnoquoque surripuit, & sacculos denuo confuit, nescius libellum in singulis additum. Tum sacculos tradens Ephoris ostendit signatos. Illi autem inito numero secundum indices, inuenientes discrepare summam, suspensi & dubij, moniti sunt à seruo Gylippi, tanquam per ænigma, sub Ceranico multas cubare noctuas. Quò intellexerunt sub regulis domus pecunias absconditas. *νεεραμνος* enim non solum via Athenis; sed *νεεραμνος* tectum seu tegula. Et nummi Atheniensium id temporis noctua fere signati. Quam ob fraudem atque furtum Gylippus, quondam ex Sicilia dux rebus gestis insignis, exilio multatus est. Si itaque pecuniæ ab Ephoris in publicum illatæ, haud dubiè per eosdem depromebatur. Itaque legimus Ducibus ad mercenarios conducendos, & alios vsus, pecuniam ab Ephoris traditam, vt & aliàs ducibus apud externos versantibus ab Ephoris missa pecunia. vtriusque passim suppetunt testimonia, apud Thucydidem, Xenophontem & alios. Atque hætenus de ærario.

## CAPVT III.

*De bello Lacedæmoniorum in genere.*

*De bello in genere.*

*Lacedæmoniorum rei militaris peritia.*

Ostendimus aliquatenus quale publicum onus tributorum fuerit: iam de altero, videlicet militiæ onere, paucis agemus. Ac prius hoc capite in genere de bello disputandum: Postea verò, quia bellum duplex, aliud videlicet terrestre, aliud maritimum, seorsum de vtroque eorum differemus.

Excelsisse autem Lacedæmonios præ omnibus gentibus, rei militaris



militaris peritia, ea verò constans omnium gentium ac scriptorum fuit sententia. Itaque Reges etiam barbari, aliiq̄ue potentissimi populi, ab eis suppeticas aduersus hostes sæpe flagitarunt: vt Cræsus Lydorum rex, Ægypti reges complures, Cyrus minor & alij. Item populi multi, Siculi, Cyrenæi, Thraces, Carthaginenses, & plures. Vt mittam iam inter Græcos quamplurimos, qui plerumque vt bellis affligebantur, ad Lacedæmonios auxilij causâ confugiebant. Neque hoc solum, sed inter ipsos Græcostanta de Lacedæmoniis existimatio, vt communibus totius Græciæ bellis, principatus semper penes eos esset, & summum eis imperium deferretur. Quare à Xenophonte initio lib. 111. Hellenicôn, dicuntur πάντες τῆς ἐλλάδος πολεῖται. Sicut etiam à Demosthene eodem elogio ornantur. Ita bello Medico Xerxis Lacedæmonij duces Græcorum omnium extitere, terra quidem Pausanias, mari Eurybiades. Qua de re sic scribit Thucydides libro 1. οἱ λακεδαιμόνιοι τῷ συμπολεμισάντων ἐλλήων ἠγήσαντο, δυνάμει πορεύοντες. Atque hanc gloriam sibi contra summos quoque Reges vendicarunt, recusantes aliorum imperium pati, vel quum maximè auxilij egerent. Vti quum ad Gelonem Siciliae tyrannum missi essent, qui petituri aduersus barbarum auxilium, quando is ea conditione promittebat, si bello eum præficerent, recusarunt hoc Lacedæmonij, carituri potius ipsius ope, quam vt ei subesse sustinerent, vt scribit Herodotus libro septimo. Sicut nec tulerunt subdi Alexandro Philippi filio, quum is à reliquis Græcis declaratus esset Imperator aduersus Darium. Vnde & ipse vicissim in trophæis nominatim Lacedæmonios exclusit, quum ita in eis scriberet, Alexander & Græci præter Lacedæmonios, vt videre est apud Plutarchum vita Alexandri, & Arrianum lib. 1. de gestis Alexandri. Vnde facillè apparet in gratiam Atheniensium Isocratem Panegyrico magis scripsisse, quam quod reuera ita haberet, quod dicit Lacedæmoniorum ἡ δὲ λόγον, ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἠγεῖσθαι πάτριον. Nam indubitatum hoc, eos semper præfuisse, utpote præcellentiores omnibus gentibus rebus bellicis. Sicut testatur pluribus in locis Plato; nec tacuit ipse Isocrates. Ideo enim Archidamus de Lacedæmoniorum in re

*Principatus  
es ob  
belli peri-  
tiam inter  
Græcos  
delatum.*

*Lacedæmo-  
ny aliorum  
imperiꝝ im-  
patientes.*

P.



militari peritia, ita loquens ab eo introducitur, vt suis tribuere aufit sine contradictione præ aliis hanc laudem. Verba eius hæc sunt, vbi hac de re agens in Archidamo ait: ἔδεις πολμήσοφεν ἀντειπεῖν, ὡς οὐ τιμὴ μὲν ἐμπειρίαν μάλλον ἢ τῆς ἄλλων ἐχομῆν. Atque idem etiam oratione περὶ ζύβου, ita eos ait excellere in re militari, vt eam artem alios docere possint. Sed hoc tamen potissimum de bellis terrestribus accipiendum. Nam

*Athenienses rei navalis peritia reliquis Græcis insigniores.*

rei navalis peritia Atheniensibus magis tribuenda, consentiente omnium iudicio. Ideoque maris principatus etiam iis, quàm Lacedæmoniis conuenientior. Quia de re prolixa est disputatio apud Isocratem in Panegyrico, vbi inter alia ait ita Athenas excellere maritimis bellis, vt nulla gens in terrestribus ei possit exæquari. Verba eius initio disputationis, in qua fere tota oratio consumitur, hæc sunt: ἔδεις ἀν' ἐτέραν πῆλιν ὀπιδείξειε ποσῦτον εἰ τῶ πολέμῳ τῶ κτ' ἡλιῶ ὑπερέχουσιν, ὅσον τιμὴ ἡμετέραν εἰ τοῖς κινδύοις τοῖς κτ' θαλάσσιαν διαφέρουσιν. Id est, Nemo urbem ullam ostendet, quæ terrestri bello tantum valeat, quantum nostra ciuitas navalibus pugnis excellit. Ac de eodem elegantissima est Proclis Philasij oratio apud Xenophontem lib. v. i. Hellenicōn. Vbi inter alia ait decretum Athenis à Senatu factum, vt maris principatus Atheniensibus, terræ Lacedæmoniis attribueretur. Cuius verba hæc inibi referuntur: τῆ μὲν οὐδ' βουλῆ προσβεβούλοισιν, ἡμετέραν μὲν εἶπ' τιμὴ κτ' θαλάσσιαν, λακεδαιμονίαν δ' τιμὴ κτ' ἡλιῶ, scilicet ἡγεμονίαν. Vbi postea redduntur rationes vtriusque sufficientes, inter quas & hæc, quod feliciores terra Lacedæmonij, mari Athenienses. Quibus consentit & Diodorus Sicutus lib. x i. vbi scribit Lacedæmonios πρὸς τις ἐν ταῖς ναυσὶ ἀγωνίας ἀφυσάποις, tanquam natura fuerint minus comparati ad res maritimas. Vnde inuersa & immutata fortuna ait factum Thucydides lib. iv. vt contraria de vtriusque esset opinio. Nam de Atheniensibus ait, quum maritimi essent ὑπερέχουσιν factos esse καὶ τὰ περὶ ζῆλα κερπίσους. De Lacedæmoniis quum mediterranei essent, redditos θαλασσίους καὶ ταῖς ναυσὶ πλείστον προσέχον. Sic enim locum exponit Græcus scholiastes. Atque ita eum intelligendum esse, docet & Diodorus Sicutus lib. x i. de hac ipsa re elegantissimis verbis scribens. Hoc itaque quum ita haberet, vt imperium terrestre Lacedæmonij, maritim

*Inter Lacedæmonios*

num



mum sibi Athenienses vindicarent, nunquam destitit esse inter  
 utrosque æmulatio, & pro principatu contentio: Quod Isocra-  
 tes Panegyrico perspicuè & apertè restatur, vbi de principatu a-  
 git ita inquit: *ἀεὶ μὲν οὐδ' οἱδ' ἡμετέροις πόλεμοι καὶ λαοὶ ἀμύ-  
 νιοι, φιλοπύως πρὸς ἀλλήλους εἶχον*, Id est, *Semper maiores nostri &  
 Lacedæmonij æmuli inuicem gloria extiterunt*. Qua de re idem *ἀεὶ ἀ-  
 πόσεως* plura. Nec cessauit hæc æmulatio, antequam victi Athe-  
 nienſes cederent Lacedæmoniis omnem terra & mari principa-  
 tum. Quod ita esse docet Xenophon lib. vi. Anabascos Cypri, ex  
 sua persona hæc verba faciens: *ὁρῶ ὅτι καὶ τῆ πατρίδι μὲν ἐπρόθεον  
 ἐπαύσαντο πολεμουῦτες, πρὶν ἐποίησαν πῶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, λα-  
 κεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶναι*. ἐπεὶ δὲ τὸ αὐμολόγησαν οὐδὲς ἐ-  
 παύσαντο πολεμουῦτες, καὶ ἐκέη πρὸς ἐπολιόρνησαν τὴν πόλιν, Id est,  
 video prius ipsos non fecisse finem gerendi aduersus patriam meam bellum,  
 quam urbem nostram profiteri coegissent, Lacedæmonios ipsorum etiam  
 principes seu duces. Quod posteaquam nostri facti sunt, mox bello finem im-  
 posuerunt nec deinceps amplius patriam nostram oppugnarunt. Hoc au-  
 tem factum, quum victi à Lyſandro triremes omnes exceptis  
 duodecim amisissent, vt scribit. Post Xenophōtem Plutarchus  
 Lyſandro. Sed tamen hunc maris principatum vix paucis annis  
 tenuerunt Lacedæmonij. Nam Demosthenes annorum viginti  
 nouem tantum imperium eorum fuisse asserit, oratione III. in  
 Philippum. Alij duodecim numerāt. Isocrates autem Panathe-  
 naico vix decem annos statuit. Quos annos quomodocunque  
 numeremus, sane iis magno suo cum detrimento Lacedæmonij  
 imperarunt. Nā tum patria instituta mouerunt & conuulserunt,  
 vt eodem loci Demosthenes docet, & nos supra declarauimus.  
 Postea verò maris principatus eis à Conone victoria nauali ad  
 Gnidum parta ademptus est, adiuuante Pharnabazo & Euagora  
 Cypri Rege, vt est apud Isocratem in Euagora, item oratione  
 aduersus Philippū, & Panathenaico, nec non apud Xenophon-  
 tem lib. iv. Hellenicōn, & Plutarchum in Artaxerxe. Atque ex  
 eo tempore pariter antecelluerunt ex omnibus Græcis imperi-  
 um obtinentes, terra Lacedæmonij, mari Athenienses, con-  
 cedētibus hoc sibi inuicem utrisque, nec vllum pro hoc bellum  
 ulterius susceptum. Sed hætenus de principatu, iam de militi-

& Athe-  
 nienſes per  
 petua p. o  
 principa-  
 tu  
 contentio.

Quando si-  
 mia con-  
 tentio.

Quot an-  
 nis primi-  
 patum ma-  
 ris Lacedæ-  
 monij  
 tenuerunt,



bus eorum in vniuersum, quales ij fuerint differemus.

*Milites La-  
cedæmonio-  
rum qui  
fuerunt.*

Primò itaque exercitum Lacedæmoniorum antiquitus quidem constituisse ex solis Lacedæmoniis existimo. Nam quum nulli adhuc socij essent, & opibus etiam destituerentur, quibus mercenarios conducerent, vt per se omnia bella obirent, necesse erat. Postea verò exercitus variè comparatus, & quatuor quidem diuersis, quum ita opus erat, ad summum conflare solitus est hominum generibus. Nam & Spartani Lacedæmonii que, & socij, & mercenarij, & libertini ipsi militabant. Præter quos adiuncti hisce, qui Dominos comitabantur, serui custodes, aliique *πυλοφόροι*, cum impedimentis. Et Lacedæmonij quidem ipsi, quorum dicitur *πολιτικὸν εἶδος* apud Xenophontem lib. v. Hellenicôn, & alibi, plerumque pauci numero fuerunt; sicut consentaneum in illa ciuium paucitate. Vnde molestum aliquando socijs, quod illi magna multitudine Lacedæmonios paucos sequi cogerentur. Quod quum sub Agesilao Rege etiam accidisset, demonstrauit ipse non in multitudine, sed in militum præstantia maximum momentum situm esse.

*Lacedæmo-  
nij milites  
plerumque  
pauci nu-  
mero.*

Quod quomodo fecerit, suprâ diximus. Atque ob hanc eorum paucitatem existimare licet, ignorari eos voluisse vulgò vt plurimum militum numerum. Quamuis Thucydides id referat ad ipsorum patrium silentij institutum. Quum ita lib. v. scribit: τὸ μὲν γὰρ λακεδαιμονίων πλῆθος, ὅθεν τῆς πολιτείας τὸ κρυπτόν ἦν νοεῖτο.

*Numerus  
militum  
Spartano-  
rum igno-  
rabatur.*

Qua de causâ etiam eluserunt quærentes de numero Spartanorum. Ita Aristo quæretè quodam quot essent Spartani, Respondit; tot esse, quot arcendis hostibus sufficere possent. Et Agis item roganti cuidam de Spartanorum numero, Respondit: tot esse, vt sufficerent ad profligandos malos, vt est apud Plutarchum in apophtheg. Horum autem Spartanorum quotquot fuerunt, nulla Reipub. impensâ, sed propriis sumptibus militabant, nisi quod posterioribus temporibus ex publico commeatum accipiebant. Quod indicare videtur Plutarchus vita Cleomenis, vbi ait, Antigonum cum degrauasse, quum angustè & difficulter sufficeret ciuibus commeatum præbere. Præterea hi quoque non dimittebantur, priusquam domum reducti essent ab Imperatore. Ita enim historici Thucydides,

*Milites  
Lacedæmo-  
nij proprijs  
sumptibus  
militabant.  
Non dimit-  
tebantur  
nisi ab Im-  
peratore  
domum ef-  
fusi reduti.*

Xeno-



Xenophon, & alij sæpe scribunt exercitum vrbatum domum reductum.

Socij autem qui *συμμάχων πόλεων* erant, ac *σύμμαχοι* seu *Βονδοὶ* à Xenophonte dicuntur, plures erant ipsis Lacedæmoniis; sicut ex supra dictis intelligitur, & apertè aliquot locis ostendit Thucydides, quum socios in bello Peloponnesiaco enumerat, & Xenophon lib. iv. Hellenicôn socios belli Thebani recensens.

Hi militabant sumtus suppeditante ipsa Repub. ex qua venerāt, ac dimittebantur finita expeditione, nec ab imperatore reducebantur. Quod patet exemplo eorum, quos Agésilauis aduersus Thebanos duxerat, qui dimissi per se domum abierunt, vt est apud Xenophontem lib. v. Hellenicon, & alibi sæpissimè. Id tamen haud dubiè cautum, vt ex longinquis expeditionibus, in tuto eos Imperator sisteret, quò incolumes ad suos reuertentur. Sicut Agésilauis ex Asia Brasidas ex Thracia, & Gylippus ex Sicilia, milites suos patriæ restituerunt.

Porro mercenarij, quos *ξενικοί* vel *ξενικὰς στρατὰς* cum Xenophonte vocamus, tandè etiam à Lacedæmoniis conducti, quum bella vel longinqua vel transmarina gerenda. Atque ad horum stipendium domo pecunia asportabatur. Itaque apud Xenophontem lib. v. Hellenicôn scribitur, Cleombrotum pecunias quas domo secū attulerat Sphodriæ tradidisse *τοῖς ξενικοῖς πορομοῦσθαι*, Id est, ad conducendos mercenarios. Et aliquando pecunias socij ob hanc causam conferebant.

Postremo quod *νεοδαμώδεις* seu libertini, etiam militarint, supra ostendimus, quum de iis lib. i. egimus. Idemque de spuriiis qui *νοθοὶ ἀσπρατων*, & hospitibus qui *ξένοι τελέμισοι* dicti, testatur Xenophon lib. v. Hellenicôn, vbi eos sponte ait secutos Agésilaidem aduersus Olynthios. Atq; ex hisce legitimis militibus constabant exercitus.

Helotes autem & serui, qui sequebātur partim Dominorum in ipsa acie custodes erant, partim in impedimentis sarcinas militares seruabant. Nam prælio aduersus Mardonium scribit Herodotus lib. ix. Septem seruos circa quemlibet Spartiatarum in acie collocatos fuisse ad corporis custodiam. Quorum quum essent quinque millia, fuisse ait seruos ad triginta quinque millia.

*Socij Lacedæmoniis quos Βονδοὶ dicebant qui fuerint.*

*Quibus sumptibus militarint, & quomodo dimissi.*

*Mercenarij milites à Lacedæmoniis conducti.*

*Stipendia unde ipsis allata.*

*Alij qui Lacedæmoniis militarunt.*

*Helotes & serui quomodo cum Lacedæmoniis militarint.*



Quod etiam testatur Plutarchus Aristide. Qui tamen numerus seruorum an perpetuus fuerit, non constat. Seruos certè longè plurimos semper exercitum comitatos non dubium. Atque hæc in vniuersum de exercitu, sed quæ præterea ad Lacedæmonios peculiariter pertinent, in sequentibus videbimus.

*Quibus ar-  
mis Spar-  
tam usi.*

Cæterum arma, quibus Spartani vsi tam multa præclara gefserunt, qualia fuerint consideratione nostra non indignum est, vt eò magis virtus ipsorum elucescat. Nam armis in primis Sparta commendata, tanquam iis potissimum excelluerit. Seneca suaforia II. *Omnibus sua decora sunt: Athenæ eloquentia inchoyæ sunt, Thebæ sacris, Sparta armis.* Atque eadem de causa, Claudiano dicitur armipotens Lacedæmon. Inuenio autem præcipuè vsitata eis fuisse hæc arma, quæ sunt, gladius, hasta, galea & clipeus. Quo-

*Ea sunt ha-  
sta, gladius  
galea &  
clipeus.*

rum gladius, hasta & galea vsque ad eò propria Lacedæmoniorum, vt ab eis hæc inuenta esse, affirmare non dubitaret Plinius naturalis Historiæ lib. VII. cap. LVI. Et Xenophon lib. III. Memorabilem, ita eos clipeis & hastis præstare ait, vt nec bellicosissimi Thraces aduersus eos hisce armis instructos, pugnare ausint.

*Gladij La-  
cedæmonio-  
rum quales  
fuerint.  
Causa cur  
tales gla-  
dios Lacedæ-  
monij  
habuerint.*

Ac gladij quidem Lacedæmoniorum, qui *ξίνας* dicti, vt scribit Pollux, vel *ξυήλας*, vt Xenophon, tum incurui, tum & breues fuisse, præter reliquorum Græcorum consuetudinem. Cuius causam hanc reddidit Antalcidas. Nam quærenti cur in bello gladiis breuibus vterentur Spartani, Respondit: quod comminus in hostem pugnaret, vt ait Plutarchus apophtheg. Quare etiam quum quidam gladios eorum derideret, ac diceret circulatores in theatris facile eos deuoratuos, Respondit Agis Rex: *Atqui hisce, inquit, nos gladiolis benè attingimus hostes*, vt auctor Plutarchus Lycurgo & apophthegmatis.

*Hasta La-  
cedæm.*

Hasta autem fuisse videtur iustæ longitudinis, & in ea non parum fiducia. Itaque Agesilaus interrogatus, quo vsque fines Laconicæ pertingerent: hastam vibrans, inquit, quousque hæc peruenerit. Item Archidamus rogatus quantum regionis Spartani possiderent, Ait, quo vsque hasta pertingimus. Plutarchus apophtheg.

*Galea.*

Galea deinde ipsis erat, quam proprij corporis causa quilibet gestabat.



gestabat. Quare illam amittere sine ignominia erat, quum clipei amissio cum ignominia esset coniuncta, ut est in apophtheg. Demarati apud Plutarchum.

Scuta autem seu clipeos, quos propter communem ordinem ferebant, ex are fabricatas habebant. Nam Xenophon de Re-  
pub. Lacedæm. *σολιὸν φοινίδα, καὶ χαλκίῳ ἀαῖδα* eis tribuit. In hisce inscripta Symbola seu tessere, quibus agnosci inuicem milites poterant; prima videlicet gentis cuiusque litera. Ita Lacedæmonij Λ. Argiui Α, Sicyoni Σ, ut indicare videtur Xenophon lib. iv. Hellenicôn, agens de Sicyoniis. Præterea etiam in clipeis insignia addebantur. Itaque quidam musca clipeum insigniens, quæ non excedebat viuæ muscæ quantitatem, quum derideretur à nonnullis, dicentibus latèdi causa hoc factum, Respondit: Imo, inquit, ut agnoscar. Tam propè enim ad hostes accedo, ut cernere possint insignis mei quantitatem Et hæc quidem præcipua ipsorum arma.

Machinæ autem bellicæ, & tormenta murorum, aliâque huiusmodi illis inusitata, utpote ignaris murorum oppugnandorum. Quare quum tormentum Catapultæ videt Archidamus, tum primum ex Sicilia allatum, exclamauit: Hercules perit viri virtus. Atque hæc de armis.

Postremo verò quibus de causis bella gerere soliti Lacedæmonij, quæ ipsis fuerunt frequentissima, non difficulter ex bellorum historiis colligi poterit.

Ac primùm quidem bellis suis id conabantur, ut imperia iniusta euertent, ac tyrannos deicerent. Nam sicut ipsorum Reipub. inde usque ab initio à tyrānis libera: ita & ipsis non placuit tyrannos ulli Reipub. dominari. Quare Thucydides lib. i. scribit *ἀτυραννύτον* fuisse Lacedæmonia, & tyrannos Atheniensium & alios ait ab eis pullos: *οἱ τε* (inquit) *Ἀθῆναιων τυράννοι, καὶ ἐν τῆς ἀλλῆς ἐλλάδος ὄπιπολὺ καὶ πρὸν τυραννῶν δέσεις, οἱ πλεῖστοι καὶ τελευτάοι, πλὴν ἢ ἐν σικελίᾳ, ὑπὸ λακεδαιμονίων κατελύθησαν*, Id est, Atheniensium tyranni, & reliquæ ferè Græciæ, quæ quam maximè Græcia quidem tyrannide oppressa erat plurimi & post emi, exceptis iis qui in Sicilia denominabantur à Lacedæmonis deiectione sunt.

Deinde complura ab ipsis bella suscepta, ad vlciscendum in-



iurias sibi vel sociis illatas. Quæ causa latè patebat. Nam hoc nomine vindicabatur fœderatorum perfidia, & exules in patriam restituebantur, res ablatae reperebantur, damnum illatum resarciri perebatur, & alia multa quærebantur. Ac in his plerumque non ultra iniuriæ modum processit pœna: sed post sumptum de fontibus supplicium, seruati plerumque innoxij. Ita Polydorus potitus victoria de Argiuis, ea contentus urbem in seruitutem redigere recusauit. Et Cleomenes suadentibus aliquibus, vt Argos deleteret, non consensit tam graui vindictæ, sed respondit: nequaquam eam urbem delendam, quæ iuuenes ipsorum exerceat, vt refert Plutarchus in eorû apophtheg. Postea in his tamen bellis vindicta aliquando videtur grauior, quàm offensa. Nam Messene euerſa est, graui nimis in fraternam & cognatam gentem animaduersione. Muri Atheniensium diruti, populûsque oppressus, quorum merita tum in Lacedæmonios, tum in vniuersam Græciam fuerunt aterna memoria dignissima. Eodémque modo aliàs factum.

*Pœna modus adhibitus.*

*Licet aliquando grauior vindicta quam offensa.*

*Ad ferendum oppressis auxiliû.*

*Lysandri mala fides.*

*Lacedæmony infidi, sæpe puniti.*

Tertiò nec rarò pugnarunt, inuitati ad ferendum oppressis auxiliû. Nam quantum in ipsis erat, supplices vix repudiarunt, sed voluerunt omnes Respub. liberas. Ita bellum Asiaticum pro Græcis à seruitute Persica liberandis susceptum, aliâq; pro aliis multis. Etsi hac in parte non satis sincera & integra eorum fides posterioribus temporibus. Qua in re peccauit præ aliis fœdè Lysander, homo fortunatus, sed fluxæ fidei, qui non veritus dicere, pueros talis, viros iuramentis decipiendos: Et vbi non sufficeret Leonina Herculis, de vulpina esse assuendum. Vnde & Comicus Theopompus Lacedæmonios cauponibus comparat, quòd postquam potum suauissimum gustandum præbuisſent libertatis, acetum mox infunderent. Atque hanc ob causam sæpè infeliciter pugnarunt, vindicantibus sacramenti temerè violati religionem Diis. Quod & exprobratum iis à Pythia, vt testatur Plutarchus in quæstionibus Romanis. Ita quum Cadmeis contra iurisiurandi fidem retenta esset, suscitatum est bellum Thebanum, quo huius perfidiæ & aliorum delictorum graues pœnas dederunt Lacedæmonij: vt vitia Lacedæmoniorum etiam non profus prætereamus.

Postremò



Postremò nec pauca bella ex æmulatione suscepta, etsi quaesito aliunde prætextu, vt contra Messenios, Argiuos, Arcadas, Athenienses, Thebanos, Achæos & alios. Sed prolixum esset omnes bellorum causas inquirere, nec de his idem potest esse omnium iudicium: sicut neque auctoribus semper de veris causis constitit, qui historias ipsorum scriptis prodiderunt.

*Ex æmulatione.*

## CAPVT IV.

*De bellis terrestribus.*

Quandoquidem gloria militaris Lacedæmoniorum potissimum in bellis quæ terra gerebantur, sita erat, vt diximus, conuenit vt de iis paulò luculentius pertractemus. Quod tamen etsi non caret difficultate, tamen operam dabimus, vt hæc quatuor, quam fieri poterit, planissimè declaremus, videlicet qui præfuerint & gubernarint in exercitu, quomodo distribui solitus exercitus, qua ratione ducebatur & ad pugnam instruebatur, ac quo pacto tandem domum reduci consueuerit.

*In bellis terrestribus Lacedæmoniorum gloria præcipua.*

*Quatuor in bellorum administratione obseruata à Lacedæmonius.*

*1. Vnus in bello dux, & is aut Rex, aut Prodicus.*

*Aut dux plerumque ex Heraclidis.*

Primum itaque hoc constat, placuisse semper Lacedæmoniiis in bello vnum præesse, qui si totus educeretur exercitus, Rex erat, aut Prodicus seu tutor Regius, quum Rex ipse minor ætate: Aut si pars quædam, vel exercitus minor aliquò mitteretur, alius quidam dux, sed & is vnus ac plerumque ex Heraclidis. Nam Monarchiam in bellis semper eos vsurpasse, sicut & Carthaginenses, testis præter alios Isocrates Nicocle, vbi ita ait: *χαρχηδόνιοις καὶ λαιδαμονίοις τοῖς ἀριστοῖς τῶν ἑλλήνων πολιδιομορφοῖς, οἵκοι μὲν ὀλιγαρχικοὶ, ὡς δὲ τὸν πόλεμον βασιλδιομορφοῖς.* Quare etiam aliquando Lex lata, ne vterque Rex cum exercitu exiret, ne videlicet duo essent diuersi Imperatores, qui vindicarent sibi summam potestatem. Quod non poterat sine Reipub. pernicie abire. Quæ lex tum primum lata, quum Demaratus simul exercitum eduxisset, & Cleomenes. Ita enim scribit Herodotus lib. v. *ἐτέθη νόμος ἐν σπάρτη, μὴ εἶναι ἔπειτα ἀμφοτέροις τοῖς βασιλῆας, εἰς τὴν σπάρτην, Id est, Lex sparta lata. prodeunte exercitu, non licere vtrumque Regem comitari.* Sed contra legem hanc tamen fiebat, quum res postularer, & requireret ita necessitas. Sicut Plistonax, quum bellum Agis gereret aduersus Argiuos & Mantinenses,



*βαζος* no-  
men eius  
qui præerat  
exercitum.

duxit & ipse copias ex senioribus & iunioribus conscriptas, vt testatur Thucydides lib. v. Porro qui ita præerat exercitui Imperator *βαζος* dicebatur, proprio Lacedæmoniorum vocabulo, vt ait Hesychius: etiam Dux quiuis is intelligendus est. Sed quod Rex vt plurimum Imperator, id verò omnes ferè historiæ Græcorum ostendunt, & lege hoc constitutum à Lycurgo scribit Xenophon de Republic. Lacedæmoniorum. Rarius autem Prodicus hoc tam augustum munus gerebat. Ex Prodicis tamen fuit Lycurgus, vt ait Plutarchus, qui quum tutor Charilai esset, munere Imperatorio functus est. Sicut & Pausanias tutor Pleistarchi erat, quum contra Persas pugnaret, vt testatur Herodotus, Thucydides, Plutarchus, Æmylius Probus, & alij. Et Aristodemus Agefipolidis tutor, Imperator fuit, vt scribit Xenophon Hellenicôn lib. iv.

*Regibus*  
aut Ducibus  
euntibus  
ad bella  
qui alteri  
solerent,  
alias plu-  
res, alias  
pauciores.

Adiungebatur autem Regi Imperatori, tum ex Ephoris quidam, tum aliquando consiliarij, præterea & alij custodiæ causa. Ac duos Ephoros ex more Regibus attribui solitos ad bella euntibus, docet Xenophon lib. ii. Hellenicôn: *ὡς περ νομίζουσι* (inquit) *ξυὸν βασιλεῖ δυο τῶν ἐφόρων συσκατδέεσθαι, καὶ πότε παρῶν ἑτὸς τε καὶ ἄλλος*, Id est, sicuti positum in more est, vt duo Ephori cum Rege in expeditionibus sint: ita tum aderat hic (Nauclidas) & alius. Itémque consiliarij etiam adiuncti Regi, præter eos qui officia militaria gerebant. Ita Agidi ex lege decem numero attributi. Quæ lex tamen antiqua non erat, quippe tum lata, quum Agis imprudenter iudicatus est inducias cum Argiuis pepigisse, habens oportunitatem summam rei benè gerendæ. Nam ea de causâ decem ipsi adiuncti consiliarij, sine quibus non licebat educere exercitum. Sed ea Lex an postea semper eodem modo obtinuerit, non reperio. Consiliarios tamen semper Regibus adhibitos, exinde verisimile est. Et si alijs Regibus, bellis quibusdam periculiosioribus & longinquiorebus, plures adiunctos legimus. Nam Agefilaus obtinuit sciscitante populo triginta consiliarios, quum in Asiam exercitum duceret, vt scribit Xenophon, & Plutarchus in Agefilao. Atque ad eundem modum postea etiam additi Agefipolidi consiliarij triginta, sicut antea Agefilao, vt idem Xenophon ait Hellenicôn lib. v. Quod ob iuuenilem eius aetatem factum

ctum



Etum satis apparet. Præter hos ante Regem collocabatur in acie, <sup>Regum in bellis alijs comites.</sup> qui victor coronam in sacris certaminibus meruerat. Nam eum comitem belli semper Rex habebat. Plutarchus Lycurgo: ἐχώρη ὁ βασιλεὺς ὅτι τοῖς πολεμίοις, ἔχων μεθ' ἑαυτῆ σφραγίτιον ἀγῶνα νενικηκότα, Id est, *Ibat Rex in hostem comitem trahens victorem coronati certaminis.* Vnde est, quod de quodam victore cōmemoratur. Nam Lacedæmonius quidam quum offerretur ei olympiis grandis pecunia, non accepit eam: sed vt magno labore superauit aduersarium lueta, & quispiam ei diceret, *Quò tibi hæc Lacon victoria?* Occurrit ei subridens: *Ante Regem in acie consistens cum hostibus decerabo.* Deinde stipabāt Regem perpetui comites trecenti illi, qui equites dicti, sicut celeres Romulum semper circumstabant, vt ait Dionysius. Id quod docet Thucydides lib. v. narrans de impressione in Argiuos, quam scribit factam præcipuè ab ea parte, vbi Rex Agis erat & trecenti circa ipsum, qui equites dicti: ἤτερ (inquit) ὁ βασιλεὺς Ἀγίς μὲν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τετακόσιοι ἵππῆς καὶ μύριοι. Caterū Regum illud in bello imperium, <sup>Regum in bello imperium quum late patuerit.</sup> non latius se extendit, quàm ad vnum exercitum, idque potissimum terrestrem. Rarò enim classi Rex præficietur, idque quum fiebat, ei soli imperabat, non exercitui terrestri. Nam vni ex omnibus Agefilao, imperium terrestre & maritimum simul delatum. Ita enim Plutarchus de Agefilao in eius vita scribit: καὶ ὁ δὲν ὦν συντάπλω δέχεται πῶρὰ τῶν οἰκῶν, κελδύουσιν αὐτὸν ἀρχὴν ἀμα καὶ τὴ ναυπηγῶν. τὸ μόνον πάντων ὑπῆρξεν Ἀγισιάδω, Id est, *In itinere quum esset, accepit à magistratibus iohannis Scyralam, qua iubebatur classem imperium suscipere. Quod vni omnium Agefilao delatum.* Fuit autem summa & absoluta Regis in bello potestas, quum domi esset adstricta & obnoxia. Itaque de Leotychide ait Herodotus lib. vi. quod illi imperatorem agēti aduersus Theissalos, licuerit omnia agere: παρεὸν δὲ οἱ (inquit) ὑποχέειν πάντα ποιήσασθαι. Et Thucydides lib. v. Lege indicat ita sancitum fuisse, vt ab Rege omnibus imperaretur. Ita enim de Agide exercitum turbatum restituyente scribit: ὡθὲς ὑπὸ ἀσπιδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τῶν ἑαυτῶν Ἀγίδος τὴ βασιλείωσ ἐκαστα ἔξηρου μύρου καὶ τὸν νόμον. βασιλέωσ γὰρ ἀγροντος ὑπ' ἐμείνεν πάντα ἀρχεῖται, Id est, *Statim accelerando in suo quisque loco constiterunt, Agide omnia ducis munera obeunte, vt Lex iubet.*



Quum enim Rex est Dux exercitus, cuncta eius imperio subsunt. Itaque patet Regi Imperatori subiectos reliquos fuisse omnes, quicunque vel peditibus vel equitibus aliqua cum potestate præerant. Inter quos ipsos tamen certus ordo, ita ut semper aliqui inferiores superioribus parerent. Nam *χεδὸν ἅπαν τὸ ἦν Λακεδαιμονίων στρατόπεδον, ἀρχόντες ἀρχόντων εἰσὶ*, ait Thucydides. Ita ut totus exercitus nihil aliud videretur, quam superiorum quorundam in inferiores imperium, & militantes ferè omnes duces ducum. Erant autem post Regem hi exercitus terrestris præfecti, videlicet Polemarchi, Lochagogi, Pentecosteres, Enomotarchæ. Quos eadem serie enumeratos Thucydides scribit Regi ita obsequentes, ut per Polemarchos ad Lochagogos, per hos ad Pentecosteras, ab iis ad Enomotarchas, atque ita per eos ad singulos in Enomotia constitutos, quid iuberet & fieri vellet, enunciaret. Sed quæ muneris ratio, & quot militibus singuli præfuerint, tum rectius intelligi poterit, quum de exercitus terrestris diuisione egerimus. Itaque ad hanc iam declarandam accedamus.

*Alij exercitus terrestris præfecti.*

*2. In quas partes distribui sole- ret exercitus. Mora quid Lacedæm. fuerit.*

Reperio autem in has potissimum partes tributum fuisse exercitum, quæ sunt Mora, Lochos, Pentecostys & Enomotia. *Μόρα* autem, quod vocabulum Glossarij auctor interpretari latinè non nouit, sed tantum Moram vertit, quod ipsorum Lacedæmoniorum propriè fuerit, docet Pollux lib. i & Hesychius onomatitico, ita scribens: *Μόρα γὰρ Λακεδαιμονίους οἱ πατέριος λόχοι μόρας αὐθις ὀνομαζέμεντες*: ita enim legendum censeo. Eodemque modo Harpocration Lexico duodecim Rhetorum, ubi de Moris ait, quod *σωτήρια κατὰ πέντα Λακωνικὰ ἔπει καλεῖται*. Qui & postea ex Aristotele addit, *ὡς εἰσὶ μόραι ὀνομαζόμεναι, καὶ διήλυται εἰς τὰς μόρας Λακεδαιμόνιοι πάντες*, id est, quod *mora* sint certa quedam partes, & quod in *moras* omnes Lacedæmonij distribuebantur. Vnde *μόραι* opponuntur *συμμάχοις* apud Xenophōtem initio v. i. Hellenicōn.

*Mora quot fuerint.*

Quot autem exercitus cuiusque *μόραι* fuerint, nemo tradit, nec puto fuisse semper eundem numerum, sed pro ut exercitus urbanus maior vel minor: ita haud dubiè *μόραι* plures vel pauciores. Nam quod apud Xenophontem scribitur de Repub. Lacedæmoniorum sex esse *μόρας*, quum ait, *ἔπει γε μὴν κατεσιδασμένων μόρας μὲν διείλεν ἕξ καὶ ἰππέων καὶ ὄπιλιτῶν*: id ego referendum puto



puto ad eam distinctionem, qua domi distributi erant ad militiam per moras seu tribus. Quæ etiam sex numero erant ut supra retulimus. Alioquin Xenophon ipse docet fuisse aliquando in exercitu pauciores μόρας, ut quum scribit vi. Hellenicôn, Cleombrotum missum auxilio Phocensibus aduersus Thebanos cum quatuor moris. Quod aliàs sæpe factum. Quot autem fuerint milites in vnaqua; mora, inter auctores non conuenit. De qua dissensione ita scribit Plutarchus in Pelopida: τὴν μόραν ἐφορες μὲν ἀνδρας εἴη πεντακοσίους φησὶν, καλλιθένης δὲ ἑπτακοσίους, ἄλλοι δὲ πέντε ἐννεακοσίους, ὧν Πολύβιος ἔστιν. Id est, Ephorus moram ait esse quingentorum virorum, Callisthenes septingentorum, alij quidem non-gentorum, ex quibus est Polybius. Quorum ego Ephori sententiæ accedo, ut pote maximè concinnæ. Ac sic mora fuerit initio perditum quadringentorum, quibus additi postea equites centum. Quod tamen haud potuit esse perpetuum aucto vel diminuto ciuium numero, ut idcirco diuersæ istæ auctorum sententiæ simul veræ esse possint, de diuersis intellectæ temporibus. Præerat autem cuiilibet moræ Polemarchus vnus. Ita enim Xenophon <sup>Polemarchus vnus cuiilibet mo-  
re præfuit.</sup> de Repub. Lacedæmoniorum. ἐστὶν τῆς πολιτικῶν τούτων τῆς μόρας ἕξ πολέμαρχον ἓνα, Id est, Quælibet vrbana mora habet vnum Polemarchum. Quod etiam de moris militaribus intelligendum. Nam idem haud dubiè in bellis Polemarchi, qui & domi. Atq; hic in Regis locum succedebat, si eum occumbere contingeret, ut patet ex lib. I. I. I. & vi. Hellenicôn Xenophontis, & aliis Ducebantque aliquando ipsi Polemarchi moras sine alio Imperatore, & sociis cum præsidio aderant. Quorum creberri-  
<sup>συμφερέως  
Polemarcho addi-  
tus.  
λόχος que  
fuerit La-  
cedæm. ex-  
ercitus  
pars.</sup> ma exempla. Additus autem Polemarcho tanquam eius legatus, qui dicebatur συμφορέως. Nam ita peculiariter quosdam vocatos docet nos Xenophon vi. Hellenicôn, vbi ita scribit, καὶ οἱ συμφο-  
ρέως πολέμαρχου καλέμενοι.

Λόχος autem, quod Gloss. interpretatur Turmam, quarta mo-  
ra pars est. Erant enim cuiusque moræ quatuor λόχοι, quamuis alij statuunt quinque. Hefychius λόχοι λακεδαιμονίων φησὶ Ἀριστοφάνης τέτταρες. πέντε γὰρ εἶσεν, ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης. Sed verius est, quatuor antiquitus fuisse. Nam totidem λοχαγωγεῖς seu Turmarum præfectos ait Xenophon esse. Hoc itaque si est, erit λόχος



quilibet centum peditum. Quod sequentibus rectè consentit.

*Πεντηκο-  
τύς que  
pars exer-  
citus fuerit.*

Πεντηκοτύς autem λόχου seu turmæ pars dimidia. Erant enim octo Pentecostyes cuiusque moræ. Vnde patet Pentecostyn quamlibet fuisse quinquagenorum militum, quum Lochos erat centum. Quod nomen ipsum etiam indicat. Qui præfecti erant huic numero militum, dicebantur *πεντηκοντατῆρες*, vt Thucydides, vel *πεντηκοστῆρες*, vt Xenophon scribit. Ac *πεντηκοστῆρας* tales octo ait Xenophon fuisse in qualibet mora.

*Ενωμοτία  
que pars  
Lac dæm  
exercitus  
fuerit.*

*Ενωμοτία  
unde di-  
uisa.*

Ενωμοτία quod etiam est ipsorum Lacedæmoniorum, vt ait Pollux lib. i. Pentecostyos pars item dimidia. Nam fuere Enomotia in vna quaque mora sedecim. Facile igitur colligitur comprehendisse Enomotian vicos quinos viros, quum Pentecostys erat quinquagenum. Dicta *ἐνωμοτία* à sacramento inter se mutuò, vel simul magistratui præstito. Hefychius, *ἐνωμοτία τῆξις πῆς ἀξί σφαγῶν ἐνωμοτος*. Qui præerant Enomotias dicebantur *ἐνωμοτάρχαι* vel *ἐνωμοτάρχαι*. Quorum sedecim fuisse ait Xenophon cuiusque moræ. Sed hæc vetustissima haud dubie diuisio, quæ non nisi in peditibus initio locum habuit, & solis Lacedæmonis competebat. Postea hæc ratio mutata, manentibus iisdem nominibus, sicut & legio Romana eiusque partes auctæ sub iisdem nominibus. Nam equites additi, & auxiliarij etiam centuriati, totiusque exercitus alia vsurpata ratio. Quò pertinet haud dubie auctorò de mora dissensio, cuius iam meminimus. Quod vel vnico Thucydida loco manifestum fieri potest. Nam vbi

*Exercitus  
ratio muta-  
ta postero-  
ribus tem-  
poribus, a-  
pud Lacedæ-  
monios.*

historicus lib. v. de distributione exercitus Lacedæmoniorum agit, primùm moras præterit, quò indicat se non de solis Lacedæmonis loqui. Deinde *λόχοι* seu Turmas exercitus septem fuisse ait, quibus & postea præfectos dat Polemarchos, eis suos *λόχοι* attribuens, ita vt *λόχοι* tum pro moris, & Polemarchi pro Lochagogis fuerint. Postea ait cuiuslibet *λόχου* seu turmæ fuisse Pentecostyas quatuor, & pentecostyos cuiusque Enomotias iisdem quatuor. Enomotiam autem in fronte quatuor in latere octo habuisse. Vnde rectè colligit scholiastes Græcus, Enomotian tum fuisse virorum triginta duorum, Pentecostyn autem comprehendisse viros centum viginti octo, Lochon in vniversum quingentis & duodecim constitisse viris. Ex qua diuisione  
& enu-



& enumeratione facile de numero totius exercitus iudicatur. Atque hæc tum in bello exercitus distributio, sicut & aliàs alia. Nam vt prior Xenophontis ad solos Lacedæmonios pertinebat, idque potissimum quando pedites erant, vt diximus: ita hæc posterior & aliæ huiusmodi ad socios etiam referendæ, qui postea accesserunt. Quorum quum non esse posset idem semper numerus, nec eodem modo distribuere exercitum licebat. Sed de sociis supra aliquid diximus, qui quum adiuncti Lacedæmoniis ipsorum disciplinæ militari parebant, ab iisque discabant, quo modo se gererent. Separati autem, suum quendam ordinem seruabant, qui eius Reipub. erat, vnde venerant. Qua de re hic non est differendi locus, sed hæc vt dixi ad pedites ferè referenda.

*Socij Lacedæmoniorum ipsorum disciplinæ militari parebant.*

Cæterum de equitibus Lacedæmoniorum, vt pauca seorsim addamus, hoc in primis notandum, paruum & exiguum fuisse Lacedæmoniis initio equitatum, Quod potissimum robur militiæ in peditibus situm existimarent. Sicut Diodorus Siculus lib. xi. testatur, scribēs eos, *ὅτι τὰς πεζικὰς δυνάμεις εὐχεσθῆσαν ἰσχυροῦς*. Nam (vt ex Pausaniæ lib. iv. intelligi potest) ad bellum Messenicum vsque raro equitatu vsi sunt, tum reliqui Peloponnesij, tum Lacedæmonij. Quod eò factum existimare licet, quia Messenia magis alendis equis idonea, vt ex Platonis verbis supra relatis indicatur: Quum Laconica magis esset montosa & aspera. Deuicta itaque Messenia, quum ad bella extra Peloponnesum gerenda adduceretur, equis magis opus esse didicerunt. Atque ab eo tempore equos alere haud paræ curæ fuit. Vnde & Archidamus apud Hocratem gloriatur de præstantibus equis Lacedæmoniorum. Ac videntur demum Lacedæmonij eius artis peritos magistros publicos habuisse, qui iuuenes equitare docerent, dictos *ῥιπιδωτάταις*. Nam apud Hesychium ita scribitur, *ῥιπιδωτάτης διδάσκαλος ἰππικῆς τῶν νέων, λακωνες*. Quò indicat hoc fuisse Lacedæmoniorum vocabulum, quo tales magistros designabant. Nec etiam à fœminis hoc studium neglectum, quarum quædam Cynisca dicta, Archidami Regis filia, prima fœminarum omnium *ἰπποεφρονεν*, Id est, *Equos alere instituit*, vt ait Pausanias, quæ & in olympiis prima quadrigis vicit. Erant autem equites Lacedæmoniorum præcipuè ex Sciritis, qui partem

*Equitatus Lacedæmoniorum qualis.*

*Equites Lacedæmoniorum ex Sciritis præcipuè.*



quandam Laconicæ tenebant, quique ab aliis Lacedæmoniis hoc nomine distincti erāt. Sciritis enim sic vsi, quemadmodum Assyrij Hyrcanis. Xenophon lib. iij. Cyropædiæ, vbi scribens Hyrcanos nationem esse rei equestri deditam, postea hæc addit: *Διὸς ἐχρῶντο αὐτοῖς οἱ Ἀσσύριοι, ὡς περ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς σιρίταις.*

Sciritis si-  
nistrum cor-  
nu in exer-  
citu tene-  
bant.

Fuit autem horum Sciritarum id peculiare, vt semper sinistrum cornu in exercitu tenerent. Cuius auctor Thucydides lib. v. in hæc verba scribens: *τότε δὲ, κέρως μὲν ἐὶ ὄνυμιν σιρίται αὐτοῖς κα-  
θίσταντο, ἀεὶ ταύτῳ τῷ τάξει μόνον Λακεδαιμονίων ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐ-  
χροντες.* Id est, *Tunc in sinistro cornu Sciritæ constituerunt. quod hunc locum*

Equitum  
Lacedæmo-  
niorum di-  
stributio.

*soli ex Lacedæmonia sibi vendicent.* Distributi autem equites, qui Lacedæmoniis fuerunt, inde vsque ab initio in partes quasdam, quas *οὐλαμοὶ* dixerunt. Quod institutum scribitur fuisse ipsius Lycurgi. Quod si verum, fuerunt ipsi etiam tum equi, etsi fortè pauciores. *οὐλαμόν* autem scribit Plutarchus vita Lycurgi, ex Philostephano, fuisse quinquagenum equitum quadrata acie instructam turmam. Cuius meminit & Hesychius. Atque haud dubiè equitum tum erat magna gloria, qui ex præcipuis lecti rem vtilem Reipub. præstiterunt. Postea tamen corrupta & hac in parte Reipub. constitutio. Nam equos quidem ditiores aluerunt, sed alios equites præbuerunt. Ita Xenophon lib. vi. Hellenicôn, ait bello Thebano alios equites à ditioribus datos, ad eorum vicem obeundam, qui & rei equestri minus essent idonei, nec gloriæ cupiditate admodum ducerentur. Vnde contigit equitatu Lacedæmonios eo bello superari, sicut & aliàs. Atque hunc in modum tributus exercitus tum equestris tum pedestris.

οὐλαμος  
quid.

3. Ratio du-  
cendi exer-  
citus. & ad  
pugnam  
instituendi.  
Rex domi  
satur. Io-  
ni ἀγῆτοε  
faciebat.  
Ingrede-  
batur cum  
exercitu &  
πυρρόρε.

Tertio in ducendo exercitum hæc ratio potissimum Lacedæmoniis vsurpata, quam descripsit ita ferè nobis Xenophon libro de Repub. Lacedæmoniorū. Ante omnia Rex domi antequam exercitus progredetur, præsentibus Polemarchis, Lochagogis, Pentecontateribus, Enomotarchis & aliis, sicut semper in sacrificiis fieri solebat, sacra Ioui ἀγῆτοε, seu ductori faciebat. Tū si litatum, pergebat domo cum exercitu, & πυρρόρε seu gestator ignis, ferens ignem ex ara sumtum, ad fines regionis comitabatur. Postea quum eò vētum, ibi alterum sacrificium à Rege Mineruæ



neruæ fiebat, atque vt hîc etiam litatum, tum demum transibat exercitus Regionis limites, præcedente igni ex his sacrificiis sublato, & omnis generis hostiis. Quem ignem, scribit Nicolaus de moribus gentium, sublato ex ara Iouis Agetoris ferri solitum ab eo qui *πυρόεις* dicebatur, atque inextinctum seruari. Deinde progrediente exercitu dux fuit ipse Rex, quem nemo antecedebat præter Sciritas, & equites exploratores, nisi se hostis ostenderet. Aliàs enim in primo agmine semper incedebat. Vnde est quod Herodotus scribit lib. vi. *ἑξατομομένων πρώτοις ἰένει τῆς βασιλῆας*, Id est, *In expeditionibus vt primi essent Reges*. Atque sic vt lentè se parauerant: ita & tardè procedebant, videlicet ne exercitus fatigaretur. Quamuis id etiam eò pertinebat, vt in hostico tantò plus damni dare possent. Vnde tarditatem exprobrari solitam Lacedæmoniis apparet ex lib. i. Thucydide & aliis. Itaque & Isocrates Panegyrico, hoc tanquam præcipuæ laudi tribuit Lacedæmoniis, quod bello Medico non cunctati Atheniensibus auxilium ferre; ac si id insolens fuerit ipsorum moribus. Et si aliàs etiam, quum ita necesse, hac consuetudine non sint retardati.

Cæterum sicut Regis erat exercitum ducere: ita in eius potestate erat quiescere, & castra metari, vbi & quando visum. Solebant autem castra Lacedæmoniis plerumque disponi in orbem, nisi mons, aut fluuius tutos præstaret, quod vsum in eis angulorum nullum existimarent; atque semper à castris excludebantur serui. Interdiu autem omnes cum hastis incedebant, ad quæuis imperia parati. Habuit etiam in castris vnaquæque mora sua exercitia, intra spacium cuiq; definitum, ne quis ab armis longius abesset. Quod si qui ad comæatum parandum exhibât, neq; à se inuicem, neque ab exercitu longiùs progrediebantur, quam vt tuti essent. Sumta autem cæna Diis hymnum canebât, atq; ita noctu etiam in armis obdormierunt. Excubias autem agebant diurnas quidem interius versus castra: Nocturnas verò exterius equites obibant, olim quidem Sciritæ, postea mercenarij. Atq; ij hostes ex locis altioribus, quam poterât longissimè obseruauerunt. Polemarchis autem cura incubuit, vt hæc & alia omnia rectè, & secundum leges fierent.

*Ignis ex ara Iouis Agetoris solitus, & inextinctus seruari.*

*Rex progrediente exercitu fuit ipse dux.*

*Tarditas Lacedæmoniis exprobrata.*

*Qualiter castra metarentur.*

*Serui à castris exclusi. Exercitia in castris.*

*Hymni Diis à cæna canebantur.*

*Nocturna excubatio in armis. Polemarchorum officium.*



*Rex me-  
dium l. cū  
in exer. tu-  
ten. et. qui  
sunt pugnan-  
dum.*

*In aci. qui  
steterunt.*

*Tertium  
sacrificium  
à Rege fie-  
ri solitum n.*

*Tibia ca-  
nebatur,  
et. corone  
sumeban-  
tur, nisi in  
te. cōstitu.*

*4. Exerci-  
tum re. por-  
tandi cons-  
uetudo.  
Rex aut  
Imperator  
exercitum  
reducebat  
Rex in re-  
ditu agmen  
clandeabat.*

*Reuersus  
cum copiis  
denuo sacri-  
ficabat.  
Sacrificiū  
quale fue-  
rit.*

Porro si pugnandum videbatur, tum verò Rex ἀγμυα seu tur-  
mam primæ moræ, quam existimo esse trecentorum istorum,  
qui semper Regi ad custodiam corporis præsto fuerunt, ducens  
conuertebat se, donec inter duos Polemarchos, & duas moras  
consisteret. Nam Regis erat medium locum in exercitu tenere,  
quum esset pugnandum, vnde ad omnes faciliè emanare & euul-  
gari poterant, quæ mandaret. Ita Agidem scribit Thucydides  
lib. v. medium exercitus tenuisse, quū Argiui in eum & trecen-  
tos istos impressionē facerēt. Deinde post Regē & hos custodes,  
statuebantur in acie securitatis causa, qui eodē utebantur cōtu-  
bernio cū iis, quos ὁμοίως dicebant, qui erant vates, medici, tibi-  
cines, vt testatur etiā Nicolaus apud Stobæum de moribus gen-  
tium, itemq; copiarum præfecti, & spontanei quiq; militantes.  
Tum verò Rex iterum in hostium conspectu sacrificium facie-  
bat capellā mactās. Quod existimo fuisse victimā Musis immo-  
lari solitam. Nā Musis ait Plutarchus à Rege sacrificium fieri in-  
stante pralio; sicut Xenophon tum fieri ait hanc capellæ ma-  
ctationem. Hoc itaq; vbi factum, incinebatur frequens tibia, om-  
nēsq; coronas sumebāt, atq; ita ad cōstitutum veniebatur. Non  
defuerunt tū mutux cohortationes, præcipuè Enomotarcharū,  
qui tamen exaudiri non poterant, nisi à sua qualibet enomotia.  
Atque hoc pacto duci, & ad pugnam instrui exercitus solebat.

Postremo videndum iam quomodo confecto bello exercitū  
reportare moris fuerit. Et quidem Regem seu Imperatorem o-  
portebat, sicut exercitū eduxerat, ita & domum reducere. Neq;  
enim eos, qui ex Lacedæmoniis erant, alios licebat dimittere vel  
exaudorare. Reliquos autem socios, & mercenarios, suis duci-  
bus reportandos commisit. Ac tum quidem agmen clausit Rex  
cum sua cohorte. Nam vt in exitu inter primos: ita in reditu  
inter postremos. Itaq; & Herodotus de Regibus ait eos ὑστέρως  
ἀπέναντι. Quod faciliè apparet, eò fieri ne hostes nouissimū agmen  
carperent, à tergo ingruentes. Domum reuersus cum suis copiis  
Rex denuo sacrificabat, haud dubiè Ioui seruatori gratias agēs.  
Quale autem fuerit hoc sacrificium docet Plutarchus in Mar-  
cello, vbi scribit Lacedæmone ducem deposito imperio, si actu  
vel blandè rem susceptam confecisset, immolasse bouem: sin a-  
cie,



cie gallum gallinaceum. Itaq; quod idem auctor refert in institutis Laconicis sacrificium fieri ab eo qui strategemate hostem superasset, id de hoc bouis sacrificio accipio. Tandem post hæc *ταμίαι* seu quæstores, *σπιδροφόρον ἀρχοντες* seu sarcinatorum præfecti, & *λαφυροπώλαι* in publicum extulerunt spolia asseruata, atq; item quæ ex manubiis redacta erant. Vnde tum Diis donaria assignabantur, tum præmia bene meritis præstabantur. Reliqua vero deponebantur, vel in publicos vsus erogabatur, aut etiam, ut postea factum, in ærarium condebantur. Ex quibus omnibus patet verum esse, quod Xenophon ait, Regem in exercitu, quæ Diis ministrabat Sacerdotem, quæ homines gubernabat Imperatorem egisse. Atque hæc de bellis terrestribus Lacedæmoniorum nobis dicta sint.

*Spolia in publicum offerbantur, & quibus donaria Diis offerrebat, & præmia bene meritis præstabantur.*

## CAPVT V.

*De bellis maritimis.*

Quod bella maritima seriùs à Lacedæmoniis gesta sint, eò factum, ut & minus horum gloria excelluerint, & ab auctoribus pauciora de iis prodita sint. Nec enim ante Periarum in Græciam aduentum legimus vllam iustam classẽ ab iis ad bellum comparatam. Et hæc ipsa, quæ bellis Medicis ipsorum Lacedæmoniorum erat, non ita numerosa. Nam antiqua illa, quæ ad Troiam nauigauit, totius Græciæ impendio & apparatu constitit, ac minor longè existit posterioribus. Extenuata itaq; merito à Thucydide, qui scribit Poetas omnia in maius extollere. Classis autem totius Græciæ antiquissima fertur Corinthiorum & Corcyrensiũ, ac postea Atheniensium. Ac Corinthios auctor idem Thucydides, primo naues, quales postea in vsu fuerunt, struxisse. Postea res ipsa docuit Lacedæmonios etiam classẽ opus esse, quum translata ab ipsis bella extra Peloponnesum gererentur aduersus Athenienses, Thebanos, Persas, Thraces, & alios insulas maris inhabitantes, qui classibus haud parum valebant. Itaque ne inuaderetur ab iis Laconica, vna parte mari exposita, hostem classẽ propulsare necesse fuit. Quod tamen initio infelicius ne an imperitius dicam factũ. Quare autẽ classis ad bella

*Bella maritima seriùs à Lacedæmoniis gesta.*

*Classis antiquissima Græciæ quæ fuerit.*

*Classis antiquissima, quæ nullam classẽ haberent Lacedæmonii.*

Q. 2



*Ratio 1.* *maritima nulla ipsis antiquitus fuerit, non est obscurum. Primo enim incolebant Lacedæmonij regionem μεσογίου seu mediterraneam, vt est apud Xenophontem, ita vt vrbs sedes præcipua Reipub. à mari haud parum distaret, ideoque minus bellis mari*

*Ratio 2.* *gerendis & administrandis oportuna. Deinde vetitum erat legibus Lycurgi, ne nauarum ipsis esset, neue naualibus præliis pugnarent, vt supra diximus. Et si hanc legem necessitate impulsu mutarunt, vsque dum maris imperium obtinerent. Tum verò vsu*

*Nauæ Spartæ tam dem abdicati.* *edocti, mores & disciplinam Reipub. nauarum commercio corrumpi, veterem legem Lycurgi abdicatis nauibus reuocarunt.*

*Neque enim consistere illa laudatissima politia potuisset, nisi profligati pudoris, & perditos homines facessere è Repub. iussissent. Cuiusmodi vulgus nauarum esse vel prouerbum vetus indicat, quo maritimi mores pro corruptis & peruersis intelliguntur. Quod magno suo malo experiri videmus in dies quous, qui maritima accolunt. Sed nihilominus Lacedæmonij hoc animaduerso, contra legem denuo classem compararunt, vt ait*

*Plutarchus, & nos supra attigimus. Porro constabat classis Lacedæmoniorum tum ex iis, quas ipsi confecerant nauibus proprio impendio, tum magis ex sociis. Nam hos semper naues suppeditasse, & quidem plerunque plures ipsis Lacedæmoniis, multis veterum scriptorum locis ostendi potest. Quod ne de aliis maioribus classibus dubium cuiquam sit, de parua aliqua ex Xenophonte conuincam. Scribit itaque v r. Hellenicôn Historicus, facta pace inter Lacedæmonios & Athenienses, quum Timotheus exules Zacynthios in insulam exposuisset, questos de ipsius iniuria Insulanos apud Lacedæmonios. Qui lætos se ab Atheniensibus existimantes, classem denuo comparabant. Ac tamen hæc classis tantum ex sexaginta constabat nauibus, tamen plures ciuitates ad eam cõtulisse commemorat, vt sunt hæc, videlicet Lacedæmon ipsa, Corinthus, Leucas, Ambracia, Elis, Zacynthus, Achaia, Epidaurus, Troëzen, Hermione, Halienfes. Cuius nõ dissimile exemplum est apud Thucy. lib. viii. in classe*

*centum nauium. Hoc itaq; si in tam exigua factum classe paranda, quis secius in reliquis fieri potuisse existimârit? Erant tamen Lacedæmonij semper Duces totius classis, etsi sociorum nauibus*

*Clasſis Duceſ ſemper fuerũt Lacedæmoniũ.*



nauibus ij præerant Trierarchi, quos Respub. eorum præfece-  
 rat. Vt in aliis expeditionibus alij, Mnasiippus autem Lacedæ-  
 monius, hac quam iam commemorauimus classe. Atque (vt di-  
 ximus supra) rarò Reges classis imperium tenuère, fortè quod ij  
 minus maritimorum bellorum periti aut felices habiti, multo  
 minus vt & terra & mari imperarint. Itaque quod Agesilao soli  
 simul classis & terrestris exercitus imperium delatum, vt retuli-  
 mus ex Plutarcho, id magis honori eius datum, quàm quod ita  
 conueniret. Idcirco nec id ipse vsurpauit, sed Pisandrum sua vi-  
 ce fungi voluit. Quo nomine tamen in reprehensionem incur-  
 rit, quod qui alias semper ad Reipub. vtilitatem respexisset, hîc  
 propinquitatem prætulit, quippe vxori se venditans, cuius fra-  
 ter erat Pisander. Quod Agesilai delictum vtinam non plures i-  
 mitarentur, minus idoneos modò ex suis prouehèdo. Cæterum  
 dicebatur qui classi præerat *ναυαρχος*, quem classis præfectum  
 interpretari licet, & *ναυαρχία* ipsa præfectura. Nam tamen vnus  
 etiam nauis nauarchos est, qui vsitarius dicitur *πειθέαρχος*, vt  
 Brasidas apud Thucydidem dicitur Trierarchus lib. iij. Tamen  
 & classis totius dicitur nauarchus. Itaque apud Hesychium &  
 Suidã exponitur *ναυαρχος* ὁ τῆς νηῶν ἀρχὸν, Id est, *nauium præfectus,*  
*non vnus nauis.* Et *σολαρχος* item apud Hesychium idem est cum  
*ναυάρχω*, atque hoc nomine exponitur. *Ἐπιστολεύς* autem erat na-  
 uarcho quali legatus, sicut Polemarchi Regis in bellis terrestri-  
 bus, qui & *ἑπιστολιάρχος* dicitur apud Xenophontem. Nam *ἑπι-*  
*στολεύς* est, vt Pollux lib. i. scribit, ὁ ἐπὶ τῆς σόλου ἀρχήδος τῆς ναυάρ-  
*χου.* Vnde etiam patet quod de nauarchi significatione diximus.  
 Ita ii. Hellenicôn Xenophontis Aratus dicitur Nauarchus, Ly-  
 sander Epistoleus vel ipsius legatus. Nam tum Lysandro per le-  
 gem præfecto esse non licuit, vt iam dicemus. Quamuis nomine  
 tantum Lysander Epistoleus, re nauarchus erat, vt scribit Plutar-  
 chus Lysandro. Item vi. Hellenicôn, Mnasiippo nauarcho Hy-  
 permenes est Epistoliaphorus. Quod autem de Nauarcho seu  
 classis præfecto subindicauimus legem Lacedæmoniis fuisse, ea  
 verò hæc est. Quod bis eundem classis præfectum creari non li-  
 ceret. Ita enim scribit Plutarchus Lysandro *νομος ἕν ἐκ τῶν δις τὸν*  
*αὐτὸν ναυαρχεῖν, Id est, Lex erat vetans eundem bis esse classis præfectum.*

*Agesilao*  
*classis &*  
*terrestris*  
*exercitus*  
*imperium*  
*quomodo*  
*delatum.*

*ναυαρχος*  
*classis præ-*  
*fectus, di-*  
*cebatur.*

*Ἐπιστολεύς*  
*quis fuerit.*

*De Nauar-*  
*cho Lex*  
*Lacedæmo-*  
*niarum.*



Itaque Xenophon initio II. Hellenicōn scribit; ἔ νόμος αὐτοῖς δις τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν. Vnde sæpe nauarchos mutare necesse. Quod nec ipsis Lacedæmoniis omnibus probabatur. Itaq; quum Callicratidas missus esset successor Lysandro anno imperij eius elapso, vulgatū ab ipsis Lacedæmoniis passim per ciuitates; ὅτι λακεδαιμόνιοι μέγιστα ὀδύρα πίπτουσιν ἐν τῷ δευλασίῳ τοῖς ναυαρχοῖς, πολλάκις ἀνεπιτηδείων γιγνομένων, καὶ ἀπὸ ξυμπόντων τὰ ναυτικὰ, καὶ ἀνδρόποις ὡς χρηστέον ἢ γνωσκόντων, Id est, Quod grauius impingerent Lacedæmonij mutando toties nauarchos: quorum aliqui sæpe essent minus idonei & rerum nauticarum imperiti, aliqui quo pacto tractandi homines ignari. Quibus verbis Historicus non male in quibus officium Nauarchi situm ostēdit, videlicet in peritia rei nauticæ & scientia tractandi homines. Itaque nec immeritò reprehensā hæc eorum lex ab Aristotele, etsi alia de causā. Is enim lib. II. Politicōn ita eius meminit: τῷ αὐτῷ τοῖς ναυαρχοῖς νόμος, καὶ ἕτεροι πνευσι τεπιμήκασιν, ὁρῶντες ὀπιμαῶντες, σάσεως γὰρ γίνεται αἴτιος. ὅτι γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν, ἔσι στρατηγῶν αἰδέοις, ἢ ναυαρχία χρεῶν ἐτέρα βασιλεία κατέσκη, Id est, Legem de classis præfectis alij quoque reprehenderunt, rectè vituperantes. Est enim causa seditionis. In Reges namque, qui sunt perpetui duces exercituum, præfectura classis, quasi alterum regnum constituta est. Quæ verba rectè animaduersā, probant etiam quod supra retulimus, raro Regem classis præfectum fuisse. Cæterum classiarij milites fuerunt & ex Lacedæmoniis & ex sociis, sed plerumque maxima ex parte ex mercenariis constabant. Nam in maritimis expeditionibus non admodum exercitati Lacedæmonij, nec disciplina, qua à pueris instituebantur, huc multum conferebat. Et socij vt plurimum potius pecunias suppeditabāt, quam milites dabant. Sic de Agide scribitur apud Thucydidem, quod τὰ τῶν ξυμμάχων ἠρξυεολόγησεν ἐς τὸ ναυτικόν, quod à sociis pecunias collegit ad nauticam expeditionem. Quod ego de militibus conducendis intelligo. Nam de classis apparatu postea agit Historicus. Itaque etiam quum Mnasilippus in Corcyram nauigaret, vrbes socij pecuniam miserunt, quod maritima esset expeditio. Qua de re ita Xenophon scribit lib. VI. Hellenicōn: τῶν πόλεων αἱ πολλὰ ἀργύριον ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν ἔπειπον, αἵτε καὶ δευτονίου τῆς στρατίας ἔσης. His itaque stipendium numerandum, quod per menses

Nauarchi  
officium  
quale.

Classiarij  
milites qui  
fuerunt.

Socij pecunias  
potius  
quàm milites  
suppeditabant.



mensis ipsis constitutum fuisse, indicat eodem loci Historicus. Sicut & hac tempestate vsitarum. Atque idem de nautis putosentiendum. Neque enim suppetere Lacedæmoniis poterat eorum copia. habitantibus urbem inæditerreanæ. Aliquos tamen eos aluisse, ex iis quæ iam diximus patet. Vocabantur autem nautæ, vt annotat Pollux ex Thucydide, ἀντιρέται, Id est Remiges, sicut & reuera pleriq; remiges erant. Nam τὸ ναύτας ὀνομάζουσιν τεχνιώτερον ait esse. Distincti nautæ seu Remiges haud dubiè Lacedæmoniorum, sicut aliorum Græcorum. Nam quod apud Hefychium & Pollucem, alij dicuntur θαλάμοιοι qui infimi & vltimi erant: Alij ζύγοιοι qui medij: alij θρανίται qui supremi, ea nomina Græcis communia fuisse puto. Nauale autem Lacedæmoniorum erat opidum Gytheum dictum vel Gythium. Ita Diodorus lib. xi. Γύθιον ἑπίνειον τῆς λακεδαιμονίων. Et Strabo lib. viii. ait, Γύθιον ἀπάρτης ἑπίνειον. Ac Pausanias scribit ibi νεώρια Lacedæmoniorum. Sicut & Lilius lib. xxxiv. ait Gytheum opidum, omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis fuisse receptaculum. Atque hæc de bellis Lacedæmoniorum, totaque militiæ ratione nobis dicta sint. Reliqua quæ habuimus, relata sunt in legibus militaribus. Quibus si minus satisfactum fuerit auidoharum rerum lectori, imputandum hoc vel inopiæ documentorum, vel scriptorum negligentia, qui non fortassis existimauerint hæc digna, vt posterorum memoria proderentur. Iam pergamus ad alia.

## CAPVT VI.

## De Pace &amp; fæderibus.

**B**ellicis expositis non omissum nobis visum est, quæ ad pacem faciendam, & fædera faciendâ pertinent. Itaque de his iam dicendum, quod soleant illa bellis quæri, vel ea saltem consequi.

Erant autem duo modi, quibus fædus & amicitia cum Lacedæmoniis ciuitatibus aliis intercedebat, quorum alterum ἀσπιδας, alterum συμμάχων vocarunt. Σπινδα pacem in primis continebant, ac ne qua pars alteram deinceps læderet, vel socios alterutrus, vt que bello ablata restituerentur, de quibus conuen-

Nautæ  
vnde su-  
merentur.

Nautæ di-  
cti ἀντιρέ-  
ται, & cur.

Nautarum  
alia nomi-  
na.

Nauale op-  
pidum La-  
cedæmonio-  
rum Gy-  
theum.

Fæderis  
& amicitia  
Lacedæ-  
monum  
cum aliis  
ciuitatibus  
duo modi.  
Σπινδα  
que diste-  
sunt Lacedæ-  
monum  
& quomodo  
ficerent.

Q 4



Restitutio  
pars erat  
pacis, sine  
qua pax nō  
conflaret.

Restitutio  
fortitione  
fieri solita.

Εἰρήνη &  
συμμαχία  
ορροπιέται.

Συμμαχία  
plus erat  
quàm ei-  
ρήνη.

Συμμαχί-  
ας ἢ ὅτι  
μαχίας δι-  
στίνθη.

Iuramentū  
in fœderi-  
bus vſita-  
tum.

Iuramentū  
cuique lici-  
tū propriū  
ἢ dome-  
ſticū.

rat. Et alia plura. Neque enim semper eodem modo fœdus concipiebatur. Ac quod ad restitutionem attinet, nō aliter pax constabat, neque verò ea dicenda pax, nisi reddita essent quæ promissa, & reliqua præstita. Quare Thucydides lib. v. ait: ἐκ εἰκὸς εἰρλίω αὐτῶ κελίω, ἐν ἧ ἔτε ἀπέδοσαν πάντα, ἐτ' ἀπεδέξαντο ἀξιώθεντο, Id est, Non consentaneum eam iudicari pacem, in qua neque tradita, neque recitata sunt omnia, de quibus conuenerat. Fiebat autem fortitio de restitutione, vtra parte prius incipiendum esset, in qua multum ad finem promissorum situm. Itaque de Lacedæmonis reddentibus captiuos Atheniensibus & sociis ait Thucydides: ἔλαχον πρῶτερον διδοῖν ἀ εἶχον. Ac quia συνοδῶ tantum pacis erant, ideo vocabant scriptores etiam εἰρλίω. Nam εἰρλίω opponitur τῇ συμμαχίᾳ apud Xenophōtem: sicut & ξωθήκη apud Thucydidem.

Sed in συμμαχίᾳ multo plus inerat. Nam non solū pacem, sed & mutuū auxiliū complectebatur. Ac vt idem hostes vtriusque essent, atque ab sociis vtrique iniuriam abstinerent. Nam ita Suidas συμμαχίαν describit, distinguens eam ab ἑπιμαχίᾳ. Συμμαχία (inquit) ἑπιμαχίας διαφέρει. συμμαχία γὰρ ὅταν τις τὸν αὐτὸν ἔχη τῶ συμμαχομένῳ ἐχθρὸν καὶ φίλον. ἑπιμαχία δὲ ὅταν τις μόνῳ τῶ συμμαχομένῳ ἀδικημένῳ βοηθῆ, ἔμρ' τοῖ καὶ ἀδικουῦσι συμπεράτῃ. Ex quibus patet ratio, quare etiam plerunque post συνοδῶ ad tale fœdus συμμαχίας veniebatūt, vt videre est ex lib. v. & vi. Thucydida aliisque multis historicorum locis. Erat autem in vtriusque hęc fœderibus vſitatum, vt tum ij quorum res præcipuè agebatur, tū socij etiam iurarent. Neque enim æquū vſitatum, eos pace excludere, quos periculi societas coniunxerat. Quāuis si sociis aliter vſitatum, vt si fœdus minus æquū, aut fortè ignominiosū, nec in fœdere adiungebantur, nec iuramentum præstabant. Sed fuit iuramentum licitum vtriq; parti propriū & domesticū, quod oportebat tamen maximum esse, quod eis vſitatum. Ac clausula in fœderibus addēda semper iuramento hęc, vt docet Thucydides: ἐμμένῳ ταῖς ξωθήκη, καὶ ταῖς συνοδῶ, ταῖς δὲ δικαίως καὶ ἀδύως, Id est, Stabo his pactionibus & fœderibus iustè & sincerè. Cæterum videtur fuisse Lacedæmoniorum hoc vſitatissimū iuramentum. (Nam de aliis alibi) vt per Ca-  
stores



st ores iurarent in hanc formam; *καὶ τὰς σὺν Ἀργείοις*. Ita enim est apud Xenophontem lib. iv. & in Apophthegm. apud Plutarchū.

Quum verò rata iam fœdera erant, tum in *στήλαις*, seu columnis lapideis vel pilis incidebantur ad perpetuā memoriam, eaq; in aliquo loco sacro statuebantur. Nam sic fœdera firmitiora futura putabant. Ostendi hoc potest ex Isocratis Panegyrico, ubi de fœdere cum Persis loquitur. Et manifestè id declarat fœdus cum Atheniensibus factum, cuius iam meminimus. Nam simulatque incisum pilis, statuebantur eæ partim in Olympiis, partim in Pythiis, partim in Isthmo. Atque Athenis intra urbem, Lacedæmone in Amycleo, ut est in Thucydide. Ac renouare fœdus quotannis plerumque moris erat, missis utrinque legatis, quod & fœdere exprimebatur. Eaque fœderis annua repetitio & renouatio, in sacris etiam ut plurimum fiebat, fortassis ex Cippis recitato fœdere. Sicut ad id fœdus, quod iam diximus, legatis Atheniensium ad Hyacinthia Lacedæmonem veniendum erat, Legatis Lacedæmoniorum ad Dionysia Athenas.

In vniuersum autem Lacedæmoniis hoc obseruatum, ne pax cum vllis fieret, vel ab ipsis Regibus Imperatoribus, vel ab aliis ducibus, nisi auctoritate magistratus, ut Senatus & Ephorum. Sed ab ipsis ducibus induciæ tamen dabantur, dum magistratus consuli & rogari possent. Nam quod Agesilaus apud Xenophontem indignatur Phliasios ad magistratus contendere pro pace, id non eò pertinet, quod penes ipsum ius pacis faciendæ fuerit: sed quod is præteritus sit, neque dignus ab eis habitus, quo intercessore & auctore vterentur. Sic Lylandrum, supra diximus, pacem petentes ad magistratus remisissent. Et Xenophon eò loci, ubi illa de Agesilao scribit, statim addit à Polybiade Harmoste Olynthios pacem petentes ad magistratus reiectos. Sicut & Agesilaus ipse respondit, Tithrausti pacem pecunia redimere volenti, penes ciuitatem, non penes se eius faciendæ ius esse, ut est apud Plutarchum Agesilao. Quamuis haud rarò magistratus iterum hanc curam Imperatoribus delegabant, utpote qui in rem præsentem venerant, ideòque rectius de pacis æquitate statuere poterant.

Aliàs tamen legati mittebantur, quorum interuentu pax fie-

Fœdera  
quæ esse  
rat. in co-  
muni la-  
pidei inci-  
dantur.

Fœdera  
quotian-  
nu  
r. non aban-  
tur.

Fœdera  
vel pax, nō  
fiebant à  
Regibus  
aut Ducibus  
nisi auctoritate  
Magistratus.  
Induciæ à  
Ducibus  
dabantur.

Legatorum  
interuentu  
nunquam  
pax facta.



*Legati nō  
m. à Lacedæ-  
dam. soluti  
qui inter se  
dysiderent.*

*Legati tres  
mittaban-  
tur plerum-  
que, & al-  
quādo p' u-  
res, aliquā-  
do vnus.*

*Legati cō-  
missa nego-  
tia. a Laco-  
nico more  
exce. uel. m.  
sur.*

bat, & fœdera sanciebantur. In his verò id quasi solemne Lacedæmonis erat, vt inimicitie inuicem iis intercederent, qui legationis munus obirent. Docet id Aristoteles, ita scribens politico 11. de emulatione, quæ inter Reges & alios Spartæ erat; *διόπερ* (inquit) *ἔξέπεμπον συμπροσβύτας τοὺς ἐχθροὺς, καὶ σωπιεῖαν διόμιζον τῆ ἰσότητι τὸ σασιάζειν τοὺς βασιλεῖς.* Vnde existimare licet Legatos plerumque tres missos, vt tertius quasi inter utrosque medijs, ipsis dissidentibus æquiori & utilius Reipubl. consulenti accederet. Quamuis ita φιλοπάτριδες Lacedæmonij, vt nō dubium sit eos patriæ semper inimicitias condonasse. Sicut & inimicitias illas æmulationis potius fuisse, quam vindictæ existimare licet. Quam æmulationem fortassis inter Legatos existere non sine graui ratione voluerunt Lacedæmonij, videlicet vt alter altero magis in utilitatem Reipubl. eniteretur. Ita tres Legati missi Athenas ad societatem inuicendam contra Thebanos, qui erant, vt scribit Xenophon, Etymocles, Aristolochus & Ocellus, & aliàs sæpius eodem modo. Verumtamen hoc non fuisse perpetuum fati apparet. Nam & longè plures aliquando missi, vt fœdere illo sanciendo, quod iam adduximus, & alijs multis, præcipuè quum maioris momenti esset negotium. Alioquin si res non magna, vel si non erat ipsis suscipiendus, aut si eum minus timere venerariue videri voluerunt, ad quem legati mittendi, vnus tantum ibat. Itaque miranti Philippo Macedoni, ac quærenti, quare vnus legatus tantum ad eum venisset, Respondit ipse legatus: Etenim vnus ad vnum, vt est apud Plutarchum in apophtheg & libro de garrulitate.

Expediebant autem qui mittebantur Legati commissâ negotia Laconico more, Id est, tum breui, cōcisa, & arguta oratione, tum animo erga Rempubl. sincero & constanti, vt tamen iam prætereamus Antalcidâ. Ita Polycratidas missus legatus ad Regis præfectos cū alijs, interrogatus priuatim ne adesset, an publico nomine? Respondit intrepidus: si cōsequimur quod volumus, publice: sin repulsam patimur, priuatim. Quod tamen postea secus fiebat. Nā tandē aliquando prolixius & ij dicere cœperunt. Vnde Epaminondas exprobrauit Legato Lacedæmonio, quod Thebani eos docuissent à brachylogia abstinere prolixa oratione



tione vti Cæterum vti suos, ita & aliorum Legatos, itidem paucis voluerunt Lacedæmonij apud se agere. Quare legatis Samiis prolixa oratione hortantibus Cleomenem, vt bellum Polycrati faceret, Respondit: Eorū quę dixistis prima non memini, ideo quę ne media quidē intelligo: vltima vero mihi non probantur. Et Agis Abderitarum Legato quærenti postquā prolixa ad eum habuisset orationem, quid referret suis? Respondit inquiring: Hoc referes, quam diu tibi visum fuit loqui, tam diu me tacitum audiuisse. Quæ & alia sunt apud Plutarchum in apophtheg.

*Samiarum legatis à Cleomene quomodo exceptis.*

Fuerunt autem præter huiusmodi legatos quidam, qui peculiariter dicti *κατασώποι*. Nam sic eos vocat Thucydides lib. viii. Hi mittebantur ad res prouinciarum inspiciendas, ac qua ratione Harmostæ se gererent inquirebant, atque ordinabant alia in prouinciis necessaria. Tales fuisse Aracum, Nauatem & Antisthenem à magistratibus ad Dercyllidam missos, scribit Xenophon. Atque hæc communiter in huiusmodi legatis recepta.

*κατασώποι, qui dicti sunt apud Lacedæmon.*

Postremò quidam in legatorum numero *κήρυκες* seu caduceatores dictos etiam ponunt, qui erant legati bellici seu bellum denunciantes. Nam vt Suidas ait, *κήρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβης ἐν εἰρήνῃ*. Hi apud Lacedæmonios peculiariter erat ex gēte illa, quæ Talthybiadarū appellata Quorū originē referunt Herodot. lib. vii. & Pausanias Laconicis, ad Talthybiidiū Agamēnonis caduceatorē seu præconē, cui Diuinos honores Lacedæmonij exhibuerunt cōstructo tēplo, & tributa eius gentilibus gratia & præeminētia vt *κήρυκες* semper essent. Quos & idcirco sacrosanctos Lacedæmonij futuros existimârūt, quod à Deo essent oriūdi; sicut & legati alij iure omnium gentium cōmuni, inuiolati sunt. Et si Lacedæmonij Persarum legatos terrā & aquā petentes, non admodū sanctos habuerunt, quū in puteum coniectos, iusserunt ibi terrā & aquā sumere. Sed hi, vt dixi, caduceatores tantū erāt, non iusti legati. Ad hūc itaq; ferè modū se habuerūt legati, atq; hæc eorum diuersitas. Fuerunt autem quædam gentes quibus cū fœdus intercedebat, etsi nunquā bellū fuisset. Nam cū Iudæis fœdus inicum, ob vtriusque gentis inter se cognationem, vt existimabant Lacedæmonij, ad quod inuitati fuerant Epistola ad Oniam Sacerdotem missa, quæ tribuitur Arco Regi

*Κήρυκες in legatorum numero sūt à quibusdā positi. Κήρυκας è gente Talthybiadarum Talthybia darū origo.*

*Legati Persarum à Lacedæmonijs quomodo exceptis.*

*Fœdera Lacedæmoniorū cum quibusdam gentibus.*



*Odia Lacedæmoniorum aduersus quosdam gentes.*  
 Lacedæmoniorum, vt videre est, Machabæorum lib. I. cap. XII. & apud Iosephum lib. XII. Antiquit. cap. V. Ac e contra quibusdam nunquam fuerunt sinceri amici, vt Messeniis, cum quibus ad internecionem pugnarunt, sicut nec Thebanis, vt testis est Isocrates oratione aduersus Philippum. Aliquos verò tum socios habuerunt, tum aliquando oppugnarunt, vt eodem loco scribit Isocrates.

## CAPVT VII.

*De Litibus & actionibus.*

*Actiones simplices apud Lacedæmonios seu causas simpliciter actas.*  
**D**icturus iam de actionibus, præmonitum volo lectorem, si pragmaticus sit, vel forensium rerū peritus, qui hæc in manus sumat, ne requirere à nobis velit in huius Reipublic. descriptione, talē actionum varietatem & copiam, qualis apud Athenienses vel Romanos vñsata fuit. Nam in his Lacedæmonij ab iis vel maximè dissidebant, & sui similes erant, ita vt institutis suis cōuenienter sine curiosa actionum distinctione & electione simpliciter causas agerent. Neque item formulæ ipsis vllæ erant, quibus astringebantur. Sed causā nudè sine verborum Lenocinio & ambagibus, consueta breuitate, vti habebat, agebatur. Sicut nec patronos habuerunt causarum vel oratores; sed quilibet pro se causam suam agebat, ac ipse se defendebat, vt ex iis quæ superius à nobis dicta sunt intelligi potest. Quamuis nō negauerim potentiores reis sæpe profuisse, quum eis fauorem accommodarent, præsertim si eorum extiterant præclara aliqua in Rempub. merita. Sicut Agesilaus Sphodriam vitæ periculo sua commendatione exemit, in gratiam filij Archidami, qui amabat filium Sphodriæ Cleonymum, quum Sphodrias tamen aduersæ factionis esset. Sicut & illi, quibus per atatem forum adire non licebat, per amicos tanquam per procuratores, negotia sua forensia expediebant, vt suprâ diximus.

*Actiones apud Lacedæmonios priuatas, in publicis a fuerunt.*  
 Erāt alioquin actiones apud Lacedæmonios, sicut apud alios, tum priuata, tum publica in vsu. Quarum iis priuatas res perfequebantur, & priuatis quibusque compete bant: his publica delicta vindicabant, & quorumuis erant, vel magistratum ipsorum. Vt Ephori Sphodriam accusarunt, quum aduersus fœdus Piræum




occupare instituisse, vt scribit Xenophon v. Hellenicôn. Et Plutarchus ait, quum ab Atheniensibus accusatores missi essent aduersus Sphodriam, comperisse eos, quod magistratus iam occuparant eum accusare. Sicut & Pausanias ab Ephoris accusatus, & alij multi. Nam penes eos, ait Xenophon esse *ὡς ἐν τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστήσει*. Quò pertinet quod Aristoteles ait, videri magistratum Ephorum *πάσας βούλευεν τὰς ἀρχάς*, Id est, ab omnibus magistratibus rationem exigere.

Deinde fuit & vsitata eis, qualiscunq; tandem erat actio, præcedens semper in ius vocatio, vt consentaneum erat, reo diem dici, quo iudicio se sisteret. Id vero aliàs testatò fiebat ab actore, si præsens reus, vt existimamus: Aliàs à magistratibus per seruos publicos, seu per Scytalem, si reus absens essent. Nam *ὕπηρέτας* seu seruos ac ministros attribuit Ephoris Plutarchus agens de supplicio Agidis. De Scytale scribit Thucydides lib. I. Pausaniam eâ domum à magistratibus reuocaturū. Quæ historici verba exposuit in vita Pausaniæ Æmilius Probus. Nam quum insolentiam eius, & alia contra Rempub. delicta commemorasset, postea ita addit: Id, inquit, postquam Lacedæmonij rescuerunt, Legatos ad eum cum Scytale miserunt, in qua more illorum erat scriptum, nisi domum reuertatur, se capitis eum damnaturū. Ex quibus verbis intelligi potest morem fuisse ad causam dicendam, etiam Scytale reuocari reos, cum denunciatione pœnæ, si non parerent. Sicut in accusatione Regis Pausaniæ inter alia hoc crimini etiam datum, quod non stitisset se iudicio, ideòq; etiam capitis damnatus sit. *καὶ πρὸς τούτοις, ἔπαρτος ἐν τῇ δίκῃ, θάνατος αὐτῷ κατέγονωθη* inquit Xenophon III. Hellenicôn in fine. Cæterum vt ratio & vsus Scytalæ hoc loco semel explicetur, quæ de ea apud Gellium leguntur huc referre visum est. Eius itaque verba lib. XVII. cap. IX. ita habent. *Lacedæmonij veteres, inquit, quum dissimulare & occultare literas publicè ad Imperatores suos missas volebāt, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua nocerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes oblongi pari crassamento, eiusdemque longitudinis, dersi atque ornati consimiliter. Vnus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi magistratus cum iure atque cum signo habebant. Quando vsus venerat literarum secretiorum, circum eum*

*Actiōnem  
qualemcum  
que præce-  
debat in  
ius vocatio.  
Per quos  
fieri hæc  
in ius vo-  
catio.*

*Scytala  
quid, & e-  
ius vsus ex  
Gellio.*





furculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabāt, volumine rotundo & simplici. Ita uti ora adiuncta vndiq; & coherentes lori, quod plicabatur, coeant. Literas deinde in eo loco per transversas iuncturarum oras versibus à summo ad imum proficiscenibus inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex furculo, Imperatori commenti illius conscio mittebant. Resolutio autem lori literas truncas atq; mutilas reddebat: membræque earum & apices in partes diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille ad quem erat missum acceperat, furculo compari, quem habebat, capto, ad finem perinde uti fieri debere siciebat, circumplicabat. Atque ita literæ per ambuum eundem furculi coalescentes rursus coibant, integræque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonij *συτάλλω* appellant. Hæc ille. Quæ ipsius verba ideo duximus adscribenda, quod crebra huius Scytalæ mētio apud auctores, & quod Plutarchus Lyfandro, scholiastes Græcus Thucydida, Clemens Alexandrinus 11. Stromateon, & alij multi, dignam hanc rem existimarint, quam oratione sua illustrarent. Postremò erant & probationum modi Lacedæmoniis, ij qui ab aliis etiam vſurpantur, videlicet ut vel testibus, vel tabulis fidem facerent. In quibus tamen hoc obseruatum, ut non facile admitterentur indicia seruorum, præsertim aduersus Reges, vel honoratos viros, nec damnarentur aliqui nisi præcedente graui & diuturna deliberatione, ac euidentibus testimoniis conuicti. Itaque & de Pausania Duce, cuius modò mentionem fecimus, seruus non facile creditum. Qua de re ita Thucydides scribit historiae suæ lib. 1. *ἀλλ' ἔτι ὡς ἔδδ' ἦν εἰλώτων μίλυταις ποι πῆς ὕσαντες ἠξίωσαν νεώτερον τι ποιεῖν εἰς αὐτὸν, χρώμενοι τὰ τέρπω ὥπερ εἰώθησαν εἰς σφᾶς αὐταῖς, μὴ τα χεῖς εἶναι ἀλλ' ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, ἀλλ' ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βελεύσασθαι ἀνήκεσον.* Id est, Verum ne sic quidem nec ex seruorum indicis fas esse ducebant noui quicquam in eum statuere, utentes quo consueuerunt more erga se ipsos, ne celeres esse ad aliquid grauius de viro Spartiata. quod incmendabile sit. sine indubitatis indicis discernendum. Sicut & de Lyfandro non facile creditum est Pharnabazo inimico, qui literas ipsi perferendas tradidit, in quibus ipsius accusatio & criminatio conscripta, ut est apud Plutarchum vita Lyfandri. Quæ ipsorum cun-

Probationum modi apud Lacedæm. Seruorum indicia non facile admissa.



etatio & circumspectio magnam laudem meretur. In priuatis autem negotiis etiam tabulæ conficiebātur, quibus quid actum esset probari poterat. Vocabant autem eas κλάεια suo idiotif- κλάεια quid sint. & qui v. mo Ita enim scribit Plutarchus vita Agidis, vbi de nouis tabulis ab eo introductis verba facit: καὶ ὡς δὲ τῶν χρεωστῶν γραμματεῖα συνεισησεν ἔγκαντες εἰς ἀγορὰν, αἱ κλάεια καλοῦσι, καὶ πάντα συνθέντες εἰς ἓν ἐνέπρησαν. Id est, Congestas in forum debitorum syngraphas, quas clara appellat, omnes coaceruatas concremauerunt. De quo igne Agesilaus Ephorus pronunciauit, nūquam se lucidiorē flammam, vel clarius lumen vidisse. Quod ipse meritò aiebat, quippe graui aere alieno demersus, ita ab eo liberabatur. Quibus autem iudiciis & apud quos iudices qualibet causa agenda capite sequenti dicemus. Atque hæc de actionibus.

## CAPVT VIII.

## De Iudiciis.

Iudicia actionibus cōsentanea fuisse necesse est Itaq; quod de actionib. monuimus, de his etiā intelligi volumus. Erāt enim cōsimiliter tū iudicia pauca, tum etiā simpliciter exercebātur.

Et causarū quidem priuatarum ferè initio nulla iudicia: sicut nec pecunia vlla. Itaque Plutar. Lycurgo ait: *δικαι, ὡς εἰκός, ἔξελιπον ἅμα τῷ νομίσματι.* Neque enim controuersis & litibus opus, vbi nihil quasi proprium. Sicut initio Lacedamone ex institutione Lycurgi obtinebat. Sed tamē postea & iudicia inuenta, atq; ea ita inuicē distincta, vt alia causæ apud alios atq; alios iudices agerentur. Nā quarundam causarum iudices soli Reges, de quibuldā coram Senatu disceptabatur, alias ipsi Ephori iudicabant. Nec erant alij in aliis cōtrouersis legitimi iudices.

Ac primò quidem apud Reges disceptabatur de virginibus, quæ ἐπίκλησι Atheniensibus dictæ, quas & πατέρος vocat Herodotus. Erat autem πατέρος seu ἐπίκλησις, ἢ ἐπὶ πάντι τῶν κληρῶν μόνι προνομίη, vt scribit Pollux lib. i. i. Id est, virgo quæ hæres erat sola omnium paternorum bonorū. Talem aliquam virginem non desponsam à patre, quā plures ex lege vxorē post obitū eius peterēt, peragebatur iudicium hoc apud Regem, Herodotus lib. vi. *δικάζειν ἢ μόνος τοῖς βασιλῆας περὶ τὰ μὲν πατρίχῃ ἢ παρθένης πέλει,*



εἰς τὸν ἰωvέεται ἔχθρην, ἢ μήπερ ὁ πατήρ αὐτῶ ἐγλυήση, Id est, *Soli Reges de his iudicium ferunt, de virgine ad quam tota hæreditas pervenit, cui conveniat eam uxorem habere, si pater nondum eam desponderat.*

2. Adop-  
tiones seu  
arrogatio-  
nes.

Deinde adoptiones seu arrogationes apud Regem etiam fiebant. Nam ei haud dubiè causæ erant probandæ adoptionum, quas temerè fieri non volebant. Herodotus eodem loci: *ὡς τις θετὸν παῖδα ποιέεσθαι ἐθέλη, βασιλῆων ἐναντίον ποιέεσθαι*, Id est, *Si quis sibi filium adoptivum facere veller, ut id coram Rege faceret.* Hæ igitur, quas legis actiones vocant, apud Regem peragebantur. Addit deinde & Herodotus, & viarum publicarum iudicia ad Regem pertinuisse; quod ita intelligendum videtur, ac si ipsius Regis fuerit decernere, à quibus essent viæ reparandæ, quum conveniri de iis non poterat. Quod fortassis, qui agros vicinos haberēt, vias etiam publicas, quæ ipsorū vñibus præcipuè serviebāt, reficere oporteret. Hæc itaque soli Reges per se diiudicabant.

3. Viarum  
publicarū  
iudicia.

Quæ causæ  
à Senatu  
iudicantur.

1. Causæ  
capitalis.  
Causæ indi-  
cium capi-  
talium in  
dies com-  
plures pro-  
ferebatur.

Accusatus  
in causa  
manebat,  
et si non con-  
victus.

Ratio hu-  
ius instituti.

Ad Senatus verò officium spectabat, ut de causis capitalibus iudicaret. Itaque Xenophon ait; *τοὺς γέροντας κυρίους τῆ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος.* In his autem iudiciis hoc peculiare, ut causa semper in dies complures ampliaretur & proferretur, nec statim iudicium absolueretur, ut ex Thucydidæ verbis præcedente capite adductis intelligi potest. Quò respexit & Plato Apologia Socratis, ubi ait quibusdam legem esse, *ἀπὸ θανάτου μὴ μίαν μόνον ἡμέραν κέλειν, ἀλλὰ πολλὰς.* Deinde ut in reatu, nihilominus qui accusatus erat, maneret, etsi accusator minus probârat, quòd intenderat. Cuius causæ redduntur apophthegmate quodam Anaxandridæ. Nam interrogatus is, quum de vita anquireretur iudicio, cur causæ à Senioribus per complures dies disceptetur, & si contingit aliquem iudicium evadere, nihilominus reus maneat? Respondit: plures dies iudicio impendi, quod in mortis sententia error admissus, non posset emendari. Interim tamen reum legibus teneri, quod ea lege permissum rectius aliquid de eo decernere. Quibus verbis quòd ait errorem admissum non potuisse emendari, id eò pertinet, quia Lacedæmonij quæ semel decreuerant tuebantur, sicut ait Plutarchus. Itaque & merito differebatur iudicium in causâ capitali, iuxta præclaram illam Satyrici sententiam.

Nulla



Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.

Porro iudices priuatarum controuersiarum erant Ephoripfi. Quæ & vna causa videtur, cur instituti initio Ephori, vt supra differuimus. Huc facit quod est apophthegmate Eurycratidæ apud Plutarchum. Nam interrogatus Eurycratidas, cur de contractibus Ephori quotidie ius dicerent, Respondit: vt etiam in hostico nobis inuicem credamus. Ad hunc itaque modum antiquitus vt videtur distincta iudicia.

Causarum priuatarum iudices Ephori.

Cæterum si de Regibus iudicandum esset (nam & ij legibus iudiciisque subiecti) requirebatur solemnitas maior, & iudices erant legitimi omnes hi quos commemorauimus. Nam Rex ex altera familia præsidebat, & senatus eò quoque conueniebat, atque Ephoris simul suus locus in hoc iudicio erat. Ita enim Pausanias Laconicis: βασιλεῖ τῶν Λακεδαιμονίων διασήμερον ἐνάδιζον, οἱ τε ὄνομα ζόμενοι γέροντες ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ὄντες ἀειθρόν, καὶ ἡ τῆς ἐφόρου ἀρχῆς σὺν δὲ τοῖς αὐτοῖς καὶ ὁ τῆς οἰκίας βασιλίδος τῆς ἐτέρας, Id est, de Rege Lacedæmoniorum, iudicium ita constituebatur, vt considerent qui seniores appellantur, duo triginta numero: Atque vna Ephorum magistratus cumque ipsis Rex alterius familiae. Ac ita in Pausaniæ Regis accusatione comparatum fuisse iudicium, testatur qui iam à nobis nominatus est auctor, quum Agis alterius familiae Rex erat. Ac nisi hoc modo de Rege iudicium factum esset, non erat id ordinarium vel legitimum. Itaque à tali iudicio, vt puta si vel minus legitimi fuissent iudices, vel non satis æquum ab ipsis esset decretum, videtur ad populum fuisse prouocatio volenti. Nam sic in causa Agidis factum, quum Ephori cum sua auctoritate per vim in carcerem indemnatum abriperent ad supplicium. πῶρῃσαν (inquit Plutarchus) ἢ τε μήτηρ ἢ τὴν Ἀγίδος, καὶ ἡ μάμη, βοῶσαι καὶ δέομαί, τὸν βασιλέα τῆς ἀρπαγῆς λόγου καὶ κείσεως τυχεῖν ἐν τοῖς πολίταις, Id est, Aderant Agidis & mater & auia clamantes & precantes, vt Rex Lacedæmoniorum ad populum audiretur, & causam ageret. Itaque aliter iustè ac legitimè damnari non potuisse videtur, nisi auditus apud populum, quum postulasset.

Reges iudicis subiectionis: & que de iis iudicandis solemnitas.

Prouocatio ad populum in iudicio de Regibus.

Fiebant autem iudicia suffragiis, vti patet ex iudicio Pausaniæ, quo iudices in duas partes diuisi, quorum vna pars, quæ erat quatuordecim Seniorum cum Rege alterius familiae, Pausaniam

Iudicia de Regibus suffragiis fiebant.

R



Regem condemnarat : Altera pars, vbi item quatuordecim Seniores & quinque Ephori, cum absoluerat. Quare & tum liberatus Pausanias. Atque ita de aliis negotiis etiam in Senatu per suffragia semper statuere moris erat. Quod docet nos Plutarchus, vbi de Rhetra Agidis agit, quam scribit initio à Senatu reiectam, quum vno suffragio qui eam abrogarent, superarent. Ac talis quidem antiquitus iudiciorum ratio.

*Ephori iudiciorum potestatem sibi vindicant.*

Non steterunt tamen hoc modo iudicia, sed corrupta postea & peruersa, vindicantibus sibi Ephoris omnem eorum atque aliorum in Repub potestatem. Itaq; Aristoteles ait, quod Ephori *κεῖσεών εἰσι, μεγάλων κύριοι ὄντες οἱ τυχόντες*, Id est, quod *dominarentur in summis iudiciis quum essent homines vulgares*. Quare & improbat hoc, quod essent *αὐτεγνώμονες*, ac quod suo arbitratu sententiam proferrent, consultiusque ac vtilius fore existimat, si secundum scriptas leges iudicassent. Quod haud dubiè verum, sicut

*Certamina Regum & Senatus contra Ephoros de iudiciorum v. surpatione.*

& initio Rhetoricorum idem auctor differit. Atq; hac de causa fuerunt multa certamina Regibus & Senatui contra Ephoros, propter istam iudiciorum peruersionem & mutationem, vt & Reges vitæ periculum adirēt, & Ephori etiam necati sint. Quorum hoc factum esse Agide Rege, illud Cleomene Imperante, scribit Plutarchus in eorum vita. Quod & in multis aliis Rebus pub. contigit. Cuius ne longa exempla petamus, Respub. Romana satis nobis documento esse poterit. Et huiusmodi ordinaria iudicia.

*Iudiciorum priuatorum alia forma per electos arbitros.*

Postea autem & vsitatũ reperio, vt arbitrio bonorum virorũ multæ controuersia disceptarentur, quum inter se amici iudiciorum aleam periclitari nolentes, virum bonum eligerent, cuius fidei causam communem committerent. In quibus iudiciis videtur moris, vt in templis arbitrium perageretur, & sacramento adigerentur quorum erat controuersia, staturos se iudicio. Nam ita scribit Plutarchus Apophthegmatis, Archidamum arbitrum à duobus sumtum, quum adductis iis in templum Mineræ Chaciæci, sacramento vtrunque obstrinxisset, staturos eius sententiæ, pronunciasse ipsos non prius templo excessuros, quam quæ ipsis intercederent, dimississent. Hęc in vniuersum de iudiciis.



## CAPVT IX.

*De præmiis seu honoribus.*

EXplicatis iudiciis, sequuntur præmia & pœnæ. Itaq; de iis iam tandem dicendum. Nam hæc potissimum in iudiciis spectantur, idq; in primis agitur, vt benemeriti præmiis, mali suppliciiis afficiantur. Sed de præmiis prius agamus, quod ea locum mereantur priorem, vtpote digniora, & Reipub. optabiliora.

Fuerunt autem præmia Lacedæmoniis vsitata, vt plurimum in tribuendis honoribus sita, quos ita conferbant in quosuis (Nam de Regum & magistratum honoribus suis locis à nobis dictū) vt nulli merenti sint denegata, sine respectu generis & fortunarum. Etsi nō admodum hīc benigni & prodigi fuerint, si ad alias gentes comparentur, sed multō iis restrictiores. Nam quod Theopompus Pylis scripsit; mediocres honores tempore augeri, nimios aboleri, ea verō quasi publica videtur fuisse vox Lacedæmoniorum, atq; ex eorum institutis & moribus prolata.

Fuit autem in honoribus hæc diuersitas, vt aliter ciues siue in viuis essent, siue iam mortui ornarentur: aliter exteri, vt iam ordine explanabimus, factō initio ab iis honoribus qui viuentibus habiti sunt.

In primis itaq; is quasi publicus honos erat, vt quum aliquem ab insigni virtute commendarent, virum Diuinum vocarēt. Sic enim Plato in Menone: οἱ λάκωνες ὅταν πρᾶ ἐπαινοῦσιν ἄγαθόν ἀνδρα, θεῖος ἀνὴρ, φασιν, ἔπος, Id est, Lacedæmonij quum laudibus efferre volunt bonum virum, Diuinus, inquit, hic vir est. Quē honorē ita tamen tribuerunt, vt nec idcirco inter deos facillē quenquam retulerint. Notum enim quod Alexandri magni legato responderit Damis, quū peteret inter Deos referri: Ait enim, concedimus Alexandro, vt si velit Deus esse, vocetur Deus. Itaq; hic honos rarus erat, vtpote quod Sparte multi præstātes essent viri, nec facillē vnus reliquos antecelluerit. Sicut mater Brasidæ Argileonis Thracibus eum cōmendantibus, nullūq; alium talem esse ferentibus, Respondens, Erratis, inquit, hospites: Vir egregius fuit Brasidas, sed multos eo præstātiore habet Sparta. Heroas tamen multos ex antiqua memoria celebrabant, quorum non paucos commemorat Pausanias.

*Premia  
Lacedæ-  
monis vsi-  
tata, vt plu-  
rimum ho-  
nores.*

*In honori-  
bus diuer-  
sitas, viuo-  
rum aut  
mortuorū.*

*Publicus  
honos, vi-  
uentibus  
factus.  
1. Diuini  
viri titulus.*



2. *Allectio  
in numerū  
trecentorū.*

*Ratio hu-  
nus honoris.*

*λογάδες  
qui dicti.  
Ex eodem  
numero ho-  
norifica di-  
mīβιο.  
Αγαθοεργοί  
qui dicti.*

3. *Assurre-  
ctio & loci  
cessio in cō-  
uentibus.*

*Senis cuius-  
dam in O-  
lympico  
certamine  
à Sparta-  
nis honora-  
ti, apoph-  
thegma.*

Deinde & magnus is honos, quum quis in numerum trecentorum, qui dicti sunt, allegeretur, sicut & præclarum inde honorificè dimitti. Itaque Plutarchus Lyncurgo & apophthegm. de huius ordinis ingressu ait; ταύτη ἐν τῇ πόλει αἰσθητόουσα πρὸ τῆς πόλεως ἴδω, Id est, hic primus ordo honorum erat in ciuitate. Quod non immeritò ita habebat, siquidem in hunc ordinem cooptari, perinde erat, quasi publico iudicio inter viros, qui boni & strenui haberentur cenferi. Qui generosis animis & veræ laudis cupidus non exiguus honos. Sicuti Phæbidas, quum quidam diceret pugnam Leuctricam manifestaturam, qui vir bonus esset: Magni, inquit, æstimanda talis dies. Ac fuit is honos tanquam gradus ad declarandum Reipub. studium & virtutem. Quare nec istum ordinem nisi optimi quique petebant, ex quibus electio fiebat. vnde λογάδες dicti ab Herodoto, vt narratio illa indicat, cuius antea meminimus. Ac ex eodem ordine denuo demitti (vt dixi) itidem magni honoris loco erat, sicut & nomen ostendit, quo emeriti afficiebantur. Dicti enim sunt ἀγαθοεργοί quasi benemeriti & benefici. Quo nomine quinos quotannis, qui prouectiores ætatis ex eorum numero egressi fuerāt, appellare moris erat. Herodotus lib. 1. οἱ ἀγαθοεργοὶ εἰσὶ τῶν ἀστῶν δεινότατοι ἐν τῶν ἰσπέων ἀεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεος ἑκάστου. Quod ex hoc loco sumtum refert etiam Hesychius, cuius verba aliàs adduximus.

Tertio & is insignis honos, quo ipsam ætatem senilem, & Senes quosuis etiam publicè in conuentibus prosequerentur, affurgendo iis, & loco cedendo, sicut supra indicauimus: vt rectè ille dixerit, qui aiebat pulcerrimum Sparta consensescere. Qui quidem honos vsque ad eò Lacedæmoniis vsitatus, vt eum nec apud externos negligerent. Itaque quum Senex quidam Olympiæ certamen spectare cupiens, sedem non inueniret, ac multa loca obiret, à nemine autem admissus, contumeliis insuper dicitariisque exagitaretur: Tum eo ad Lacedæmonios veniente, omnes pueri assurrexerunt, multique viri loco cesserunt: Quod factum Græcis vniuersis plausu approbantibus, summisque laudibus vehentibus, Senex iste, *Proh*, inquit, *Calamitatem: Norunt omnes Græci quod sit honestum, sed eo vtuntur soli Spartani.* Cuius non dissimile est, quod aiunt Athenis contigisse in Panathenæis. vt scribit



scribit Plutarchus, & testatur etiam Valerius Maximus.

Quartò Proedria, seu primus confessus in conuentibus publicis, præclari honoris loco etiam ponebatur. Nam tamen locum viro, non virum loco cohonestari verum sit: tamen in Choro certantium non vsquequaque honorificum apud eos erat, vltimo loco statui, sicut ex apophthegmate. Damonidæ patet, quâuis nihil sibi eo decedere iudicauit. Nam quum vltimo loco in Choro cõstitueretur, ab eo qui chorum instituebat, vt ignominiam eam elueret, Laudo te, inquit, Chorage, qui rationem inueneris, qua hunc quoque locum alioqui ignominiosum, cohonestares. Atque hic quidem honos Proedriæ. Præ exteris omnibus apud Lacedæmonios, Decelensibus est habitus, vt præterquam quod immunitate gauderent, etiam digniore loco apud eos sederent, sicut Herodotus scribit lib. vltimo. Qui ostendit hoc eis tributum, quod Tyndaridas Helenam quærentes ad Aphidnas deduxissent, quas eis Titacus quidam indigena prodiderit. Quo nomine beneficij memores Lacedæmonij, tum hoc Decelensibus habuerunt honoris, tum verò Deceleæ perpercerunt, quum postea Atticam popularentur.

Quinto, Loro vel cingulo donari & religari, etiam videtur præmium quoddam fuisse victoriarum in certaminibus. Vocantur autem Lacedæmoniis hæc lora *Βειέλοπες*. Ita enim Hesychius: *Βειέλοπες ἰμάντες, οἷς ἀναδοῦσι Λακεδαιμόνιοι τὰς νικηφόρους*, Id est, *Βηέλοπες sunt lora, quibus Lacedæmonij victores religant, seu ornant.* Apud Suidam autem simpliciter exponuntur *Βειέλοπες οἱ λῶροι*.

Sextò fuerunt & coronæ insignia præmia rerum bene gestarum, vt & apud alias gentes. Atque hæc quidem apud Lacedæmonios, quæ summæ dignationis erant, Oleaginæ fiebant. Tali corona donatum Eurybiadem à Lacedæmoniis scribit Herodotus lib. viii. & Plutarchus Themistocle, tanquam primas rei bene gestæ ei tribuentibus, *ἀεισήια*, inquit, *μη' ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον*. Qui honos coronarum & exteris communicatus, vt eodem loci scribit Herodotus de Themistocle, qui itidem corona oleagina ab Lacedæmoniis donatus. Atque hos reperio viuus ciuibus honores habitos.

Mortuos autem, iis quæ sequuntur fere rationibus ornabant.

R 3

4. Proedria in conuentibus publicis.

Decelenses apud Lacedæmonios honore proedriæ cohonestati.

5. Lori vel cinguli donatio.

*Βειέλοπες* quid sint.

6. Corona oleagina donatio.

Mortuis quibus honoribus afferebantur.



1. Statue in publico posita.

Primò statuas & effigies quibusdam in publico ponebant ad perpetuam meritorum memoriam. Ita Polydorum Regem, tum aliis honoribus, tum effigie apud Orestis sepulcrū posita honorarunt. Et ad aram Chalciaeci duæ erant imagines Pausania, qui Persas ad plataeas vicit, statua videlicet area, vt scribit Thueyd. lib. 1. Atq; ad eundem modum Olympionicarum illustrium etiam Icones posteris reliquerunt, vt Hecemoclis & Euryleonidis feminae quæ bigis in olympicis vicit, & aliorum. Quin & ita etiam vates honorabant, vt Agian qui de victoria ad Ægos potamos Lyfandro vaticinatus fuerat.

2. Monumenta splendida cuiusdam allata è loco longinquo reliquis vel ossibus.

Secundò sepulcra & monumēta splendidiora aliis etiam quibusdam statuebant, allatis quandoq; reliquiis, vel ossibus ex locis longinquis: vt Orestis ossa Tegea sunt allata ex Oraculo, Et Leonidæ ossa Spartam deportata sunt quadraginta annis post pugnam ad Thermopylas. Atque huiusmodi sepulcra per multa fuere Sparta, quorum quæ *νεστω* dicta seu Heroum monumenta, per multa enumerat Pausanias, vt Lelegis, Cynortæ, Castorum, Pleuronis & aliorum. De Regum sepulcris quæ etiam discreta diuersis vicis, ad memoriam exstabant, suprà diximus. Huc pertinent Cenotaphia, seu honorarij tumuli alibi sepultis erecti, vt Brasidæ & aliorum. Atque huc refero etiam Cippos, quibus nomina & res gestæ incidebantur: vt Pila in qua incisa nomina cum paternis nominibus eorum, qui Persarum impetum ad Thermopylas sustinuerunt, vt est apud Pausaniam. De aliis autem inscriptionibus sepulcrorum suo loco diximus.

3. Templum erectum.

Tertiò templa quoque in quorundam honorem erigebant, præsertim eorum quos supra hominum sortem euehere volebant. Ita enim Lycurgo templum cōsecratum, vt suprà diximus ex Plutarcho, quod retulit etiam Pausanias. Qui & celebrat aliud templum Maronis & Alphei, quorum virtus in prælio ad Thermopylas post Leonidam maximè enituit. Sicut Hippothenis cuiusdam templum idem auctor commemorat, qui multas de lucta palmas tulit, quod Oraculo monitu dicatum scribit, quemadmodum etiam Talthybij & alia.

4. Festi dies consecrati.

Præter hos, exhibitum sunt aliquibus noui & insoliti quidam honores, vt festi dies quidam Lycurgo consecrati. Item Oratio-

nes



nes quæ quotannis in laudem Leonidæ & Pausaniæ ad sepulcra eorum habebantur, ac ludi in quibus soli certandi locus Lacedæmoniis. Sed hæc paucorum erant, vt dixi, nec aliorum quam iam commemorauit.

*Oratio-  
nes annua  
& ludi.*

Porro extraneis quibusdam & peregrinis, etsi iis parum ex instituto veteri benigni: tamen honores etiam præstiterunt eximios, eosque partim augustiores, partim cum ciuibus æquos. Nam Philiæis, quod in fide constanter permansissent, quum Spartam venerant, bouem hospitalis muneris loco miserunt, vt scribit Xenophon lib. vii. Hellenicôn. Et Themistocles ita honoratus, vt curru omnium qui Spartæ erant splendidissimo donatum, trecenti qui equites dicti honoris ergo, ad fines Tegeaticos in Arcadiam deducerent. Qui honos huic soli contigit, vt testatur Herodotus lib. viii. & Plutarchus Themistocle. neque vllis aliis, nedum ciuibus tributus. Sed statuæ & monumenta vtrisque ciuibus & exteris, communia. Nam & exteros iis ornarunt admiratione virtutis, & meritis magnis impulsit. Erant enim statuæ Lacedæmone plurium Ducum Persarum, tum & Mardonij Gobryæ filij ex candido lapide: itémque Artemisæ Carixæ Reginæ, & alia. Sicut & monumenta quorundam exterorum, & tumulos honorarios apud se extare voluerunt, vt Thesei patris & Hippolyti filij Athenientium, nec non Aulonis patris & Tlesimenis filij Arcadum, item Epimenidæ Cretensis, Iamidarum Eleorum & aliorum. Atque hæc ferè sunt, quæ de præmiis seu honoribus habuimus.

*Peregrini  
e i im ha-  
bitis hono-  
res.*

## CAPVT X.

*De Pœnis.*

Quæ in Repub. finem rebus omnibus imponere solent, pœnæ & supplicia, ea nobis etiam librum hunc claudet. Nam quia hæc extrema remedia quæ tentantur, nec vltius aliquid rebus iudicatis quæri possit, quam vt pœnis exigendis eorum fiat executio, rectè ad calcem reiecta harum explicacione, in ea nobis conquisendum.

Erant itaque Lacedæmoniis, quamuis ij in pœnis præ aliis feruiores & rigidiores essent, non alia exquisita pœnarum gene-

*pœnarum  
genera sex  
recepta a-  
pud Laco-  
demonos.*

R. 4.



ra recepta, quam quę passim in vsu, videlicet hęc sex, Damnum, Vincula, Verbera, Ignominia, Exilium & Mors. Nam de talione nihil apud eos statutum, sicut & seruitus nulli Spartano irrogabatur; sed tantum iure gentium victis supplicium erat. De illis sex igitur paucis separatim verba faciamus, quamuis eorum alia aliis adiuncta.

## 1. Damnum.

Primo autem quantum ad Damna attinet, sub eorum nomine accipienda multa pecuniaria. Quę eò minus initio vsitata, quod non essent opes & pecunię, vnde eam luerent. Postea tamen & hęc pœna in quibusdam delictis vindicandis adhibita, sed arbitraria tamen pro ipsius delicti ratione, non stata aliqua & legitima. Ephori enim multam pecuniariam statuebant, pro vt enormitas sceleris exigeret, & damni compensatio requiret, vnde *αὐτοῦ νόμοις* Aristoteli dicti, vt supra meminimus. Atque hac quidem leuissima pœna defungebantur damnati. Ita multatum Archidamum ob exiguam vxorem ductam, scribit

*Ephori cur  
αὐτοῦ νόμοις  
ves ab A-  
ristot. dicti.*

*Multa nõ  
satisfa-  
cti restabat  
exilium.*

Plutarchus Agefilao, vt & multi alij. Huic verò multę si non esset satisfactum, restabat exilium. Sic enim Timbro damnatus ab Ephoris, accusantibus eum sociis, quod militibus spoliandi licentiam concessisset, quum multam soluere non posset, in exilium abiit. Nam ita accipio quod apud Xenophontem lib. III.

*Ζημία quid  
proprie.*

Hellenicõn de eo scribitur, *Ζημία δὲ ἐστὶν ἐξουσία*. Ζημία enim proprie de multa pecuniaria intelligenda, etsi, vt Pollux annotat, aliquando ad corporalem pœnam refertur. Deinde ad damna pertinet etiam illa pœna, qua magistratus munus quibusdã abrogatum, quibus & vetitum exinde alium vllum gerere. Sicut puniti qui capti fuerat in insula Sphacteria, quod arma tradidissent, quamuis postea restituti, vt scribit Thucydides lib. v. Nec dissimilis pœna Regni abiudicatio, quę Regibus quibusdã irrogata, propter ea quę in Rempub. visi sunt delinquere. Qua ratione Leonidam, quod aduersatus fuisset Rhetrę Agidis, & liberos ex alienigena suscepisset, iudicio quo obseruando ex cœlo in Reges statui solet, Ephori damnarunt. De qua historia legatur Plutarchus Agide. Sed huc & pœna ea, quę ius emendi & vendendi quibusdam ademptum, videtur referri posse. Quamuis Thucydides tum hanc, tum alteram de abrogatione magistratus ad *ἀ-*

*Ad dan-  
num etiam  
pertinet.  
ademptum  
ius emendi  
& ven-  
dendi.*

*τιμίαν*



πμίαν seu ignominiam refert. Sed quandoquidem ea in omnibus pœnis quodammodo inest, atque hæc de qua iam diximus plus continet, distinguere eas ita nobis visum est.


In secundo genere pœnarum sunt vincula, ad quæ & carcerem refero. Inuenio autem tum collum, tum manus vinculis circumdari solitas, nec dubito quin & pedes Xenophon κλοισί Cinnadonem & socios coniurationis conuictos & confessos, circa collum & manus religatos fuisse narrat. Ita enim scribit lib. 1. 1. Hellenicôn; δειδὲ μὲν (inquit) καὶ τὰ χεῖρε καὶ τὸν τεράρην ἐν κλοισί, καὶ οἱ μετ' αὐτῶν. Exponitur autem κλοισί ab Hesychio, πῶτε ἑσχαλίος δισμός, κολλάριον, ἢ ποί μανιάνης. Latine autem ab auctore Glossæ redditur Boia & Eculeum. Carcer qui Spartanis fuerit vnum tantum obseruavi, cuius crebra apud scriptores mentio. Dicebatur is proprio apud Lacedæmonios nomine καμάδας. De quo scribit Thucydides lib. 1. solere maleficos eo detrudi. Ita enim de Pausania ait, αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν εἰς τὸν καμάδαν, ἕπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθησαν. Ad quem locum Thucydide Scholiastes Græcus Cæadam describens annotat; τόπος ὁ καμάδας ὁ εσφυρῶν ἐν λακωνικῇ, ὅπου τοὺς κακούργους εἰώθασιν ῥίπτειν. Idem cum Thucydide testatur Pausanias Messenicis ita scribens: ἐμβάλλουσι δὲ ἐν ταῦτα, ἕως αὐτῶν μάλιστα πιωροῦνται. Et luculentius adhuc Strabo lib. 5. 11. ubi & nominis rationem reddit his verbis: οἱ δὲ τὸ ἄσπετον ἕως καμάδας λέγουσιν, καὶ καμάδας δισμωτήριον ἐπέθεν, τὸ πῶτα λακεδαίμονιους ἀνήλαιόν τε. Id est, Rupturæ quas terramotus efficiunt Cæti appellantur: unde apud Lacedæmonios Cædas antrum quoddam, quo pro carcere utebantur. Ac multi alij huius meminere.

Tertio loco in pœnis Verbera statuimus, quibus comprehenduntur quæcunque corpori infligebantur, modò citra mortis supplicium consistenter. Et quidem simpliciter verberatos inuenio, qui corporis mole crassiore erant, quam conueniebat, qua de re suprâ ex Æliano aliquid diximus. Deinde erat & mortuus pollicis vsitatus, quæ erat pœna inertis & ignaui respõsi rediti à pueris. Quam pœnam Iren sumebat de iis qui commeruerant, vt scribit Plutarchus vita Lyncurgi. Tum & μασίγωσις seu flagellatio quædam apud Lacedæmonios erat, quæ videtur vsi-

2. Genus pœnarum vincula.

Carcer, qui Lacedæmonius dicitur καμάδας.

3. Genus pœnarum verbera, quorum species. Simplex verberatio. Mortuus pollicis. Flagellatio.





κίνησις  
stimulatio.

tata fuisse agendo damnatos per urbem. Ut ex loco sequente Xenophontis demonstrabo. Sed & κέντησις punctio seu stimulatio quædam apud ipsos recepta fuit, qua etiam sicut flagellatione, qui per urbem agebantur, stimulati sunt. Ut de Cinadone scribit Xenophon lib. III. Hellenicōn, ita inquit: *μεσσηρόμενος καὶ κεντούμενος αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτῶ κατὰ τὴν πόλιν ἐπειρήθητο.* Sed referri & huc posse videntur tormenta, quibus Lacedæmonij ad extorquendam rei veritatem, sicut alij vsi sunt. In quibus tamen magna ipsis, ut in omnibus, propositi constantia, sicut testatur Apophthegma illud Agefilai. Nam malefico quodam constanter tormenta perpetente, quum id audisset Agefilaus, Quam valde, ait, malus hic homo est, in res malas ac turpes tolerantiam ac perseverantiam impendens.

4. Genus  
pœnarum,  
Ignominia.

Quarto ignominiam vsurpant etiam pro pœna, ac quidem omnium grauiissima, quod generosis ipsorum animis nihil asperius, quam cum dedecore viuere. Id quod testatur Archidamus apud Isocratem, qui ait, hoc in primis ad Rempub. facere; *μὴ δὲν ἴτω δεινὸν νομίζειν, ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν.* Id est, *ut nihil magis metuatur, quam malè audire apud ciues.* Quam notam Lacedæmonios præ omnibus maximè ait reformidasse. Ac fuerunt plerumque cum ignominia aliæ pœnæ adiunctæ, quibus ea adaugebatur. Præcipua tamen ignominia pœna fuit ea, qua quidam nudi cogebantur circa Brumam forum obire, ac circulâtes cantilenam in se compositam concinere, testificantes meritò se puniri, quod non paruissent legibus. Qui & arcebantur spectaculis publicis virginum nudarum certantium, honorisque insuper & obseruantia expertes erant, quæ Senibus præstabatur. Qua pœna afficiebâtur celibes, ut supra retulimus ex Plutarcho. Quamuis idem in institutis Laconicis auctor est, eandem cantilenam adolescentes in se cecinisse aram circumeuntes, quum in delicto quopiam essent deprehensi. Altera ignominia erat hac nihilo inferior, quæ in his sita, ut omnibus honoribus arcerentur, uxorem alicui suam collocare, aut ab alio aliquam accipere non liceret, ac præterea pulsandi eos cuius obuius ius esset, illique id tolerarent squalidi & demissi commeantes in lenis pannosis, haberentque barbam partim rasam, partim promissam. Atque hac

Alia igno-  
minia spe-  
cies

igno-



ignominia notati, qui *τρέσαντες* ipsis dicti, quasi *trepidantes* vel *bello fugientes*, vt scribit Plutarchus Agelilao. Tertia non multo huic dissimilis ignominia, *εις τοὺς κακοὺς* seu *prauos & ignauos*, qui ita Sparta contemti & sprete erant, vt nemo eos in contubernium admitteret, vel cum eis se exerceret. Ac in pila ludo ad neutram partem assumerentur, itidem in choris vt ad abiecta loca reicerentur. Sed & quod in via iunioribus cedendum ipsis fuit iisque assurgendum. Quodque maximum erat, virgines domi alere necesse habebant, à quibus in ius fortitudinis nomine vocarentur, nec liceret domum sine virginibus esse absque multa, neque item vt *ἀνὲρ κλίτους*, Id est, *Inte græ fama homines* imitari liceret. De qua re Xenophon lib de Repub. Lacedæmoniorum. Postremo nec leuis ea ignominia, quum iubebantur aliqui à magistratibus otiosi cum scuto in publico stare. Quæ pœna legitima erat in ordinis desertores. Xenophon lib. 1 v. Hellenicon, vbi de Dercyllida retulit, quod accusante Pharnabazo iussus fuisset à Lyfandro cum scuto stare, postea addit: *ὁ δοκεῖ κινῆσαι τοὺς ἀπειθαρχοῦντας τῶν Λακεδαιμονίων. ἀταξίας γὰρ Ζημίωμα ἔστι.* Hæc igitur sunt quæ grauissimam continebant ignominiam. Nam de aliis vt de prohibitis commerciis seu iure emendi & vendendi. Itẽm de circumductione per urbem cum boia circa collum, supra diximus, locis vt existimamus commodioribus.

Quinto numerauimus inter pœnas Exilium, quod verius tamen Sparta quasi pœnæ effugium, quam pœna. Nam id plerumque voluntarium fuit, & qui soluere multam non potuerunt, aut qui ignominiam vel mortem declinare voluerunt, sæpè sponte exulatum abierunt, cuius crebra exempla. Erat alioquin hæc etiam pœna legitima in quosuis delinquentes Reges & alios, quorum pauci restituti, multò plures in exilio vsque ad mortem degēbant. Quorum tamen ea æquanimitas, vt non idcirco in exilio degētes, hostili in patriam animo essent, sed legibus hoc tribuentes earum vim & potestatem reuererentur. Sicut Demaratus etiam sui exilij causam reddidit. Nam quærenti, cur Rex quum esset, Sparta exularet, Respondit: Quia maiore vi sunt leges ciuitatis, scilicet quam Reges. Et Pausanias quum Tegex exul Lacedæmonios commendaret, & quidam diceret, cur ergo

s. Genus  
pœnarum.  
Exilium.

7  
17 18



non mansisti Sparta, sed solum vertisti? Respondit: Quia ne medici quidem apud sanos, sed apud ægrotos solent versari. Erat autem exilij pœna aliquatenus diuersa, aliâque mitior, aliâ grauior. Nam aliqui Laconica tantum excedere iubebâtur, quibus apud socios degere & commorari ius erat: aliis maius supplicium commertis, ne apud eos quidem degere fas, quos idcirco persi quebantur dedi petentes, donec Græcia relicta longius ad hostes commearent. Cæterum in exilij pœna hoc peculiare animaduerto, vt ea vindicaretur cædes inuoluntaria. Sic Draconium scribit Xenophon lib. iij. Anabases Cyri, puerum etiamnum in exilium actum, quod eadem inuoluntariam patrasset. Quamuis Thucydides lib. v. auctor, Aristoclem & Hipponoidam Polemarchos ea quoque pœna damnatos, *δὲ ξαντας μαλακιοὺς λέωναι*, quod timidi & molles visi.

6. Genus  
pœnarum.  
Mors.

Porro vltimo inter pœnarum genera mors nobis collocata. Quæ meritò extremum ac summum supplicium, quamuis Lacedæmoniis ex omnibus pœnis ea minus fuerit formidabilis, sicut testatus Theætamenus Spartanus. Is enim quum Ephorum iudicio addictus fuisset morti, subridens abibat. Quodam itaque eorum, qui vnâ aderant, rogante an ne Sparta leges contemneret, nequaquam respondit: sed lætor hanc mihi irrogatam esse multam, ad quam soluendum neque mutuo, neque fœnore aliquid fumere necesse. Cicero Tuscul. i. & Plutarchus apophtheg. Erat autem mortis genus vnicum hoc vsitatū, quod nos obseruauimus, videlicet strangulatio. qua collo in laqueum inserto, anima damnati elidebatur, vt patet ex supplicio Agidis, quem scribit Plutarchus in ipsius vita & apophthegmatis, sponte laqueo collum præbuisse: *παρέδωκε τῷ βελέχῳ τὸν τεράχλιον ἐκουστός* inquit. Sumebatur tale mortis supplicium apud Lacedæmonios non publicè in foro, vel extra urbem, sed loco quodam in carcere, qui ipsorum idiotissimo dictus est *δαιρίς*. Ita enim Plutarchus Agide: *δαιρίς οἰκημα τῆς εἰρατῆς ἐν ᾧ θανατοῦσι τοὶ καταδίκους ἀποπνίγοντες*, Id est, Decas locus in carcere, vbi morte afficiunt damnatos strangulantes seu suffocantes. Fieri autem solebat noctū, non interdiu, vt mortis supplicium exequerentur. Quod exempla fati ostendunt, & disertè testatum reliquit Herodotus.

Mortis ge-  
nus stran-  
gulatio.

Locus in  
quo tale  
supplicium  
sumebatur.

Tempus  
supplicij.



rodotus lib. iv. ad hunc modum scribens : κτείνουσι τοὺς ἀν κτείνουσι  
 λακεδαίμονιοι νυκτὸς μὲν ἡμέραν δὲ ἔδνα, Id est, *Quicumque plecten-*  
*di sunt morte eos noctu plectunt, interdum neminem.* Quod Valerius Ma-  
 ximus lib. iv. cap. vi. etiam veteris instituti fuisse apud Lacedæ-  
 monios testatur. Tandem cadauera carcere efferre etiam moris  
 erat, vt sepulturæ mandarentur. Nam tria illa cadauera Agidis, *Cadauera*  
 Archidamiæ auia, & Agefistratæ matris, scribit Plutarchus post *strangula-*  
 strangulationem carcere exportata in magno publico metu, in *torum efferri*  
 indignatibus tamen ciuibus. Et Pausanias templo extractus quum *solita,*  
 expirasset, humi conditus est, idque loco quodam prope Cæa-  
 dan, quod scholiastes Græcus annotat: vt existimari possit, sup-  
 plicio affectos, solitos ibi humari, loco minus honorato & à re-  
 liquorum sepultura diuerso. Quam Lacedæmoniorum huma-  
 nitatē, vt & alia multa præclara instituta, quæ iam rudi Minerua  
 pro mediocritate nostra exposuimus, optandum esset Christianas  
 Respub. imitari, ne sinerent mortuorum cadauera in aere li-  
 brata suspendi ad totius generis humani ludibrium. Sicut in aliis  
 quibusdam inclytis Rebuspub. etiam hac tempestate moris est,  
 supplicio defuncta cadauera terræ mandari. Quorum exemplo,  
 itēque Lacedæmoniorum, discere possent haud dubiè multa  
 Christiani magistratus, quibus legum quarundam iniquitatem,  
 & suppliciorum atrocitatem emendare liceret. Sed in hac iudi-  
 ciorum corruptela, & suppliciorum dicitate, qua noxij & inno-  
 xij passim in omnibus Rebuspub. affliguntur, vix fortean  
 emendatio sperari poterit. Itaque Deo hæc cum  
 aliis multis committamus.

FINIS.

c. 7. c. 17.

7  
17 18



